



THIS VOLUME
DOES NOT CIRCULATE
OUTSIDE THE LIBRARY

Migne, Jacques Paul

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODO, OECONOMICA,
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM.

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS,
ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1459) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA
ECCLESIE SÆCULA,

RETA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIUM OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DERENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUIUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTANQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, APORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., OPERA, RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PICRIS ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPTURÆ SACRÆ, EX INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPENIRE SIT OBTIVM QUINAM PATRES ET IN QUIDBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESKOS

USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODO SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRÆTII REIGUITAS, PRÆSENTINQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SÆCULORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM, ET EX INNUNERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR

IN QUA PRODUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIE GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO AD CONCILII USQUE FLORENTINI TEMPORA, ET AMPLIUS, NEMPE MORTEM CARDINALIS BESSARIONIS.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSuum COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORS.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, 222 VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, 4110 FRANCIS VENIT: GRÆCA DUPLEX EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, ET 104 VOLUMINA IN 109 TOMIS, PRO PRIMA SERIE, NON EXCEDIT. POSTERIOR VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA 55 VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA AD 58 VOLUMINA TANTUM ATTINGIT; DUM HUIUS VERSIO NEMPE LATINA 29 VOLUMINIBUS EST ABSOLUTA. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM 8, UNUMQUODQUE NEMPE LATINUM 5 FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUIUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM CUIUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRÆTIA ÆQUABUNT. IDEO, SI QUIS TANTUM EMAT LICET INTEGRE, SED SEORSIM, COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO 9 VEL PRO 6 FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES POSTERIORI PATROLOGIÆ LATINÆ SERIÆ, PATRES AB INNOCENTIO III AD CONCILIIUM TRIDENTINUM EXHIBENTI, APPLICABUNTUR. PATROLOGIA QUÆ MANUSCRIPTIS IN BIBLIOTHECIS ORBIS UNIVERSI QUIESCENTIBUS CONSTABIT, NECNON PATROLOGIA ORIENTALIS, CONDITIONIBUS SPECIALIBUS SUBICIENTUR, ET IN TEMPORE SUO ANNUNTIABUNTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NOBIS NON DEFUERIT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CLVII.

GEORGIUS CODINUS. DUCAS.

EXCUDERBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA THIBAUD, OLIM D'AMBOISE, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO
D'ENFER NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MUENIA PARISIINA.

1866

BK

60

.M38

t.157

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XV. ANNI 1400-1462.

ΓΕΩΡΓΙΟΥ

ΤΟΥ ΚΩΔΙΝΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

GEORGII CODINI

OPERA OMNIA.

ACCREDIT

DUCÆ, MICHAELIS DUCÆ NEPOTIS.

HISTORIA BYZANTINA

A JOANNE PALÆOLOGO, ANNO CHRISTI 1341, AD ANNUM 1462;

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,
BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE
CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORÆ.

TOMUS UNICUS.

VENIT 10 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA THIBAUD, OLIM D'AMBOISE, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO
D'ANFER NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISIINA.

1866

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XV. ANNI 1400-1462.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CLVH CONTINENTUR.

GEORGIUS CODINUS CUROPALATA.

<i>Georgii Codini Vita, res gestæ, scripta.</i>	col. 9
De officiis et officialibus Magnæ Ecclesiæ et aulæ Cpolitianæ, ex edit. P. Jacobi Goari et Jacobi Gretseri.	17
<i>Jacobi Gretseri, S. J. in librum Codini de officiis et officialibus Magnæ Ecclesiæ et aulæ Cpolitianæ Commentariorum libri tres; quibus insertæ sunt J. Goari notæ et observationes.</i>	123
Georgii Codini Excerpta de originibus Cpolitianis, ex editione Petri Lambecii.	429
De forma et ambitu urbis Cpolitianæ.	469
De signis, statutis et aliis spectatu dignis in urbe Cpoli.	475
De ædificiis Cpolitianis.	545
De structura templi S. Sophiæ.	613
De annis ab orbe condito usque ad imp. Constantini Magni et de iis qui in Cpoli regnarunt usque dum ab Agathenis capta est.	635
Anonymi breves Enarrationes chronographicæ, editore et interprete Ans. Bandurio in <i>Imperio Orientali</i> .	651
De sepulcris imperatorum quæ sunt in templo SS. Apostolorum, ex ejusdem editione ibid.	725

DUCAS.

<i>Ducæ Vita, res gestæ, Scripta, ex Hankio De rer. Byzant. Script. Græc.</i>	739
Historia Byzantina, res in imperio Græcorum gestas complectens a Joanne Palæologo, anno Christi 1341, ad annum 1462; ex edit. Luparea Ismaelis Bullialdi.	745
Anonymi Chronicon breve, quo Græcorum, Venetorum et Turcorum aliquot gesta continentur usque ad annum 1523.	1167

APR 13 1881
1000000000

GEORGIUS CODINUS

NOTITIA.

(Fabric., Bibl. Gr. ed. Harles tom. VII.)

Georgius Codinus, amplissimo in aula CPolitana munere Curopalatæ pridem functus, potremis Palæologorum (a) temporibus claruit, et imperio ipsi superstes fuit, siquidem libellum de imperatoribus CPolitanis claudit (b) commemoratione captæ ab Agarenis sive Turcis urbis ann. 6961, hoc est Christi 1453. Ex ejus scriptis exstant :

1. Περὶ τῶν ὀφφικιαλίων τοῦ παλλατίου Κωνσταντινουπόλεως βασιλέων καὶ τῶν ὀφφικίων τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας : *De officiis et officialibus aulae imperatorum et magnæ (c) ecclesiae CPolitanae.* Agit etiam Codinus *De festis plerisque et de imperatoris coronatione, inauguratione patriarchæ, aliisque*; unde in altero Bavarico codice ms. (d) titulus prioris partis conceptus est sic : Τὰ ὀφφικια τῶν παλλατίου, ἔτι ἐκ

(a) Confer Allatium, *De Georgiis*, pag. 361; Hankium, *De Byz. rerum scriptoribus*, cap. 10; Warthonum Appendice ad hist. litterariam Cavei ad annum C. 1461, et Petrum Lambecium in brevi Diss. De Codini vita et scriptis, qui negat, se Curopalatæ nomen in mss. Codicibus sex, quos vidit, offendisse, putatque, impositum potius ideo, quod de officiis Palatii scripsit, quam quod ipse dignitate curopalatæ functus fuerit. Cum tamen nomen hoc Curopalatæ invenerint Junius et Gretserus, non video quare incredibile videri debeat, dignitatem Curopalatæ gessisse. Quia autem in aliquibus codicibus omittitur, hinc apparet, esse nomen dignitatis, neutiquam vero proprium, quod non est quærendum aliud quam Codini. (Fabr.) Add. C. Oudin. *Comp. De script. Eccl.* lib. II, cap. 10. Hamberger *Z. N.* IV, p. 733 sqq. Et Saxii *Onom.* II, p. 450 sq. (Harl.)

(b) P. 82 edit. Lambecii : Ἐπὶ τούτου (de Constantino Palæologo, ultimo imp. loquitur) : ἐγένετο, ὄμοι, ἡ ἔθωσις τῆς αὐτῆς Κωνσταντινουπόλεως παρὰ τῶν ἀθέων Ἀγαρηῶν ἐν ἔτει 6961, καὶ ἐγένετο δορυάτωτος ἢ πρὶν βασιλεὺς πασῶν τῶν πόλεων, δε καὶ ἀπακτάθη παρ' αὐτῶν ἐν τῇ γενομένῃ Χαλάστρα αὐτὸς τε καὶ πάντες οἱ λογάδες σχεδόν, καὶ ἐκομίσαστο τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον, μὴ θελήσας προδοῦναι τοῖς ἀνόμοις τὰ βασίλεια, μήτε μὴν θελήσας τὸν κίνδυνον διαφυγεῖν, δυνατοῦ ὄντος.

(c) Primum statim caput de officialibus magnæ Ecclesiae, Goaro non videtur esse Codini, et in duobus regis mss. Codicibus atque in uno eorum, quos e bibl. Bavarica Gretserus evolvis, desideratur. Deinde ordo etiam capitum in diversis codicibus est diversus. Vide Goari præfat. et notas p. 20. [Et notit. codd.]

(d) Secundum catalog. codd. Gr. bibl. elect. Bavar. p. 71, sunt in cod. 165 Liber de officiis et festis palatii CPolit. et de coronatione imperatoris; itemque de designatione despotæ et patriarchæ, editus nomine Georgii Codini, curopalatæ; descriptio CPolis sub ejusdem Codini nomine edita; itemque magnæ ecclesiae Sophiæ; Catalogus imperatorum CPolit. usque ad Manuelem Palæologum; Catal. patriarcharum CPolitan. usque ad Isaiam etc. — Pag. autem 74, in altero cod. 195 : Curopalata, de officiis aulae CPolitanae, et expositio Andronici, quæ nunc episcopales subjectæ sint patriarchæ.

sedii CPolitanae. Adjiciam simul brevitate studio aliorum codd. notitiam. — Florentiæ, in bibl. Laur. Medic. cod. 15 plut. 70, 1. Excerpta ex libro *Chronicorum de originibus CPolitanis*, et unde urbs dicta sit Byzantium, in quo tamen cod. multa ex hoc libro fuisse ab exscriptore prætermissa, et alia transposita, animadvertit Bandin. de illo codice copiosus in *Cat. codd. Gr. Laur.* 2, p. 67b. — 2. Ejusdem libri de officiis Magnæ Ecclesiae et aulae CPolitanae, itidem diversus ab edit. Veneta, tom. XVIII, part. 1 p. 1 sqq; præcedit autem elenchebus argumentorum capp. XIV, quorum prima XII concordant cum illis, quæ ex cod. Regio 1119 afferuntur, notante eodem Bandinio. — 3. Ejusdem aliud opusc. sine titulo; sed est de annis ab. U. C. usque ad imperium Constantini M. et de iis, qui in ipsa urbium regina regnarunt a Constantino M. usque ad Constantinum, Palæologorum ultimum, sub quo ab Agarenis capta est. Sequuntur de excidio CPolis, quæ vero amanuensi potius, quam auctori adjudicanda videntur Bandin. l. c. qui illam particulam, et alia quædam, quibus codici hujus imponitur. Gr. exscribit fecit. — Taurini, in bibl. Regia cod. 189, 1. Excerpta ex libro *Chronicorum (Hesychii) de originibus CPolitanis*, etc. — 2. Codini Op. de officialibus palatii, cui præmittitur capitulum index; qui cum diversus nonnihil sit ab eo, qui legitur in edit. Veneta ann. 1729. Confector *Cat. Gr. codd. Taur.* pag. 284, edidit illum Græc. cum versione Latina; animadvertit tamen, duo postrema de imperatoribus, qui CPoli imperarunt usque ad illius eversionem, ab Agarenis factam, et de patriarchis ejusdem CPolis, versibus iambicis, non reperiri in editionibus; penultimum tamen edidisse Lambecium una cum excerptis Codini (compara, quæ paulo post de cod. Paris. notantur). Insuper adnotat, expleto indice eadem legi verba, quæ indici Gretseriano libro II ejusdem commentariorum in Codinum capite primo subscripta sunt: quæ quidem quid ad indicem pertineant, non videt auctor catalogi. Denique idem adnotat, non omnia capita, quæ exhibeantur in elencho, esse etiam in textu codicis; deesse nomenclatura, desiderari caput de officialibus Ecclesiae aliaque recedere ab ordine aut lectione editionis. — In cod. 257. (pag. 370. cat.)

1. Excerpta ex *Chronicis de originibus urbis CPoleus.*

καὶ τὰς τάξεις τὰς γενομένας ἐν ταῖς ἑρπυαῖς εἰς τὸ παλλάδιον, καὶ πῶς τὸν βασιλεῖα στέφεται δεῖ, καὶ περὶ προβλήσεως δεσπότης καὶ πατριάρχου, καὶ ἐθῶν γενομένων ἐν τῷ παλλάδιῳ. Hunc librum e codice Julii Pacli descripsit, et Græce cum versione sua, notis et indicibus amplissimis primus edidit Franciscus Junius, latens sub nomine Nadabii Agmouli, ann. 1588, apud Joannem Mareschalum (c) Lugdunensem, 8. Postea hæc eadem editio, additis aliquot plagellis novæque titulo, in quo Francisci Junii nomen, exposita est in Commelini officina 1596, 8. Quanquam Jacobus Gretserus Junium reprehendit, quod novam editionem non adornarit et a se pleno sacco sparsos errores non correxerit, adjutus codicibus bibliothecæ Palatinæ, et Raphaelis Seileri exemplari, quod erat apographum codicis optimi Augustani: nam codicem olim fuisse in bibliotheca inclytæ reipublicæ Augustanæ, testis est Hieron. Wolfius præfatione ad Nicetam, et ipse Seilerus, qui ipse Græca descripsit et Latine vertit, tametsi versionem suam in vulgus exire nunquam permisit. Dico olim fuisse, jam enim non est, sed amissus est, ut ante aliquot annos ex amplissimo domino, Marco Velsero, dumviro Augustano, intellexi: nescitur, cujus negligentia vel fraude perierit. Tot ergo subsidis (a Frehero, cui a. 1596 librum dicavit) instructus Junius, præsertim translatione Seileriana debebat Codinum a capite ad calcem recognoscere, plurima et gravissima menda emendare, librumque ab erroribus liberum lectori proponere. Ad eo tempore nonnulla satis acerbe, ut solet, castigavit ac reprehendit in Junii versione et adnotationibus idem Gretserus notis ad tomum operis De cruce, Ingolstadt. 1600, 4, editum p. 577, 587, seq. 599 sq. 606 sq., 609 sq., 613 sq., etc. Idem a. 1602, 8, Ingolstadii edidit notas et varias lectiones in Codinum ex duobus mss. cold. bibliothecæ Bavaricæ et uno Lautherianæ, ad calcem commentariorum Mureti in Aristotelis *Ethica*, *OEconomica*, Platonis *De Rep.* libros duos et Xenophontis *Ἀνάβασις* Cyri. Deinde ejusdem Gretseri facula, Codino accensa, prodit ibid. 1601, 8, una cum Mureti notis ad Sallustium et quinque primores Annalium Taciti libros. Deulque totum Codini opus ad tres illos codices castigatum cum nova versione sua, et tribus commentariorum, observationum et emendationum libris, et dissertatione de imaginibus non manufactis Gretserus vulgavit Paris. 1625 fol. ex officina Seb. Cramoisii (f). Quanquam vero multa recte Gretserus in Codino vidit, multa etiam Meursiano Glossario (g) Græco-Barbaro adjutus potuit rectius interpretari: non minus tamen Spicilegium et ipse sat amplum Jacobo Guaropræbuit, qui in editione Co-

— 2. De officiis et officialibus aulæ CPolitanae, tum de annis ab orbe condito usque ad imperium Constantini M. et de his qui a Constantino M. CPoli regnarunt, una cum opusculis de templo S. Sophiæ. — Opus de officialibus palatii CPolitani est quoque in cod. 107 n. 1, cum appendice de officiis Magnæ Ecclesiæ; et in cod. 282. fol. 208. (pag. cat. 214 585.) — Paris. in bibl. publ. est Col. in. De originibus CPolitani aut excerpta ex illis in novem cod. — De officiis aulæ CPolit. in quinque codd. et de ædis Sophiæ structura in codd. 1726, n. 4, 1786, n. 5, 1788. V. Indicem ad vol. II catalog. mss. Paris. bibl. in cod. 1726, n. 2, Codino de officiis, capp. XII, index est prælixus, qui addit caput XII, cujus prior parte exhibetur Catal. chronologicis et historicis imperatorum a Constantino M. ad Constantinum Palæologum; altera autem patriarcharum CPolitianorum a Metrophanæ ad Isaiam nomenclatio, versibus iambicis, Græca lingua vulgari. Sed utrum Codinus capitis illius auctor sit, dubitat confector catalogi II. pag. 595. — In codd. 1788, n. 1, Cod. de signis, statutis et aliis spectatū dignis, quæ CPoli conspiciuntur. — Vindobonæ, in bibl. Cæsarea, cod. 133, n. 16, Codini Catal. officiorum magnæ eccl. CPolitanae S. Sophiæ, quem Lambec. in comm. VII, pag. 531, cum ed. Goari conferre suadet: idem in vol. VIII, pag. 126 sq. corrigi et supplet Codini librum de officiis CPolit. — In cod. vol. VIII, pag. 968 sq. cod. 50, fuse recensetur, in quo est n. 2, nomine auctoris non addito, narratio de structura templi CPol. S. Sophiæ, ibique contra Franc. Combessium, adversarium, multa pro se dicit, loca quædam emendat ex codice, et de tempore, quando et quandiu templum illud sit extractum, disserit. — In cod. 292 n. 11, Excerptum ex Codini Origin. etc. (Lambec. V, p. 526.) secundum catal. codd. Angliæ tom. I, in bibl. Bodl. inter codd. Henr. Savillii, n. 655, Codini Origin. etc., cum Catalogo imperatorum et patriarcharum. — Tom. II, in Cat. codd. eccl. Westmonaster. n. 1094, Cod. Origin. CPol. — Inter codd. Voss. n. 2729, De origin. etc., cum emendat. et notis manu Jos. Scaligeri.

— In bibl. Jacobæa, n. 8582, Codini πέντε Κωνσταντινουπόλεως etc. et n. 8585, de officiis Magnæ Ecclesiæ et palatii. — In bibl. Escorial. Codin. De honoribus, dignitatibus et officiis palatii CPolit., teste Piuero in *Itiner. per Hisp.* pag. 170. — Martiti, in bibl. Regiæ cod. 29, Curopalatae (n. Georgii Codini) De officialibus palatii CPolitani et Magnæ Ecclesiæ liber, item notitia metropolitani, areniepiscopatum et episcopatum Græcorum, incerto auctore; singula et quibus in rebus cod. hic differat ab editione, curate recenset Iriarte, in bibl. reg. cod. Gr. pag. 128 sq. (HARL.)

(c) Francofurti prodidisse hanc editionem, scribunt Henckus et Warthonus. Sed puto Heidelbergæ potius, licet Francofurtensi senatui sit ab editore qui Francofurti ad Mœnum illò tempore versabatur, dedicata. (FABR.) Copiose recenset hanc et reliquas edit., enarrat controversiam et de Codino atque Junio agit Freytag. in *Appar. liter.* I. p. 554 sqq. (HARL.)

(f) Iterum Gr. et Lat. cum comment. in Gretseri Operibus, tom. XV, p. 1. sqq. Ratisbonæ, 1734. (HARL.)

(g) Goarus in præf.: *Quam infeliciter Junius in elucidanda verborum, quibus usus est Codinus, obscuritate desudaverit, Meursii in paribus locis demonstrat emendatio, et instituta per Gretserum versio ac in amplis disertisque commentariis ejusdem Codini illustratio: sed cum ea qua Gretserus ætate vivebat, voces illæ neotericæ Græciæ nondum in occiduas partes essent allatæ, propterea venia dignus est vir sune de re litteraria bene meritus. — Non enim ille solus est, qui ad scopulos, quos Meursii Glossarium ex potiori parte διορθωσας exponit, allidat. Is enim cum germanam Græcarum ac vulgarium vocum mentem non sit assecutus, sequacibus foveam fecit, in quam ipse prior lapsus, nisi a recentioris Græcicæ linguæ bene perito corrigatur, illustretur, ac infamis prope modum, quæ possent addi, dictionibus (uti a Gangio postea feliciter et docte præ-tium est), augetur, facilem adhuc secularis præbet lapsus occasionem.*

dini nova Regia Parisiensi 1648, fol. (h) Græca ad duos colices bibl. Regiæ et tertium Alatiarum emendavit, versionem per singulas paginas castigavit, novasque pereruditas notas suas, in quibus et Junius aliquando, ut p. 76 vindicator (i) adjidit. 798 Adjuuxit etiam ineditos ante officialium Ecclesiæ et aulæ CPolitanae catalogos ex mss. Regiis p. 5, 7, 36, et ex Mazarinianis Matthæi, *presbyteri, patriarchæ et medici* (μοναχοῦ (h) καὶ θύτου) opusculum, versibus scriptum politicis, περὶ τῶν ὀφεικῶν τοῦ παλατιοῦ τῆς Κωνσταντινουπόλεως pag. 8, 58, et alterius Anonymi, versibus iambicis p. 40; nec non ex Alatiarum, pag. 9. Præterea Græce et Latine *Græcorum episcopatum* διατύπων, ante octingentos annos a Leone Sapiente imp. digestam et in Caroli a S. Paulo Geographia ecclesiastica prilem editam, sed per Goarum ad alium codicem castigatam, p. 337 — 362. 2) Ἀνακεφαλαιώσιν πατριαρχῶν καὶ συναρτημασιν τῶν ἀποστολικῶν θρόνων, pag. 363 — 381. Quam idem Carolus a S. Paulo e codice Vaticano dederat. 3) Τάξιν προκαθεδρίας τῶν ὑπὸ τὸν ἀποστολικὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως τελούτων μητροπολιτῶν καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἐπισκόπων p. 381 — 399 ex editione Gretseri ad Codini calcem, pag. 113 collata cum ms. Regio et cum Jure Græco-Romano Freheri, pag. 90 sq. 4) Ἐχθεσιν βασιλείῳ κύρου Ἀνδρονίκου τοῦ γέροντος, ὅπως νῦν ἔχουσι τάξεως αἱ ὑποκειμεναι μητροπόλεις τῇ πατριαρχικῇ θρόνῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως; p. 400—409. Hanc Andronici Senioris Palæologi imp. Expositionem primus ad Codini calcem Junius, p. 219, et illius exemplo Gretserus, p. 117, ediderat. 5) Ἐχθεσιν νέαν, ὅπως νῦν γράφει ὁ Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχης; τῇ πάπα καὶ τοῖς λοιποῖς πατριαρχαῖς καὶ ἀρχιεπισκόποις καὶ μὴν καὶ τοῖς μητροπολίταις καὶ τοῖς κοσμηκῆς ἀρχαῖς διτθύνουσιν. *Expositionem novam, quomodo CPolitana patriarcha ad papam, reliquos patriarchas et archiepiscopos, sed et metropolitano, cunctisque sæculares dignitates moderantes nunc scribat*, p. 410 — 419. 6) Parthenii, patriarchæ CPol. epistolam formatam, qua prosecutus est Philippum de Harlay Comitem de Cely, legationis functum regis Christianissimi ad Turcarum imp. et Urbani VIII papæ Romani epistolam ad eundem Harleum. p. 420 sq. Ut ad Codini librum revertar, illius mss. codices præter eos quos jam laudavi, etiam Vaticanum, Scoriacensium et Stortianum memorat Allatius, *De Georgiis*, p. 362, notatque, stylo incompto ac barbaro et, qui ea ætate in populi plebisque usu erat, scripsisse: *Præter enim, inquit, rerum ac nominum difficilem intelligentiam, sæpe etiam ipse modo loquendi agresti et duro sententiam obturbat et obscuro, quem etiam exscriptorum errata, dictionesque extræ loco propriarum, doctorum incuria intrusæ, reddunt obscuriorem. Pleraque ex Cantacuzeno aliisque recentioribus historicis prope verbatim exscripsit, ut inter alios adnotantur Pontanus (l) et Gretserus.*

Παραβολαὶ ἐκ τῆς βίβλου τοῦ χρονικοῦ περὶ τῶν πατρῶν τῆς Κωνσταντινουπόλεως; *Excerpta ex libro Chronico de originibus CPolitans. Librum chronicum intellige Hesychii illustris, de quo dixi supra pag. 544 sq. [ubi v. not. (l)] ubi et de variis hujus libri editionibus: ex illo enim pleraque verbotenim Codinus expressit, cæteris, ut Lambeco notatum, additis e Glycæ *Annalibus*, *Chronico Alexandrino* et alio hactenus non edito Julii Pollucis, Christiani scriptoris, qui antequam illo Polluce, cujus *Onomasticon Commode* imp. dedicatum habemus, aliquot sæculis est recentior. Prodiere hæc Codini παραβολαὶ primum cum Georgiis Dousæ, Iani F. versione Heidelbergæ apud Commelinum 1696, 8, et additis Jo. Meursii notis Genæ. 1607, 8; denique cum versione et eruditis notis Petri Lambecii Paris. e typographia Regiæ, 1655, fol. (m). Hic Lambecius longe locupletissimam Codinianorum excerptorum editionem dedit in qua longe plura Græce et Latine exhibentur, collatis codicibus mss. compluribus, duobus Holstenianis, quosum unum Holstenius, Lambecii avunculus, a Peirescio acceperat, alterum e Vaticano codici e descriperat, tertio Is. Vossii ex codice Britannico; quarto Jac. Sirmondi, quinto regio Paris. et sexto denique Romano e bibl. Vallicellana. Inde in Lambeciana editione post illa de originibus CPol. sequuntur: Περὶ τῆς σχηματογραφίας; Κωνσταντινουπόλεως, *De forma et ambitu urbis CPolitanae*, pag. 11. Περὶ Ἀδιαθῆνης, *De Adiabene*, regione Asiæ ultra Tigridem, fluvium in qua Naphtha provenit, p. 13. Περὶ ἀγαμάτων, στηλῶν καὶ θεαμάτων τῆς Κωνσταντινουπόλεως *De signis, statuis (n) et aliis spectatu dignis CP. ibid.* Quæ in Lambeciana editione leguntur pag. 19 B. a verbis Εὐφημίας τῆς γυναικὸς usque ad p. 21 D. τοῦ πρωτάτου, ea Græce e codice Bavarico vulgaverat Gretserus, lib. III Observationum ad Codinum *De officiis*, cap. 19, quemadmodum et illa, quæ pag. 23 B a verbis Περὶ τοῦ κιονος τοῦ φέρου*

(h) Recus. Venet. in Corpore Byzant. etc. 1729. V. supra in h. vol. pag. 526, et Baumgarten *Nachrichten von einer Hallisch. Bibl.* tom. V, pag. 449 sqq. (HARL.)

(i) Non pauca etiam, quæ pro Junio, socero suo, possit reponere, habere se professus est Vossius lib. in *De historicis Græcis*, p. 368, testatus insuper præf. ad libros de historicis Latinis, Junium novam fuisse motum Codini editionem, solo typographi consilio suppressam, in qua magnam partem erepturus fuisse Gretsero occasionis ita in eum debacchandi.

(k) In ms. Vindobonensi, triginta versibus auctiore pro λατρεῖ legitur οὐτρεῖ. Vide Lambecium III, p. 469. Θύτης vero est hieromonachus. Matthæum hunc

post Alexii Angeli tempora scripsisse notat Hancockus, II, 8, p. 680, de scriptoribus Byz. Fortasse is haud diversus a Matthæo Blastare.

(l) Jac. Pontanus, ad Cantacuzeni lib. I, cap. 41, pag. 991; Gretserus, ad Codinum III, 12, p. 270, edit. Cramoisianna.

(m) Hanc Lambecii edit. recenset Kollarus in Lamb. comm. de bibl. Cæsar. vol. I, p. 448 sq. Add. Baumgarten, *Nachr. von einer Hallischen Bibl.* tom. V, pag. 445 sqq. — Rec. est illa edit. Venetis in corpore etc. V. supra in h. vol. p. 525. (HARL.)

(n) Pleraque hujus partis vulgaverat etiam G. Dousa.

usque ad verba pag. 28 C. Τὸ αἰδοῦν φαῖνῆναι μοιχευθείσης. Cæterum, quæ de signis sive simulacris gentiliū Codinus hic narrat, desumpsit e Phornuto et Jo. Lydi, Philadelphiensis, libro *De mensibus* (o) e quo Suidas etiam, ut Lambecio observatum, eadem hausit. Reliqua de statu et rebus, in urbe spectatu dignis, ad verbum fere descripsit ex anonymi collectaneis antiquitatum CPol. quibus titulus Παράστασις σύντομοι χρονικά, quas primus e codice regis Galliæ Lambecius cum notis suis ad calcem Codini, pag. 85 — 105, vulgavit Græce, observatque, excerptas esse e Theodoro Lectore, Papia, Eusebio Socrate, Marcello lectore et compluribus aliis scriptoribus. Anonymi Collectanea eadem longe emendatius ab illo tempore Græce et Latine cum versione sua et notis dedit Franciscus Combefisius in *Fasciculo rerum CPolitanarum*, ad calcem Allatii *De Simeonibus*, Paris. 1664, 4. Cumque Lambecium in notis illis non raro perstringat, Lambecius ei respondere voluit in nova, quam pollicitus est, Codini editione, quam supplemento Corporis Hist. Byzantinæ ex bibl. Cæsarea potissimum instruendo inserere voluit. Vide lib. III Commentar. de bibl. Vindobon. p. 126. [libr. VIII, p. 970 Koll.] Sed illud Supplementum nunquam lucem vidit (p). Sequitur in prima illa et ultima Lambeciana Codini editione ejusdem scriptoris *Περὶ κτισμάτων τῆς Κωνσταντινουπόλεως*, *De templis, monasteriis et aliis ædificiis CPolitanis*, pag. 37 — 64; et *Περὶ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ τῆς ἁγίας Σοφίας*, *De structura templi S. Sophiæ* et SS. Apostolorum p. 64 — 74. Quæ pars etiam in Georgii Dousæ editione legitur, ac denique *Περὶ τῶν ἀπὸ κλίσεως κόσμου ἐτῶν μέχρι τῆς βασιλείας τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ περὶ τῶν βασιλευσάντων ἐν αὐτῇ τῇ βασιλείᾳ τῶν πόλεων, μέχρι καὶ αὐτῆς τῆς παρὰ τῶν Ἀγαρηῶν ταύτης ἀλώσεως*, *De annis ab orbe condito usque ad imperium Constantini Magni; et de iis qui a Constantino Magno in ipsa urbiū regina regnarunt, usque dum ab Agarenis* (a. C. 1453) *capta est*, pag. 75 — 83. [De codd. jam supra egimus.]

Subjicitur in calce voluminis Ἐρμηνεὺς τῶν ὀφικίων τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης Ἐκκλησίας & διαρρηνεύθησαν κατὰ τάξιν. Anonymi explicatio officiorum S. ac Magnæ Ecclesiæ CPol. secundum eorum ordinem: quam Bernardus Medonius, Tolosus, e ms. codice Caroli Monchalli, archiepiscopi Tolosani, primus edidit, Latinamque versionem suam et Glossarium, atque in margine notulas adjunxit.

Exstat quoque, sed quam Lambecius merito omisit, ab eodem Codino versa Græce *Missæ Gregorii I papæ*, quam cum illa Græca interpretatione (utraque lingua, non Græce tantum, ut Warthonus scribit) Paris. 1595, 8, edidit Fed. Morellus, quocum illam communicaverat Joannes a S. Andrea, ecclesiæ Patrisiensis canonicus. In bibliotheca Barberina memoratur præterea editio Paris. 1583, 8, quam non vidi. Exstat et Græce et Latine in Frontonis Ducæi Auctario Bibl. Patrum Paris. 1624 tom. XII. *Scias, lector*, inquit Allatius, *De Georgiis*, p. 362, *hanc eandem Missam, multo auctiorem et perfectiorem legi in bibl. Barberina cod. 75, quæ tamen dicitur ab Emanuele Chrysolora esse in linguam Græcam conversa: λειτουργία μεταγλωττισθεῖσα ἀπὸ Λατινικῆς διαλέκτου εἰς τὴν Ἑλληνικὴν, παρὰ κυροῦ Μανουῆλ τοῦ Χρυσολωρᾶ. Initium idem est, quod in illa, quæ Codino tribuitur: Ὁ μέλλων λειτουργῆσεν ἱερεὺς, etc.*

Prodiit etiam cum Codino Lambeciano ejusdem Emmanuelis Chrysoloræ (q) epistola ad Joannem Palæo-

(o) Edit. a Nicol. Schow. Lips. 1794. 8. (HARL.)

(p) Fasciculum tamen schedarum variar. ad ed. suam reliquit, de quo vid. Kollarium in Suppl. ad Lamb. p. 775 sq. et Nessel. cat. VI, p. 146. (HARL.)

(q) Hic est qui ex Græcia, a Turcis opprimi cœpta, viribus ejus nobilibus et eruditis inter primos Græcæ litteras in Latium reduxit et in Italia ipse substituit, cum Joannis Palæologi nomine legationem pro auxilio adversus hostes impetrando obisset. Docuit Græcæ litteras Venetiis primum, deinde Florentiæ et Romæ ac tandem Ticini, atque e vita decessit Constantiæ a. C. 1415. Ejus Epitaphium Lambecius Epistolis præmisit, quod etiam legitur in *Historia concilii Constantiensis*, quam viro præstantissimo Hermanno ab Hardt debemus, tom. I, p. 10 sq. Adde, si vis, Jovii *Elogia*, p. 41; Martini Crusium, lib. v. *Germano-Græciæ*, p. 34 (ubi etiam de Joanne Chrysolora, Francisci Philippi socero, viro itidem doctissimo,) Isaaci Bullarii *Academia scientiarum*, tom. I, pag. 265; Hanckium, *De scriptoribus Byz.* lib. I, cap. 37; Kœnigium, in bibl. Pauli Freheri, *Theatrum virorum illustrium*, p. 1423, sq. etc. [H. Von der Hardt, *memoria Chrysoloræ*, Helmstad. 1718, 8. — C. Oudin. *Comm. de scrip. eccl.* tom. III, p. 1252. — Osservazioni di D. G. intorno a Emanuele Chrysolora, *Ristoratore delle lettere greche in Italia*, in Raccolta d'opusc. scient. tom. XXV, p. 241 sqq. ubi quoque pag. 291 et 323 sqq. insertæ sunt Andr. Julii Orat. in funere Man. Chrysoloræ, et Guarni Veronensis epistolæ IV de Chrysolora. — Mehus in *Vita Ambrosii Camaldulensis*, p. 357-

364. — Humphr. Hodius, *De Græcis illustribus L. Gr. instauratoribus*, Londin. 1728, 8, p. 12, ex quo indicem librorum, ab Emman. Chrysolora confectorum, et alia paucis repetit, et plura de codd. atque editi. præcipue Erotiemaium collegi: aliosque VV. DD. laudavi. — Editionis Aldinæ (in fine: Venetiis in ædibus Aldi MDXII), cujus exemplar nactus sum, inscriptio plenior hæc est: Ἐρωτήματα τοῦ Χρυσολωρᾶ. Περὶ ἀνωμάλων ῥημάτων. Περὶ σχηματισμῶν τῶν χρόνων ἐκ τῶν Χαλκονδύλου. Τὸ τέταρτον τοῦ Γαζῆ, περὶ συντάξεως. Περὶ ἑλληνικῶν. Γνώμαι μονόστιχοι ἐκ διαφόρων ποιητῶν. *Erotiemata Chrysoloræ. De anomalis verbis. De formatione temporum ex libro (Demetrii) Chalcondylæ. Quartus Casæ de constructione. De Euphisticis. Sententiæ monostichi ex variis poetis.* Aldus, cum ejus insigni typogr. in 8. — Bandinius in Catal. codd. gr. Laurent. I, p. 139 sq. plura scripsit de Manuele et Demetrio, Chrysoloris, recensuit cod. 20, plut. 6, in quoz continetur 1) Man. Chrysoloræ comparatio antiquæ et novæ Romæ, epistola ad Jo. Palæologum imp.r. Hæc eadem est epist. quam cum duabus sequentibus in ed. Venet. p. 81 sq. 97 et 98 a Lambecio editam esse, jam adnotavit Fabric., et quam a Francisco Aleario, Veronensi, Latine versam esse, ex Mabilioni *Museo italico*, tom. I p. 98 animadvertit Baudin. 2) Ejusd. Man. Chrysol. altera epistola, Romæ ad Joannem Chrysoloram exarata; 3) Ejusd. tertia ep. ad Demetrium Chrysoloram, Romæ itidem data, in qua se multum delectari vetustis status significavit; 4) Ejusd. quarta epistola ad Pallantem de morte sui fratris Manuelis, consola-

logum imp., qua σύγκρισις sive comparatio veteris ac novæ Romæ continetur pag. 107 — 136, Græce et Latine, cum ejusdem Lambecii versione. Sequuntur deinde, sed Græce tantum, binæ ejusdem Emmanuelis jam ὠμογέροντος, epistolæ ad Joannem Chrysoloram et Demetrium Chrysoloram, Roma scriptæ et Græciæ absentiam Romæ laude solantes. [Conf. D. Bærner, De doctis hominibus Græcis Litterarum Græcarum in Italia restauratoribus, Lips. 1730, 8; de Emm. Chrysol. pag: 1 sqq. in specie de ejus epp. pag. 10 sq. et 22 sq. (HARL.)

In notis ad Collinum, pag. 187, Lambecius Græce publicavit ineditam ante orationem, habitam a Photio, CPolitano patriarcha, in *Encæniis novæ ecclesiæ* (r) B. Virginis a Basilio Macedone post a. C. 879, quo restitutus est Photius, in imperatorio palatio CPolitano Kalendis Maii dedicatæ. Titulus est: Φωτίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἑκφρασις τῆς ἐν τοῖς βασιλεῖσι νέας ἐκκλησίας τῆς ὑπερχίας Θεοτόκου, ὑπὸ Βασιλεῖου τοῦ Μακεδόνης οἰκοδομηθείσης. Incipit: Φαιδρὸν ὄρω τῆς παρουσίας ἡμέρας τὸν σὺλλογον. Eandem orationem Græce et Latine cum versione sua dedit Franciscus Combesius in *Manipulo rerum CPolitanarum*, ad calcem Allatii de Simeonum scriptis Paris. 1661. 4, pag. 304 seq. De Photii Bibliotheca et aliis scriptis infra suo loco.

toria, docta quidem et diserta, cujus initium speciminis loco Græce evulgavit Bandin. l. c. pag. 140, et in nota 1, plura de illa aliisque Chrysoloræ epistolis attulit. — Epistolæ ad regem Jo. Chrysoloram, Demetrium Chrysol, ad Pallantem in obitu germani fratris Manuelis consolatoria, a Bonav. Vulcanio Latine versæ, exstant in in Bibl. Leidensi. V. Catal. p. 345, n. 30. — Adde de tribus Chrysoloris infra in vol. X, p. 392 seq. [HARL.] — Hujus Emmanuelis Chrysoloræ *Erotemata Grammatica* prodierunt Græce Argentor. 1516. 4. [m. 8.] Venet. 1549, 8, et cum Latina versione Paris. apud Wechel. Cæterum non dubito, librum Chrysoloræ

De antiqua et nova Roma, quem Gesnerus Græce refert exstare in bibl. Medicea, et quem Vulcanius voluit in lucem dare, illam ipsam epistolam longiorem esse, quam Lambecius Græce et Latine edidit. Ejus *De processione Spiritus sancti* contra Græcos, quod laudat Allatius contra Creyghonum, miror non editum esse in ejusdem Græcia orthodoxa. Incipit: Ῥωμαῖοις γράφων.

(r) In Vita Basilii, scripta a Constantino Porphyrog. n. 55, templum illud, sive νέα βασιλική ἐκκλησία, condita traditur in honorem Christi, Michaelis archangeli et Eliæ Thesbitæ.

GEORGII CODINI

DE

OFFICIIS MAGNÆ ECCLESIE ET AULÆ CPOLITANÆ

LIBER.

EMINENTISSIMO S. R. E. PRINCIPI

MICHAELI MAZARINO

AQUENSIUM ARCHIEPISCOPO.

Quanto magis æmula Græcarum Gallia litterarum, eminentissime cardinalis, primæva non inferior pietate, imperii dignitate nunc potior, tanto sibi Græcia pristinae eruditionis religionis majestatis memor querit ardentius Gallia præsidium; et quo vehementius Galli proceres sapientiæ Athenæum ambiunt, eo majori gestit ubertate gaudiorum Codini σφωρτάτου nomen adeptus suum hoc de officiis ecclesiasticis et palatinis opus a Gallis æterna consecratione dedicari. Extra patriam, licet non ignotus, errare videretur, ni patrios suos ecclesiasticos proceres in sacrarium tuum reciperet, aulicos in palatium induceret, in quo avitæ religioni, simul ac regis majestati sedem pararet. Albicantis sub tua purpura vestis candore perspecto, intimum animi tui candorem conjecit nec imparem eminentiæ nobilitatem; patriarchamque suum cum ecclesiæ magnæ optimatibus modo, cum nec luget nec jejuna illa, candido colore fulgentem, modo, si luctum vel jejunium indixerit, purpureo

coruscum, in sacris tuis ædibus te colere; imperatorem vero curiali suo comitatu stipatum, aureum quamvis et purpuream undequaque, si majestatem nullo mœrore obnubilatam proferat, candidis contra vestibus amictum, si luctum testetur, te venerari et in musei tui secretiore penetrâli tuis pedibus advolvi exoptat. et nunc amisso imperio, ad felicitatis reparandæ omen, priusquam iterato se proferat in tuo nomine apparere postulat. Id sane Codini opus est, quod non crediderit merito quispiam tot dicendum hominibus quot Officia percensuit, sed ei soli vovendum quem plurima respiciunt officia, et cuius in fronte præstitum nomen pars libri sit potissima. Sic est profecto, cardinalis eminentissime: per te Codinus mirum in modum augetur, nempe qui non officia solum enumerat Magnæ ecclesiæ et aulæ Cpolitianæ, sed etiam ampliores, quas in Te colligis, utriusque palatii Regii et Vaticani dignitates videtur expressius representare. Quapropter auctorem hunc tuo nomine consignasse sincere et sine furo profiteor præcipuam ex meis ad eum notis. Ita non foret iste meus, nisi tuus. Utinam olim Codino datum tuo frui conspectu: unus ei fuisses satis ad novam officiorum bene longam seriem contexendam; quam luculentas in illum nec commentationes ederem! quam ingens implerent volumen, ubi circa singula, quibus perfunctus es, munera, quanta te gessisses in unoquoque prudentia, integritate, laude, curiosius adnotassem! At quid vana mentis oblectatione deludor? quasi vero notis indigeat quod omnibus notum? neminem hoc fugere potuit. Te quotusquisque facile suspiciendum habuit, quem decora virtutum ante purpuram ubique statuerunt eminentissimum. Te talei purpuræ fulgor invenit, non fecit. Nihil ad veritatem addo: sic apud me supremum æterni Numinis in te consilium, non desultoria cogitatione sed accurato mentis examine, soleo pensitare. Te, fausto prorsus omine, decrevit allectum in Prædicatorum familiam, in qua meritorum suffragio vere fores purpuræ candidatus. Te natum in salutem hujus imperii voluit ad doctoratus gradum promoveri, que laurea non obscure lauros alias alumbraret; et quod antiquitas fabulosum cecinit, veritatis prænuntium ac præconium posteritas comprobaret. Palladium e Jovis cerebro natam, laureatis armis instructam, Athenarum ac scientiarum omnium sibi comparasse præsidium, ac subinde ad oleam pacis argumentum Athenis plantandam atque pacem ipsam in orbem universum propagandam animum convertisse. Quem cælum designabat proregem ordo provinciam renuntiavit: sacri palatii magistrum prius instituit pontifex quam regum supremus Gallici ministrum. Virtuti proclive per descensum gradatim ascendere; quod deinde bonum contigit Aqueusibus, ardebant toti Prædicatorum ordini in comitiis Genuesibus Galli et Itali, quorum judicium vel ex eo sapiens comprobatum est, quod unum e multis te Gallia censuerit universa dignum qui principem referres, cui nescit orbis æqualem. Prædentèr habuisti dubiè tibi tum Roma purpuram obtulit, cum regem esses exhibiturus; sed quam probe te novit, tam verecundè in hoc ipso purpuræ dono novam ac ampliorem fatetur accepisse splendorem. Illum velut admirantis turbæ unus, (cujus enim animum tantus fulgor non alliceret aut exhilararet?) deposito non amisso pulvere, vicinior intueri sum ausus, quo meo labori et operi lucis plurimum affulgeat. Levidense offero tibi munus, sed affectu grande; meritis impar, verum in quo cunctis eum congestis in æcerum dignitatibus, quantum illa sibi jure deposcerent, bono in lumine pono. Hoc igitur observantibus in te meæ monumentum velim excipias, et oculis quibus meum rapuisti pridem animum, benigne inspice. Vase et vivè Ecclesiæ ad utilitatem, Galliæ ad omne genus felicitatis; Ordini nostro ad ornamentum, tibi ad beatam gloriam. Ita vovet submissi animi

Eminentiæ tuæ deditissimus servus

F. JACOBUS GOAR ord. Prædic.

E conventu tuo Parisiensi S. Mariæ Annuntiæ.

P. JACOBI GRETSERI PROCEMIUM.

Ante viginti, et quod excurrit, annos libenter et diligenter legebam libellum Geotgii Codini *De officiis et officialibus Magnæ Ecclesiæ et aulæ Cpolitianæ*. Testimonio esse possunt notæ ad secundam tomum de S. Cruce, et notæ ad Codinum cum Ethicis Mureti publicatæ, et Facula Codino accensa, evulgata eam ejusdem Mureti in Tacitum Commentariis, consultis et cum editione Juniana collatis tribus calamo exaratis exemplaribus, duobus nimirum Boicæ bibliothecæ, tertio Lautherianæ.

Sæpe a me petierunt viri docti ut Codinum de integro interpretarer. Paruissem jam dudum, si per alias occupationes, qua publicas in scholis qua privatas domi, ficuisset. Nunc cum perpetuus capitis totiusque corporis languor sat luculentum otium mihi pepererit, Codinum, ne plane otiosus essem, in manus sumpsi, verti, commentaria adjeeci, errores gravissimos Junii detexi, utique id aut non facturus aut

parce facturus, quamvis innumeros eius errores dissimulaverim, nisi Junius homo arrogantissimi supercilii et catholicae fidei immanissimus hostis fuisset; qui cum a suis haberetur et vendicaretur omni scius, perspicue ostendit edito Codino sibi hac opinione et fama fieri injuriam, si tamen volenti fieri potest injuria, quia Junius hanc de se opinionem et famam volebat et fovebat, qui Curopalatum primo edidit anno Redemptionis 1538 ex bibliotheca Julii Pacii, suppresso suo nomine, vel potius in Judaicum commutato: Nadabus enim Agmonius senatui Francofortensi Codinum dedicabat; et ne non satis dedicatus easset, eundem Pacius dedicavit Hippolyto a Collibus, suo in prætorio Heidelbergensi collegæ. Postea nactus Junius a Marquardo Frehero integriora exemplaria, adjectis priori editioni aliquot pagellis, quibus lacunas nonnullas explevit, nomen suum professus est, Codinumque Frehero inscripsit, ita ut Curopalata jam tribus patronis stipatis in publicum venerit. Merito tamen culpandus est Junius, quod novam editionem non adornavit et a se pleno sacco sparsos errores non correxerit adjutus codicibus bibliothecæ Palatinæ et Raphaelis Seileri exemplari, quod erat apographum optimi codicis Augustani: nam Codinum olim fuisse in bibliotheca inelyta rei publicæ Augustanæ testis est Wolfius præfatione ad Nicetam et ipse Seilerus, qui inde Græca descripsit; et Latine vertit, tametsi versionem suam in vulgus exire nunquam permisit. Dico olim fuisse: jam enim non est, sed amissus est, ut ante aliquot annos ex amplissimo domino Marco Welsero II viro Augustano intellexi: nescitur cujus negligentia vel fraude perierit. Tot ergo subsidiis instructus Junius, præsertim translatione Seileriana, debebat Codinum a capite ad calcem recognoscere, plurima et gravissima menda emendare, librumque ab erroribus liberum lectori proponere. Verum nihil horum præstitit, nisi quod, ut antea dictum, pauculas pagellas primæ ac mendosissimæ suæ editioni assuit, mutato titulo, addito novo patrono appositoque suo nomine. Quo ipso fucum lectoribus fecit, quasi novam editionem promeret, anno 1586, cum non fuerit nova sed prima, illa utinam ipsa quæ anno 1538 prodierat.

De mea editione et commentariis non habeo quod dicam. Æquos lectores laboris mei arbitros esse volo. Æquos, inquam: nam iniquos non morer. Si quid mutatum sit, cujus ratio in commentariis non redditur, noveris id aut ex duobus Boeicis et Lantheriano codicibus aut ex perspicua ratione petitum. Vale feliciter, mi lector. Ingolstadtii anno salutis 1630.

P. JACOBUS GOAR.

LECTORI.

Quod usu solet evenire illis qui inter expurganda dirutorum ædificiorum rudera veteres offendunt et effodiunt nummos, illud idem hactenus Codiniani operis interpretibus contigisse nomen, qui legerit, infitias iturum puto: illi siquidem ubi præter omnem spem in aliquod numisma incidere, se locupletes existimant; unde facto impetu irruunt, et quasi foret reconditi thesauri argumentum, majori conamine terram hinc inde eruunt, gaudent, mirantur, sperant, et quodnam sit metalli genus aut monetæ species unusquisque, prout menti occurrit, interpretatur. Mellicæ, si non felices omnino, si non divites illi, beata numismata quæ in illorum devenere manus, quarum opera contractam amittunt rubiginem, et quidquid squalidum adhæserat deponunt, ita ut si non pristinum valorem, restitutum saltem ex aliqua parte recipiunt splendorem. Fossoros vero nec ditiores nec feliciores appello, si pretium nullum sit, si cujus principis inscriptionem numisma ferat aut imaginem repræsentet ignorent. Exesos rubigine characteres perlustrant; ac nisi vaticinari noverint aut aliunde acceperint quid litteræ vel figuræ significent, non explanabunt. Verumtamen quod ad Codini opus attinet, etiamsi præ vetustate non sit rancidum, præ uovitate tamen, quæ majorem lucem ut plurimum deberet promittere, invenitur obscurum. De nupera namque solum Græcia Codinus agit, non vocibus tantum novis, sed, quod mirum est, jam obsoletis. Usus quippe, qui recentiores ritus, mores, officia, vestes, integrum denique Græciæ statum invexit, Orientis everso imperio funditus interit; et sub ipsius Cpolis ruinis, quæ ante ducentos tantum annos in ea vigeabant consuetudines, quia ferme novo et ignoto loquendi genere expressæ, jacent misere consepultæ. Paucos ea de causa reperire est qui aspectu primo non demirentur, quamvis rari sint qui propius inspicientes litteras auctoris ac ejus scribendi characterem vel evolverint vel penetrarint. Quam infeliciter Junius in elucidanda verborum, quibus usus est Codinus, obscuritate desudaverit, Mensit pluribus in locis demonstrat emendatio et instituta per Gretserum versio ac in amplis disertisque commentariis ejusdem Codini illustratio; sed cum ea qua Gretserus ætate vertebat, voces illæ neotericæ Græciæ nondum in Occiduas partes essent allatæ, propterea venia dignus est vir sane de re litteraria bene meritus, ejus scripta multam doctrinam continent, doctrina pietatem sapit et ad sanctitatem accedit pietas, si aliorum mentem secutus in eorum menda prolapsus impegit. Non enim ille solus est qui ad scopulæ

quos Meursii Glossarium ex potiori parte *ελοβαρβαρον* exponit, allidat : is enim cum germanam Græcarum ac vulgarium vocum mentem non sit assecutus, sequacibus formam fecit, in quam ipse prior lapsus, nisi a recentioris Græcicæ linguæ bene perito corrigatur, illustretur ac infinitis propemodum, quæ possunt addi, dictionibus augeatur, facilem adhuc secuturis præbebit lapsus occasionem. Fateor Gretserum eruta metalla examinasse, a plerisque situm et squalorem deterassis, in exponendis emblematis Œdipi gessisse personam, et characterum, qui vix dignoscebantur, reconditam significationem investigasse : sed cum omnino sit impossibile vel nihil ignorare vel omnium votis satisfacere, complures et egregii quidem viri aliquid præter ejus laborem, quo labor ipsemet amplificatus excresceret, expectabant. Illa me desideria moverunt ut multa illustrarem, explanarem alia, de meo nonnulla conferrem : utinam homine Gallo monstrante viam, nemo in posterum etiam aliunde natus in Græcia peregrinus aberraret ! In alienam messem non adeo falcem quam uberiores segetes inmitto. Gretsero sua sarta tecta reliqui, et velut data ex tripode responsa sum veneratus. Superest ut quæ mea sunt et juris publici faciendi paucis proponam, accuratam scilicet Codiniani textus cum alterutro vel simul cum duobus Regiæ bibliothecæ exemplaribus collationem. Textum ipsum, non ad abundantioris doctrinæ ostentationem, sed ad utilitatem respiciens, emendavi : emendationem vel lectionum varietatem in marginem rejeci. Ubi cum utroque Regio minus convenire comperi, locos hoc indice *utr. Reg. (1)* designavi : ubi vero unum illorum a textus lectione discrepat, primum numeralis character Arabicus 1 indigitat, ac 2 alterum (2). Et si quando defectu alicujus notæ laboraveris, lector, ad præcedentem, quæ vices ejus supplebit, recurre.

Et ne quis putet me data opera Gretseri censorem agere, ipsum inter et me quemlibet statuamus arbitrum, qui de feliciori textus expositione iudicet. Et quamvis in Gretseri favorem feratur sententia, non debui perceptum a me novum sensum præmittere, quem qui Codinianum textum legerit emendatum, non longius requiret, cum oculis subsit in versionis margine.

Parum sane, licet nonnihil splendoris Codino contulisset, si in solo textu vel ejus versione restituenda tempus impendissem : debui, quod operæ pretium erat et operis erit utilitas et oblectamentum, ut ignotos recentiorum Græcorum mores, ita Codinianæ dictionis abstrusos et reconditos sensus elucidare, catalogos de ecclesiæ vel palatii Officialibus ex Regiæ vel illustris Mazarinæ bibliothecæ codicibus mss. alios ac omnino diversos proferre, ritus istos velut regulas factis et exemplis confirmare, de meo referre pauca vel ferme nihil, a me relata cuncta vel Græcis scriptoribus vel iis qui viva voce docuerunt ascribere. Quodsi mihi fidem non faciat quæ fide laborare Græcia præsumitur, si meum testimonium in suspicionem veniat, qui fieri potest ut tam multi auctores in notis ad singula capita adjectis catervatim prolati fide vacent, aut quis eorum suffragia voluerit in dubium vocare ?

Unum restat quod moneam, primum caput de Officialibus Magnæ ecclesiæ non mihi videri Codini. Cujus sententiæ rationem subjungo, nimirum catalogum in quo officialium nomina recensentur, a reliquis Codini capitibus sæpius in Regiis mss. distinctum reperiri. Et integrum opus absque catalogo in suo recto ordine capita videre est distributum ; quod et ipsi quibus usus est Gretserus comprobant codices. Cum tamen in Codinum scriptorem plerique referant, quin Codinum agnoscat parentem non invidio (3). Alios ipso ampliores inter notas adjungo. Ipsas etiam notas utrisque ac toti Codini operi volui connexas, ut auctoris arridente textu ejus expositio nullam tibi relinquat animo dubietatem. Codinum igitur plenius ac integre magis explanatum suscipe, et intererrime vale.

(1) Nunc AB.

(2) Nunc A et B.

(3) Cf. Gretser. commentar. f f extr.

ΤΟΥ
ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΚΟΥΡΟΠΑΛΑΤΟΥ
ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΟΦΦΙΚΙΑΛΙΩΝ
ΤΟΥ ΠΑΛΑΤΙΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ
ΚΑΙ ΤΩΝ ΟΦΦΙΚΙΩΝ ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ.
ΚΑΙ ΠΡΩΤΟΝ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΟΦΦΙΚΙΩΝ ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ.

SAPIENTISSIMI CUROPALATÆ
DE OFFICIALIBUS
PALATII CONSTANTINOPOLITANI
ET DE OFFICIIS MAGNÆ ECCLESİÆ,
ET PRIMUM DE OFFICIIS MAGNÆ ECCLESİÆ,

Jacob Coetsero interprete.

INDEX CAPITUM HUIUS LIBRI.

pitaacula. Verum si apud te imperatorum decreta
ecclesiasticas dignitates titulis istis argentia, si
nihil ipsius ecclesiæ splendor, si ratio jam prolata
nil obtineant, vide ne Latinam Ecclesiam paribus
probris objicias, ac non absimili ratione tibi sit ei
facili ad obloquendum ore conviciandum. GOAR.]

130 CAPUT V.

De sceuophylaxe et protecdico.

Sceuophylax est is quem multis in locis custodem
appellant; cui in supellectilem sacram arbitrium et
auctoritas. Τῶν ἱερῶν χειμηλίων τὴν ἐπιμέλειαν
ἔχει ὁ μέγας σκευοφύλαξ, inquit Balsamon. Nec ali-
ter Codinus: Sceuophylax κρατῶν τὰ σκευὴ τῆς
ἐκκλησίας. Quidam vertunt *sacristam*, non incom-

mode, nisi forsitan refragetur judicium illius, qui
res veteres novis vocibus significanter exprimi pa-
tienter ferre non potest. Hinc σκευοφύλακιον, ubi
sacrum instrumentum asservatur. Neque enim
agnoscit Suidas σκευοφυλακεῖον convenienter re-
gula suæ, de qua antegresso capite p. 125 in.
GRETS.

[P. 4. Ὁ μέγας σκευοφύλαξ. Allatiana (et M) :
Ὁ μέγας σκευοφύλαξ στήκεται ὅταν λειτουργεῖ ὁ ἀρ-
χιερεὺς ἐμπροσθεν τοῦ σκευοφυλακίου, καὶ εἰ τι δ' ἀν-
χρειασθῶν ἐκ τοῦ σκευοφυλακίου, αὐτὸς ἀποδίδει,
ἦτοι σκεῦος, βιβλίον ἱερὸν, κηροῦς καὶ ἀλλαγῆς, ὑπο-
κρατῶν καὶ τὸ σκευοφυλάκιον τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ
πᾶν σκεῦος τῆς ἐκκλησίας, ἔχων δὲ καὶ τὰς χηρεο-
μένας ἐκκλησίας εἰς τὴν αὐτοῦ ἐπίσκεψιν, καὶ τὰ
ἱερὰ αὐτῶν πάντα. Ἔστι δὲ καὶ εἰς τὰς κρῖσεις, φυ-
λάττων καὶ τὰ δίκαια τῶν εἰσερχομένων εἰς τὴν ἐκ-
κλησίαν διὰ τοὺς κληρικούς μέχρι τοῦ διανέμειν αὐ-
τοῦς ταῦτα. Illis alijunge: Δις τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀναφέρει
τῷ ἀρχιερεῖ, καὶ ἔστιν εἰς τὰς κρῖσεις. Brevius Re-
gia: Τῶν ἱερῶν χειμηλίων τὴν πρόνοιαν ἔχει. GOAR.]

Protecdicus vertitur a Bonifacio *primarius actor*.
Rectius *primus defensor*. Ejus officium erat, teste
Codino, τὸ ἀντιλαμβάνεσθαι τοὺς αἰχμαλώτους, cu-
ram gerere captivorum. GRETS.

[P. 4. Τὸς αἰχμαλώτους. Quos nimirum ipsi
Christiani sibi volunt servos facere. Blastares c.
33 τοῦ E στοιχείου. Οἱ τῆς βοηθείας δεόμενοι, οὗ-
τοι ἄρα εἰεν οἱ τῇ ἐκκλησίᾳ προσπεφυγότες, ἐπη-
ρείας δυναστῶν ἐκτριπέμενοι, ἢ πρὶν τι παταίσαν-
τες ἢ εἰς δουλείαν ἐλκόμενοι καὶ ζητούντες ἐπικου-
ρίαν, δι' οὓς καὶ οἱ ἐκδικοί γίνονται. De his Alexii
Novella 11 Juris GR. l. II. Regia vero aliquoties ci-
tata: Ὁ πρωτεύδικος ἔχει τὴν οἰκονομίαν τῶν ἐκ-
δικίων, καὶ τὸ ἀντιλαμβάνεσθαι τοὺς ζητούντων τὴν
ἐκκλησιαστικὴν βοήθειαν χάριν ἐλευθερίας καὶ τῶν
λοιπῶν προσφύγων, εἴτε ἀντιποιεῖσθαι καὶ ἐκδ. καὶ
ἀπὸ τῶν ἐπηρεαζόντων αὐτούς. GOAR.]

Vocatur ab eodem κριτῆς τῶν ἐγκληματικῶν ὑπο-
θέσεων, judex controversiarum quæ in accusatione
versantur. GRETS.

[P. 4. Ὁ πρωτεύδικος. Allatiana, ὁ πρωτεύδικος
κριτῆς (ἐκ προσώπου τοῦ ἀρχιερέως M) μετὰ δώδεκα
(τῶν δύο M, qui infra: οἱ δύο ἐκδικοί κρῖνουν μετὰ
τοῦ πρωτεύδικου μικρὰς ὑποθέσεις) ἐκδίκων μικρὰς
ὑποθέσεις τὰς εἰσερχομένας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ (ἐρευνᾷ).
Ἀναφέρει δὲ ταύτας τῷ ἀρχιερεῖ. Ejus tribunal ad
S. Sophiæ vestibulum: Εἰς τὸ προσκῆνιον τοῦ νεῶ,
ὁ πρωτεύδικος κληθήσεται. (Nicetas.) GOAR.]

Quocirca non probo descriptionem quam Turco-
græcia adducit fol. 218: Ὁ πρωτεύδικος ὁ τοῦς
πρόσφυγας ἀναδεχόμενος, qui *confugientes ad eccle-
siam recipit*, ut interpretatur 131 auctor Turco-
græciæ, sed male. Nam *confugientium* ad ecclesiam
cura pertinebat πρὸς τὸν τοῦ σακελλίου, ut supra di-
ctum c. 3. Itaque, si definitio hæc probanda sit, ali-
ter explicari debet, ut per πρόσφυγας intelliga-
mus illos qui ex captivitate ad Christianos spe li-
bertatis confugiant, non autem illos qui confugiunt

ad ecclesiam tanquam ad asylum imponentis gratia. Dicitur πρωτεύδικος respectu aliorum ἐκδίκων seu defensorum : plures enim erant ; ad quorum munus pertinebat quoque pauperum et infirmorum cura, ne opprimerentur a potentioribus, ut docet Balsamon in sua de chartophylace et protecdico disceptatione. Et olim quidem laici hoc officio fungebantur, postea tamen clericis commissum est. Protecdicum retulit inter exocatacælos Xiphilinus patriarcha, ut c. 2 diximus : antea enim minoris subsellii magistratus erat. Ἐκδίκετον apud Balsamonem locus est ubi οἱ ἐκδίκοι, quæ muneris suis sunt, asservant, consultant et peragunt. Ἐκδίκτης est ipsa defensio seu τῶν ἐκδίκων actio.

Observandum est etiam in Romana Ecclesia fuisse antiquitus *defensores*, unumque ex illorum numero præcipuum, qui *primus defensor* audiret. Quorum officium breviter describitur (verba Onuphrii refero) a Pelagio in *Rescripto* ad Antoninam patriciam, quæ postulabat monachum fieri *defensorem*, in quo ostendit officium monachi et *defensoris* convenire non posse: « *Illis enim, inquit, oratio, labor humanum (competit): at iis cansarum cognitio, conventiones, actus, publica litigia, et quæcumque vel ecclesiastica instituta vel supplicantium necessitas poscit.* » Ex decreto Urbani patet procuratoris nomine intelligi quemlibet ecclesiasticarum rerum administratorem, ut verbi gratia præpositum, œconomum, vicedominum, defensoris nomine advocatum sive castalium et iudicem, etc. Quorum quidam defensores sine adjectione, quidam defensores regionarii dicti sunt, quod scilicet in singulis regionibus distributi essent. Quorum primus vel princeps primicerius defensorum dicebatur, magnæ in Ecclesia Romana existimationis. Hæc Onuphrius in explicat. vocum ecclesiastic. docet Baronius *regionarios defensores* institutos fuisse a S. Gregorio anno Domini 508, ut sicut erant septem *regionarii notarii* et totidem *regionarii diaconi*, ita etiam essent septem *defensores regionarii*, cæteris dignitate præstantiores ; de quibus qui plura cupit, is Baronium consulat anno Christi 598. GRETS.

[P. 4. Συνοδῶ. Non omnium vel ex cunctis provinciis episcoporum quorundam simul coactorum concilio σύνοδος est : conflant eam ex more pontifices in urbem advenæ. Ab ea tamen primi sex diaconi requæunt abesse : οὗτοι κάθηται ἐν τῇ θείᾳ καὶ ἐπαύ συνοδῶ. Similibus in synodis, quæcumque lib. III et IV Juris GR. legis, sunt definita. GOAR.]

Hæc de prima pentade officiorum et officialium ecclesiasticorum. GRETS.

132 CAPUT VI.

De secunda pentade officiorum et officialium.

[P. 4. Ἡ δευτέρα πεντάς. Quid est quod quinarium titulus superior, sicut et hic promisit, at non ita velut hic quinque officiales exposuit? Respondeo, protecdico quondam quinarium tertii primam sedem obtinente, prout Allatiani catalogi declarant in Euchologio, primum quinarium plures officialibus

quinque non continuisse : at vero postmodum superioribus adnumerato, ne se dejectos quinarium secundi officiales conquererentur, primo visum est illum aggregandum. Ἀλλά γε, dixit in præcedentibus Matthæus Iatrus, καὶ πρωτεύδικος συναριθμεῖται τοῦτοις, senarium componeret, nisi quinarium nomen vellent esse retentum. Rationem profert Joannes Citrius Resp. 8 Juris GR. l. v : Τὸ δὲ τοῦ πρωτεύδικου ὄφελικον ἐν τοῖς ὑποδεδικασίῳ ἢ ἑκπαλαί, ὕστερον ἐν τοῖς ὑπερέχουσιν συνετάγη παρὰ τοῦ τῆς μακαρίας λήξεως πατριάρχου ΚΠ. Γεωργίου τοῦ Σεφιλίνου. Promotionis origo fuit lucrum ex hujusmodi ortum officio, quod nullus nisi invitus deserchat, ut volente patriarcha superiorem locum teneret : vel ambitus honor suggestit evectioem, ne qui officio ditescerat, semper in humili sede jaceret. Vide Balsamonem in can. 34 Carthagin. GOAR.]

In secunda continentur 1 protonotarius, 2 logotheta, 3 ὁ κανστρῖσιος, 4 referendarius, 5 ὁ ὑπομηματογράφων. GRETS.

[Ibid. Ὁ πρωτονοτάριος. Explicat ejus officium Allatiana : Ὁ πρωτονοτάριος ἱστάμενος ἐν τῷ ἀγίῳ βήματι εἰς ὑπηρεσίαν τοῦ ἀρχιερέως, καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῆς ὀψώσεως δίδοται νήψιμον τῷ ἀρχιερεῖ, κρατῶν καὶ τὸ δικήριον. Γράφει δὲ ὅτι ἂν βούλεται ὁ ἀρχιερεὺς μηνύματα εἰς πάντα ἀρχοντα. Ἀναθεωρεῖ δὲ καὶ τοὺς νομικοὺς δις τοῦ ἐνιαυτοῦ, σκεψάμενος δὲ καὶ συμφωνήσεις, πράξεις, ἐπιθήκας καὶ ἐλευθερίας. Καὶ ἀναγέρει τὰς εἰσερχομένας υποθέσεις τῷ ἀρχιερεῖ. (M : Ὁ πρωτονοτάριος εἰσθῆκει ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἰς ὑπηρεσίαν τοῦ ἀρχιερέως, καὶ κρατῶν τὸ καλαμάριον αὐτοῦ παρτοσῆται ἐμπροσθεν τοῦ ἀρχιερέως, καὶ γράφει ὅ τοιοῦτος εἰ τις χρεῖα ἐστίν. Ἀναθεωρεῖ καὶ τοὺς νομικοὺς, γράφει καὶ διατάξεις, καὶ ἐλευθερίας, καὶ προστάγματα καὶ τὰ τοῦτων ὅμοια.) GOAR.]

Post exocatacælos primus est protonotarius, inquit Joannes Citrius. Ex quo liquet, quare vocetur θύρα τῶν ἐξωκατακολλῶν, nimirum quia proximus a primis est et quasi janua seu primus ingressus ad exocatacælos. GRETS.

[Ibid. Θύρα τῶν ἐξωκατακολλῶν. Eo quod officium adeptus inter omnium supremos et ἔξω τῶν κατακολλῶν incipiat numerari. Protecdico vero nondum evecto superius erat adhuc protonotarius θύρα τῶν ἐξωκατακολλῶν, janua ad numerum sex illorum patriarcha inferiorum attingendum. At de exocatacælis uberius alibi loquemur. Est et cat. logus in Euchologio protecdicum exocatacælorum, protonotario rejecto, recensens ultimum ; verum orta inter eos lite, pacem, quam citius, pro libito patriarcha conciliabit. GOAR.]

Hinc evanescent commenta Junii, qui de janua seu thyra multa nugatur ex usu non Orientalium, sed suo. Ait θύραν seu januam dici, quisquis aditum ad superiorem præbet ; quem Latine, inquit, cum Festo admissivum aut cum recentioribus admissionalem commode nuncupaveris. Quo fit ut ex

protonotario faciat ostiarium seu janitorem *exocatacelorum*. Quis autem unquam audivit **133** protonotarium esse θυρωρόν seu ostiarium? Θύρα igitur, hoc est *janua*, nominatur, non quod sit *janitor* seu *admissionalis*, sed quia est proximus ab *exocatacelis*. Nec est quod Junius a *Janizaris* subsidium petat: alii enim nomen hoc non a *janua*, sed ab alio longe diverso vocabulo deducunt, ut in *Pandecte Turc.* videre licet.

Illud insuper festivum est, cum ait *protonotarii fuisse ut quæ foris a catacelis vel per catacelos ad patriarcham afferebantur, ea acciperet*. Quo auctore hoc affirmas? Nam dicenti duntaxat si crederemus, omnia crederemus, etiam aperte falsa. *Protonotarii* scit curare *pittacia*, ut inquit *Codinus*. *Pittacia*, ait *Cujacius* ad tit. 37, lib. xii cod. Justiniani, **B** sunt rationes et commentarii annonarum militarium. Eodem nomine significantur etiam *epistolæ*, *album*, *notaria*. Ita in jure civili: hic *militares annonæ* locum non habent. Est ergo *πιττάχιον* proprie quod nos vocamus, *ecclesiastica consuetudine* et appellatione, *breve* hinc *breve apostolicum*, et *Germanicum brief* pro *epistola*, et in *Annalibus Latino-Barbaris* *brevirgerulus*, *ein briefstrager*, seu *breviculum* seu *brevarium*, unde *Germani* suum *brevier* formarunt, pro libro sacerdotali ex quo horæ canonicæ persolvantur. Occurrit hæc vox *breve* aliquoties in legibus *Francicis* et in *synodo Meldensi* can. 4. *Glossarium*: *Πιττάχιον*, *pittacium*, *brevis*. *Anna* in *Alexiade* sua: Καὶ τὰ βιβλία εἰς μέτρον τηνεκαῦτα προὔκειτο· βρεβία ταῦτα ἡ συνήθεια οἷδε καλεῖν, ἐν οἷς ἀναγράφεται τὰ ἐν ἐκάστῳ τεμνεῖν ὄντα χειμῆλια. Hæc notavit *Pithæus* ad *leges Francicas*. Hujusmodi ergo *brevis* conficiendis præerat *protonotarius*, et posset forte ὁ εἰς τὰ *πιττάχια* unico et etiamnum *ecclesiasticis functionibus* usitato vocabulo dici *abbreviator* vel potius *breviator*; qua voce utitur etiam *Justinianus Novell. 105*. Est etiam *breve*, et per consequens *pittacium*, *inventarium*; quod ab *Optato* l. 1 vocatur *commemoratorium*. Item *brevis*: *brevis*, id est *index*, *auri et argenti Cæciliano* traditur, *adhibitis testibus*. Et absolute *indicem* et *summariam rei comprehensionem* significat. Inde in legibus *Francicis* et apud *Nithardum* *Histor. l. iv* verbum *inbreviare*, hoc est aliquid in **D** breve seu *inventarium* referre. De *pittacio* vide etiam *Hieribertum Rosweidum* nostrum in *Onomastico* ad *Vitas Patrum*. *Zonaras* in concilio *Carthaginensis* canones: Βρεβίον ἢ ἐπιτομὴ λέγεται καὶ σύντομος γραφή. Βρεβίω γὰρ κατὰ Λατίνους τὸ τέμνω, καὶ βρεβίτας ἢ συντομία.

P. 4. De origine vocis *πιττάχιον* hæc *Moschopolus*: Πιττύχια Δωρικῶς; τὰ λεπτὰ περιτμήματα τῶν δερματιῶν, ἀφ' οὗ ἡμεῖς *πιττάχια* λέγομεν. **GRETS.**

[*Moschopolus* *πιττύχια* *Dorice* pronuntiat, et *membranas* sive *pelliceam chartam* sive *pergame-num* significat. In eodem sensu audies vulgus *Græcorum* *λεμπρήνῳ* dicere. Nonnunquam tamen *diploma tabulas breve codicillos* refert; tumque materiam

ne contempleris, sed in scriptis lectisque tibi istendum. **GOAN.**]

134 Etiam *Latine* *Ecclesie* *protonotarius* usitatus fuit, qui et *primicerius notariorum*; de quo vide *Onuphrium* in *Explicat.* vocum *obscurarum ecclesiarum*.

Sequitur *logotheta*, quem *Nicetas* l. vii rerum *Manuele* *gestarum* *Latinis* ait esse *cancellarium*, qui a *cancellis* nomen habet, ut ipsum nomen satis indicat. *Erat moris*, inquit *Casaubonus* in *Flavium Vopiscum*, *ut principum et magistratum secreta* (ita vocarunt loca ubi de negotiis pro ratione muneris quisquis sui tractaturi conveniebant) in aditu primo vela et deinde cancellos habent: *Græci* hoc vocant *κυκλίδα; θυρωράτους*, ut et *Cassiodorus* *fenestras januas*. Qui vela servabant, *velarii* dicti, qui cancellos, *cancellarii*. Vox non admodum antiqua, nec multo ante *Vopisci* tempora cæpta usurpari. *Cancellariorum præcipuum munus erat*, ut ad cancellos hærerent, *admissiones curarent*, et ne quid tumultus, ut fieri amat in turba, audiretur prospicerent. *Simillimum munus hodie in curia eorum qui ostiarii dicuntur; quare ut re, sic et nomine conveniunt, quod acceperunt hi ab ostio, illi a cancellis qui pro ostio erant*. Hæc origo nominis, quod successu temporis amplissimæ dignitatis tam in *Ecclesia* quam in regum et principum aulis indicium esse cœpit. Vide *Onuphrium* lib. jam sæpius citato, et *Cujacium* in *Paratitlis* ad lib. 1. Cod. Justiniani, tit. 51.

Redeamus ad *logothetam*; qui a ponendis seu discutiendis rationibus hoc nomen traxit. Hinc *discussor rationum* a quibusdam appellatur; et forte non male *rationalem* vocaveris, etsi *rationalis* generali notione quivis procurator dicitur, ut docet ad *Lampridium* et *Capitolinum* *Casaubonus*. Sed nil vetat generalem notionem restringere, præsertim cum *Codinus* dicat *logothetam esse eis τὸ λογογραφεῖν, ad conficiendas et scribendas et discutiendas rationes*. Talis profecto nec male nec absurde *rationalis* appellabitur. Hinc etiam non inepte appellabitur *λογογράφος*: si enim ejus est *λογογραφεῖν*, cur non παρὰ τὸ *λογογραφεῖν* appellaretur *λογογράφος*? Non ignarus sum quid in codice *Justiniano* lib. x, l. 1, de *logographis* decernatur, et quid ad illam quoque legem tradat *Cujacius*: sed nos *ecclesiasticarum duntaxat appellationum* vim et originem hoc loco indagamus et pro viribus explicamus. **GRETS.**

[P. 4. Ὁ *λογοθέτης*. Hæc de illo *Allatiana*: Ὁ *λογοθέτης* ὑποκατῶν τὴν βουλλαν τοῦ ἀρχιερέως, καὶ εἴτε ἀν γράφει ὁ ἀρχιερεὺς, σφραγίζεται παρ' αὐτοῦ. Ὁμοίως καὶ εἰς πᾶσαν εἰσοδὸν τῆς ἐπισκοπῆς. Ἔστι δὲ καὶ εἰς τὰς χρεῖσεις. Πραττεῖα κρατῶν καὶ τῶν δισκῶν μετὰ τοῦ ἀγίου ἀντιδώρου ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, διδομένου τοῦ κατακλαστοῦ παρὰ τοῦ ἀρχιερέως. Quale *patriarchæ sigillum* et qualis fuerit ejus subscriptio, hæc loca ex τῶν *σημειώσεων καὶ σιγγιλλίων, ex publicis instrumentis et brevis sigillatis* demonstrant *Juris GR.* p. 236: *Εἰς εὐθυσίν*

εἶχε τὸ μὴν Ἰουλίω, ἐπιναμῆσεως πέμπτης, διὰ τῆς πατριαρχικῆς καὶ θαλάσ χειρὸς. Ἀπώρητο δὲ καὶ κάτωθεν μολιβδίνῃ βούλλα, ἔχουσα ἐν μὲν τῷ ἐνί μέρει τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον παλάμαις φέρουσαν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, ἐν δὲ τῷ ἐτέρῳ γράμματα ταῦτα, ἡ Γερμανὸς ἐλέω Θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος 135 ΚΠ. νέας Ῥώμης καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης.) Mensem itaque et indictionem propria manu scribebat ille, nomen bulla sive sigillum indicabat. Hæc vero modo plumbea modo cerea coloris viridis fuit. Vidisti plumbeam : adverte modo ceream. P. 240 : Εἶχε τὸ μὴν Ἰουλίω ἐπιναμῆσεως ἧ', καὶ τὴν κηρίνην πρασίνην σφραγίδα. P. 242 : Εἶχε τὸ μὴν Ἰουλίω ἐπιναμῆσεως ἧ', διὰ τῆς πατριαρχικῆς καὶ θαλάσ χειρὸς, καὶ τὴν συνῆθη μολιβδίνῃ συνῆθη διὰ μολιβδίου σφραγίδι ἐθεδαμώθη, καὶ ἐπεδόθη μὴν Ἰανουαρίω ἐπιναμῆσεως ια', ἔτους ς'φλς'. Annum porro nos apponobat patriarcha ; hic ceu exemplo tantum adjungitur. Et p. 259 : Τῇ διὰ μολιβδίου σφραγίδι ἐπιστάθη καὶ ἐπεδόθη μὴν Νοεμβρίω ἐπιναμῆσεως ια' ἔτους ς'φλς'. Est insuper alius Cantacuzeni de sua coronatione loquentis insignis locus, III, 36 : Πατριάρχης δὲ ἐπέει τὴν ἀξίαν ἀμείβειν οὐκ ἐνήν, εἰς σεμνότερόν τι περιέσθησε τὸ σῆμα, καὶ ἐν ταῖς ὑπογραφαῖς ἠεράνει χρώματι ἔχρητο· colore inter œreruleum et viridem medius est, Cæsarium videlicet more. Gradus enim hic est inter colores ut primus sit purpureus, tum ruber sive flammeus, tertius violaceus, quartus cœruleus, deinde subviridis sive cæsius ; sequitur viridis purus, qui prasius, quem excipit citrinus etc. ; de quibus c. 3. GOAR]

P. 4. Addit Codinus ejusdem logothetæ fuisse τὰς δημοσιακὰς καὶ ἀρχοντικὰς ὑποθέσεις λογογραφεῖν. Junius vertit : *Logotheta rationibus et quidem rationibus ad populum principemque sacerdotum pertinentibus præscribendis præest.* Male : vertendum enim : *Logotheta præest discutiendis et conscribendis rationibus, tam quas reddunt qui ex plebe quam qui ex ordine ecclesiastico.*

Exstat apud Joannem Citrium quæstio, ἐν τοῖς ἀρχοντικοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἀξιώμασι τίς πρῶτος καὶ τίς δεύτερος, etc. Responsio est : Primus est magnus œconomus, secundus magnus sacellarius, etc. Isti enim, et alii quos Citrius commemorat, habebant ἀρχοντικὰ ἀξιώματα, ἵουμπε καὶ negotia sunt et appellantur ἀρχοντικά ὑποθέσεις, non autem illa tantum, quæ ad ipsum patriarcham seu episcopum pertinent. GRETS.

[Ibid. Optime interpretes τοὺς ἀρχοντικούς ad ordinem ecclesiasticum pertinere æstimat : quo gradu vero non appositum. Sunt igitur ἀρχοντικοί, qui habent ἀρχοντικά ἀρχοντικά ecclesiæ CP. clerici ; quos Jus CR p. 215 et 269 vocat δεσποτικούς ἀρχοντάς, eo quod patriarchæ obsequio mancipati (is enim δεσπότης est) procerum Ecclesiæ supremum attingant gradum. Ὑπόθεσις porro non rationem, sed negotium

A indicat. Simon Portius : ὑπόθεσις, ὕλη, ὑποκείμενον. GOAR]

Cæteram infra c. 5 ita describit Codinus magnam logothetam, ut prorsus in cancellarios nostros descriptio illa competat. Ait enim magni logothetæ esse curare imperatoris mandata et litteras ad reges, sultanos et toparchas.

Ibid. Post logothetam adest canistrisius ; quem Bonifidius in Jure suo Orientali vocat castrensem, male : nil enim loci castrensi in ecclesia et ecclesiasticis officijs. Dicitur ergo canistrisius quasi canistris a canistro. Jus ei erat eis τὸ κάναστριον, inquit Codinus, in canistrum, καὶ εἰς τὸ ἀλάσσειν τὸν ἀρχιερέα. Ejus etiam munus erat patriarcham seu episcopum, quando vestes in re divina peragenda 136 mutandæ erant, adjuvare et induere una cum hieromnemone : sic enim Joannes Citrius : *Hieromnemone officium διακόνου ἐξ ἀνάγκης προσήκει, ἐπειδὴ συνυπουργὸς οὗτός ἐστι τῷ κανστρίσιω εἰς τὸ περιτεθεῖναι τὴν ἱερὰν στολήν τῷ ἀρχιερεῖ μέλλοντι ἱεροπραξεῖν.* Itaque canistrion nihil aliud videtur hic esse quam vestiarium seu locus vestium sacrarum, et ipse canistrisius nihil aliud quam is qui inter palatinas dignitates appellatur vestiaris. Fuit et in Romana Ecclesia peculiaris vestiaris dignitas et officium, ut ex Anastasio Bibliothecario docet Onuphrius. In Turcogræcia fol. 285 dicitur κανστρίσιος, qui in liturgia tenet τὸ κάναστριον τῶν θυμιαμάτων, quod ego turibulum interpretor, inquit auctor. At inscite : quis enim unquam audivit κάναστριον esse turibulum ? nisi forte etiam canistrum sit turibulum : nam a canistro seu diminutivo canistrion fit canstrion per syncopen, idemque est quod κάναον, contracto κανοῦν, ita ut κανστρίσιος integre sit κανιστρίσιος, præfectus canistrion seu canistro ; cujus præfecturam extendit quoque Junius ad penariam. At nobis, et ipsi etiam veritati, nisi fallor, satius videtur canistrisii officium vestiaris circumscribere, et canstrii nomine nihil aliud accipere quam locum ubi vestes pontificales asservabantur, uno verbo vestiarium. GRETS.

[P. 4. Κανστρήσιος ; quoque, nec non κανστρίσιος ; et κανστρήσιος scriptum reperies, ac pro variis Græcis characteribus Latinis quoque varie redditum. Sensus requiratur, ubi vix juvat character. Κανστρίσιον ἀπὸ τοῦ κανστρίου dictum videtur ; κάναστριον vero panis benedicti lancem, vel potius turis arculam, vel denique canistrum recipiendis patriarchæ vestibus idoneum interpretor : κανοῦν enim idem quod πινάκιον vasculum apud Nicetam, pro variis lectionibus. Allatiana (et M) de canstrensisio : Ὁ κανστρήσιος ἀλλάσσει τὴν ἀρχιερεῖ τὴν αὐτοῦ στολήν, κρατῶν δὲ καὶ τὸν θυμιατόν ἐν τῇ λειτουργίᾳ, καὶ τὸν ἀέρα (velum calicis et disci) ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ χειρὶ, φαντίζων καὶ τὸ ὕψος εἰς τὴν λαβὴν ἐν τῷ τριαδικῷ ὕμνῳ. κρατῶν δὲ καὶ τὸ κλύβιον τῶν ἀρωμάτων, καθ' ἑξῆς καὶ εἰς τὰς κρίσεις. GOAR.]

Referendarius a referendo nomen trahens hodie etiam in ecclesiæ usu manet : mittebatur ex officio

ad imperatorem καὶ εἰς μέγαν ἄρχοντα. Malo Junius ad *archidotem maximam* : nam ὁ μέγας ἄρχων dignitas erat palatina, ut clarum ex ipso Codino c. 2. GRETS.

[*Ibid* Suidas : Ῥεφερενδάριος Ῥωμαϊκὸν ἀξιωματικὸν ἔστιν, ἔχον ἀναφορεῦς. Nicetas in Alexio secundo : Τοῦ πατριάρχου σταίλαντος εἰς τὴν δέσποιναν τὸν ἑαυτοῦ ὑπρέτην, ὃς ἐκ τοῦ προβάλλειν εἰς τὰ ἀρχεῖα καὶ διαπορθεῖν τοῖς βασιλεῦσι τὰ βουλευτέα καὶ τὰς ἀποκρίσεις ἐξεῖθεν αὐθις μεταφέρειν παλατίου ὀνόμασται. Allatiana : Ὁ ρεφερενδάριος ἀποστελλόμενος εἰς ἄρχοντας καὶ M) μεγάλους ἀνθρώπους μηνύματα παρὰ τῷ ἀρχιερεὶ ἐγγράφως καὶ ἀγγράφως φέρει, καθεζόμενος καὶ εἰς τὰς κρίσεις. GOAR.

Ibid. Ὁ ὑπομνηματογράφος. Latine a *commentarii* seu *commentariensis*, scribendis *commentariis* *praefectus*, qui Græcis etiam ὑπομνηματογράφος et κομενταρίσιος, Nomen officii non tantum ecclesiastici, sed et politici, saltem apud Latinos, de quo multa Baronius ad *Martyrolog.* tom. XXVII die Martii. Bonifidius vertit *actuarius*. GRETS.]

137 [P. 4. Allatiana : Ὁ ὑπομνηματογράφος καθεζόμενος εἰς ψήφους ἐπισκόπων, καὶ γράφει, εἰ τι αὐτὸν ἐρίσωσιν ἀληθῶς (οἱ ἀρχιερεῖς M qui addit : ἔστι δὲ οἰκῆτης τῆς δευτέρας πεντάδος). Joannes Citri episcopus in *Resp. juris GR.* l. v : Νοσοῦντος μέντοι τοῦ χαρτοφύλακος ἡ ἀποδημῶντος ἀντ' ἐκεῖνου τῷ ὑπομνηματογράφῳ ἀνεῖται ἡ ἐκθεσις καὶ ἀνάγνωσις τῶν τοῦ χαρτοφυλακικοῦ σεκρέτου ὑπομνηματισμῶν. Ex quo ejus munus *chartophylacis* officio videtur conjunctum et operas etiam habere *connexas*. GOAR.]

Porro Joannes Citrius in suis responsis alio ordine collocat et enumerat has ecclesiasticas dignitates. Nam post *exocata caelos* primo loco ponit *protonotarium*, secundo ὑπομνηματογράφον, tertio *logothetam*, quarto *canstrisium*, quinto *hieromnemona*, qui apud Codinum primus est in *pentade* tertia, sexto *referendarium*, qui in *pentade* secunda quartum locum tenet. GRETS.

CAPUT VII.

De tertia pentade officiorum et officialium.

P. 5. Tertiae pentadis primas tenet ὁ ἱερομνήμων, qui Bonifidio *sacrorum memorialis* et uno verbo *sacrimemor*, Junio deterius *sacrorum praesul*. Ego Græcum retinendum censeo, quando nulla vox Latina satis apta suppetit. GRETS.

[*Ibid*. Allatiana rursus : Ὁ ἱερομνήμων κρατῶν τῆ παραδόσει (φυλακῆ M) αὐτοῦ τὸν κώδικα (τὸ κοντάκιον M) τῆς ἐκκλησίας βουλλωθέντα παρὰ τῶν κληρικῶν καὶ τοῦ ἀρχιερέως ἐμβαλάντιον. Καὶ εἰ μὲν οὐκ ἔστιν ἐπίσκοπος, μάλλον ἐγκατατίθει ἐκκλησίαν νέαν. Σφραγίζει δὲ καὶ ἀναγνώστως. Hunc Græci volunt esse *diaconum*, cum *subserviat* pontifici, cui *diaconi* ex officio debent ministrare. Vide Citrium apte et erudite de hoc disserentem loco superiori nota citato. GOAR.]

De ejus officio hæc Citrius : *Hieromnemontis offi-*

cium ad diaconum necessario pertinet. Nam hic simul cum canstrisio subservit induendo sacris vestibus sacrificaturo pontifici. Si vero hieromnemona sit sacerdos, solo nomine ἱερομνημονεῖ : neque enim ei licet ἐν ταῖς ὑπηρεσίαις τῶν ἀρχιερατικῶν στολισμάτων διακόνου τάξιν τηρεῖν. Videtur dicere hieromnemona pontifice sacris operante non posse diaconi officio fungi, si sit sacerdos, et sic solo nomine hieromnemona esse. Quod Citrius hausit ex recentiorum Græcorum erroribus, qui reprehendunt Latinos quod in eorum Ecclesia sacerdotes sæpe fungantur munere diaconi, dum sacrosanctum missæ sacrificium offertur. Improbe profecto, inquit Manuel Caleca contra Græcos IV, 21 : ignorant enim, quia is quidem qui quod majus est habet, etiam quod minus est ejusdem generis habet necessario, non autem e converso. Homo enim rationalem habens animam sensibilem quoque et vegetabilem sub ea habet : neque tamē, quæ vegetabili anima utuntur, sensibili etiam et rationali potiuntur. Atque itidem in aliis, sive humana sive divina inspicere quis velit.

138 *Nempe et Dominus, secundum hominem primus existens et maximus sacerdos, non ideo, quia ministri habitum et ministerium pedes ablundo monstravit, sacerdotii confudit ordinem. Et hic igitur sacerdos, quoniam inferioris sacerdotii gradus in se ipso continet, constat quia omnibus quæ sub se sunt legitime utetur. Hæc præclare Caleca, apud quem plura leges, si velis.*

Addit ad extremum Citrius injuste facere illos pontifices, qui hieromnemoni testimonia de vita et moribus eorum qui ad sacros ordines aspirant discutienda et examinanda tradunt : hoc enim pertinere ad officium *chartophylacis*.

Codinus hæc tria hieromnemoni tribuit, βλέπειν τὰς εὐχὰς ὀπισθεν τοῦ ἀρχιερέως, *videre vota*, hoc est *suffragia*, in *electionibus*, *pone sacerdotem summum*, vel a tergo summi sacerdotis, hoc est *patriarchæ* ; deinde *κρατεῖν τὸν ἐνθρονιασμόν*, *habere jus collocandi electum in throno*, seu, ut vulgo loquimur, *enthronizandi* ; tertio *κρατεῖν καὶ τὸ κοντάκιον τῆς χειροτονίας*, habere etiam *jus auspicandi seu canendi contactium in ordinatione cantari consuetum*. Ita quidem Janius, cui, quod *κοντάκιον canticum* interpretatur et hic fol. 40 et fol. 114, assentiri prorsus non possum. *Canticum* enim generale est : quidquid enim cani potest, id utique recte dici potest *canticum*. At *κοντάκιον* est peculiare quoddam genus, ut patet ex Græcorum libris ritualibus, sicut et apud eosdem *εἰρμῶι*, *troparia*, *canones*, *oδæ*, *theotocia*, *στιχηρὰ*, *καθίσματα*, *προσόμια*, etc., peculiaria quedam sunt ecclesiastici ritus modulamina ; quemadmodum etiam apud Latinos *versus*, *versiculi*, *anti-honæ*, *graduale*, *tractus*, *sequentia* et similia tam in divino missæ sacrificio quam extra in precibus ecclesiasticis usitata. Quare per generalia vocabula idonee non exprimuntur.

Secundo vehementer dubito, num βλέπειν εὐχὰς

sit illud quod vult Junius : nam εὐχὰς pro suffragiis accipi apud Græcos, etiam recentiores, nescio num exemplo aliquo demonstrari queat. Latine quidem vulgo accipimus vota pro suffragiis : sed nescio num Græcis hæc notio recepta sit ; certe vix credo. Et quid tandem illud est, pone sacerdotem vota seu suffragia inspicere ? nisi istud ἐπισθεν usurpatur pro post, ut sensus sit, post pontificem inspicere suffragia, quæ Græcis et ipsi Codino passim ψήφοι, ab hieromnemone. Nec per εὐχὰς intelligi arbitror τὰς ἐγγραφὰς τῶν μαρτύρων, scriptas testium depositiones de vita et moribus ordinandorum, quarum examen ait Citrius commissum ex imperitia aliquorum hieromnemoni. In eam igitur sententiam inclino εὐχὰς significare apud Codinum preces seu preces, eumque nihil aliud velle quam hieromnemone tanquam diaconum pontifici in liturgia sacras preces recitanti pone assistere, eo modo quo etiam apud nos diaconi assistere sacrificantibus et preces quas recitant aspicere et folia litidem vertere solent. GRETS.

[P. 5. Qua de causa τὸν κώδικα τῆς ἐκκλησίας penes se tenet, patriarchicum 139 videlicet cærimoniale vel euchologium, orationum promptuarium, ut quæ sunt agenda dicenda suggerat. GOAR.]

Enthronismus seu enthroniasmus et jus contacii in chirotonia, hoc est ordinatione seu inauguratione, distincta sunt a priore munia. GRETS.

[P. 5. Reliquiæ sub altari reconditæ in ecclesiæ consecratione ἐνθρονίζονται, teste Euchologio in eodem officio. Ipse episcopus consecratione perfecta sedens cum presbyteris ἐν συνθρόνῳ, in throno altare circumambiente, rursus ἐνθρονίζεται vel ἐνθρονιάζεται. Idem demum ad præsulatum primus evectus, concossamque sedem recenter occupans, verius ἐνθρονιάζεται : unde Cedrenus in Constantio τὸν μὲν inquit Παῦλον ἐξορίζει, τὸν δὲ Μαρκεδόνην ἐνθρονιάζει. Lego quam dilucide Juris GR. p. 431 ἐνθρονισμόν pro sportula, quæ pendebatur ab episcopo pauperioribus clericis, cum in solium collocaretur : satius tamen asseram vel litteras ecclesiæ consecratæ, vel similes ipsius episcopi consecrati testes, vel denique ipsum ordinandi episcopi ac in solium collocandi ritum esse ἐνθρονισμόν. Ea de causa observo hieromnemone adhuc tenere, prout subditur. GOAR.]

Ex his quæ de contaciis et εὐχαῖς diximus, quibus eruditus nullo negotio iudicium feret de illis quæ commentatur in scholiis suis Junius fol. 248, 249 ; quotiescunque enim contacium cantionem seu cantationem vertit, toties hallucinatur, nec ullo ex loco Codini verum et solidum errori suo patrociniū invenire potest.

Ascribam hic Anconitani cujusdam origine Græci iudicium de contacio, cujus tam frequens in ritualibus Græcorum libris et in Codino mentio, qui super hæc re rogatus hunc in modum rescripsit : Κοντάκιον non Latinam vocem, sed Græcam esse arbitror, licet vernaculam Κοντόν enim hodie Græcis

A est τὸ βραχὺ, τὸ σύντομον καὶ συνσταλμένον, id est breve, compendiarium et contractum. Proinde a brevitate canticis ejusmodi nomen inditum puto, non quidem quod omnium brevissima, sed quod inter brevissima sint. Hujusmodi vero nomenclatura nulli mira videatur, cum in Græcorum ritualibus huic similes nullæ reperiantur, imo etiam nonnullæ voces quæ vel Latinæ omnino sunt vel Latinis affines et ab illis quasi deductæ ; cujusmodi sunt ὠράριον, μανουάλιον, φακέλλιον et similia. Quin etiam si tempora et ætatem τοῦ ποιητοῦ τῶν κοντακίων scrutemur, nomen τοῦ κοντακίου haud insolens videbitur, cum Romanus diaconus Eusesius, ut habetur in Menæis Græcorum mense Octobri die prima, primus τῶν κοντακίων auctor et concinnator Anastasii imperatoris ætate, id est circa annum Domini quingentesimum, floruerit, quo tempore pene corruptus et adulteratus erat Græcus sermo, ut hoc idem nomen ostendit et ejus ætatis locutio. Et hæc quidem recte ac docte Græcus iste.

Ceterum κοντάκιον adhuc unam notionem subiectam habet : significat enim etiam librum seu volumen seu codicem. Balsamon ad Marcum patriarcham Alexandrinum, Respons. 5 : Ἐχοντες τῶν συνήθων ἀγίων εὐχῶν ὑπαράλλακτα, ἃς μεταγράφεντα ἐκ κοντακίων καλλιγραφηθέντων, διὰ γραμμάτων Ἑλληνικῶν. Ἀπροσδιονύτως 140 trahitur a Glossario ad hanc notionem contacion de quo Codinus c. 7 ψάλλοντες τὸ κοντάκιον : nam hic contacion non est codex seu volumen seu liber, sed odarium sacrum, nempe illud cujus initium, Ἡ παρθένος σήμερον. Sic apud Citrium in Responsis ad Cabasilam (ἄρχων τῶν κοντακίων) per contacia non codices, sed sacras odas accipo. In nostro tamen proposito non injuria dubitari posset, num contacion librum an odarium significet : videtur enim τὸ κοντάκιον τῆς χειροτονίας esse liber ritualis, in quo ordo chirotoniæ seu sacræ ordinationis insit, quem hieromnemon teneat. Nihil desinio, sed solum suspicionem meam promo. Hæc de contacio, quod sæpius nobis occurret. GRETS.

[P. 5. Τὸ κοντάκιον χειροτονίας · Ordinationum omnium ordinem ac earum rituales librum : illum enim κοντάκιον hic manifestat, quamvis alibi librum missalem vulgo indicet, vel etiam brevem modulū inter officia divina decantandum, de qua nos abunde in Euchologicis. GOAR.]

P. 5. Secundum locum in hac tertia Pentade obtinet ὁ ἐπὶ τῶν γονάτων, minister a genibus, κρεμῶν τὸ ἐπιγονάτιον τοῦ ἀρχιερέως, appendens genuale patriarchæ seu summi sacerdotis. Ita Junius ; qui etiam τὸ ἐπιγονάτιον vocat instratum genuum, quia, ut inquit, cum patriarcha circumferebatur, ut perpetuum ipsius ad fundendas preces officium significaretur. Mystica explicatio, eaque propter pulchra et festiva. Forsan idem mysterium significatur per pulvinum, qui principum genibus subijci et in cum usum circumferri consuevit.

Addit Junius : Hoc autem ἐπιγονάτιον appendebatur

non patriarchæ, sed pluteo seu pegmati in quod procumbere solebat oraturus, ut magnatibus fieri solot. Mirum, si ita est, appellari ἐπιγονάτιον, non potius ὑπογονάτιον. Logi meri. Ἐπιγονάτιον, quod in ritualibus Græcorum libris etiam ὑπογονάτιον appellatur, una est ex vestibus quibus episcopi sacrificium peracturi induuntur, dependens a lumbis super genua; unde etiam *supergenuale* nominatur. Qui igitur pontificem hoc ἐπιγονάτιον ex officio amiciebat, is erat ὁ ἐπὶ τῶν γονάτων.

Ascribam verba Balsamonis, quibus imperitia Junii proscribetur. Exstant responsa quædam Balsamonis tom. I Juris GR. ad nonnullas quæstiones, inter quas et hæc fol. 384, *an licite sacerdotes, qui hegumeni seu antistites sunt, item protopapas et episcopus, epimanicis et epigonatis condecorentur.* Respondetur: Τῶν ἐπιμανικῶν καὶ ἐπιγονάτων λερωτάτη ἐνδυμενία μόνους ἀρχιερεῖσι πεφιλονίμηται, *sacratissimus epimaniciorum et epigonatiorum amictus solis episcopis concessus est tanquam figuram Domini et Servatoris nostri Dei Jesu Christi genentibus, et hinc etiam peccata remittentibus, et alia ad imitationem Christi facientibus quæ sacerdotibus non sunt concessa. Quare neque epimaniciorum neque epigonatiorum amictu insigniuntur. Nam epimancia typus sunt vinculorum, quibus Christi manus colligatæ fuerunt quando ad passionem tendebat. Epigonatium autem (supergenuale vocat interpret) figura est lintei, quod induit Dominus cum 141 discipulorum pedes lavit. Quemadmodum igitur episcopis non conceduntur ea indumenta quæ patriarchis concessa sunt, ut saccus et polystaurion, vestis crucibus undequaque conspicua, ita nec ea privilegia quæ episcopis concessa sunt ad sacerdotes transferri possunt. Hæc Balsamon. Ex cuius verbis liquet epigonatium episcopale vestimentum seu indumentum esse, non autem id quod Junius lectoribus venditat. GRETS.*

[P. 5. Ἐπιγονάτιον ornamentum est ecclesiasticum, plus quam palmare, et quadrum, ex angulo et fune serico zonæ appensum, ac genu sinistrum, unde illi nomen datum, obumbrans, ut Ecclesiæ sponsum gladio super femur accinctum et armatum adumbret; ejusque soli pontifices ac præcipua dignitate præclari nacti sunt usum; et ab eo, qui pontificum zonis affligit minister, ὁ ἐπὶ, vel ut alii, ὑπὸ τῶν γονάτων appellationem hic accipit. De quo Allatiana: Ὁ ὑπὸ γονάτων, ὅταν ἀλλάσσουσι τὸν ἀρχιερέα, φορεῖ αὐτῷ τὸ ὑπογονάτιον, κρατῶν δὲ καὶ τὸν δίσκον ἐν τῇ λειτουργίᾳ δεδομένου παρ' αὐτοῦ τοῦ ἁγίου ἄρθου τῷ λαῷ. GOAR.]

Vocatur etiam γονάτιον quasi *genuale*. Cabasilas in Glossario: Καὶ τὸ πον τινὰ ῥομφαλὰς περιζωνῶν ἄνθρωποι αὐτὸν, τὸ λεγόμενον γονάτιον, ὃ πρὸς σχῆμα ξίφους ἐσχημάτισται. GRETS.

[Ibid. Ἐπιγονάτιον. Alias ὑπογονάτιον. GOAR.]

Lepidum et risu dignum arbitror quod Salomon Sweiggerus, predicans Noricus, l. II sui Hodæpuri c. 62 vestem hanc vocat *πυγονάτιον*, a πο

gone seu barba. Ita pogonati nostri nusquam barbæ suæ oblivisci possunt.

Ibid. Tertius in tertia pentade est ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων, *magister libellorum supplicium*, Inquit Junius, seu *præfectus supplicationibus*: *hujus erat pro injuria affectis occidere imperatorem.* Non meminit hujus functionis Citrius, nisi forte apud Citrium legendum sit ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων pro ὁ ἐπὶ τῶν κρίσεων, quem ipse undecimo loco ponit. Nominat initio Codinus τὸν ἐπὶ τῶν κρίσεων, licet eum postea in nulla pentade collocet, si tamen primus officialium index est Codini. GRETS.

[Deest in Allatiana hoc officium, ut et sequens, accens ecclesiastici silentium, quietem et ordinem in secretis, hoc est pontificis tribunalibus, indicentis. GOAR.]

Ib. Quartus est ὁ ἐπὶ τῶν σεκρέτων, quem *secretarium* dicere liceret, nisi *secretarii* vox usu recepto jam *actuarium* seu *scribam* seu *notarium* significaret. At noster iste ὁ ἐπὶ τῶν σεκρέτων aliud munus habebat: erat enim institutus eis τὸ παθεῖν τὸν λαὸν ἐπὶ τὸ κρίνειν, *compescendo populo, ut judicia habeantur*, inquit Junius, *perperam.* Verte: *Ejus qui secreto præest munus est ut, dum judicia habentur, populum in officio contineat, nimirum ut silentium servaret nullasque turbas ciceret; quod munus olim erat velariorum et cancellariorum, ut supra notavimus ex Casaubono ad Augustam historiam; ubi etiam dictum secreta vocari loca ubi de negotiis pro ratione muneris quisque sui tractaturi conveniebant.* Inde in Jure GR. aliquoties σεκρετικὸν ἀξιωμα, *dignitas curialis 142 sive senatoria.* Hinc et palatina dignitas apud Codinum p. 10, c. 2 *πρωτασηχητής*, vox ex Græco et Latino compacta (*protosecretarium* aliqui nominant), longe diversus ab isto nostro qui dicitur ὁ ἐπὶ τῶν σεκρέτων: nam ille judex erat, hic judicum et senatus administer. Quare ut nomine cum Latinis Græci conveniant, neutro tamen modo conveniunt re significata: Latinis enim *secretarius* jam vulgo est *actarius* seu *scriba*; etc. Etsi hac notione vox hæc apud Græcos quoque occurrat, qui et hæc a *secretis* suam fecerunt et in unam conflarunt, ἀσεκρήεις vel ἀσεκρήτης. Apud Citrium tenet ὁ ἐπὶ τῶν σεκρέτων locum decimum. Ἀσηχητήσιον apud Cedrenum in Michaelis imperatore est curia seu locus secretioris consilii, vel locus ubi secretarii conveniunt. In Pseudocarinolano opere *De imaginibus*, IV, 9, unica dictione occurrit *Asecretia*.

P. 5. Sequitur quintus ὁ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως, *præfectus sacro consistorio*, ait Junius. Rectius in Jure GR. *præfectus sacræ stationi*, cujus est ἐντὸς τοῦ βήματος, *intra tabernaculum, intra altare ipsum, eὐταξίαν, rectum debitumque ordinem, conservare inter ministros et alios.* Errat enim Junius, qui præfeci hujus munus alio trahit. *At locis illis secretioribus, inquit Junius, judices ad tribunal consilio capto veniebant, ubi ordinem is qui proxime sequitur procurabat, ὁ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως, scilicet.* GRETS.

[Ὁ ἐπὶ τῆς *λερᾶς καταστάσεως*. Si, ut consentit Allatius, idem qui ἐπὶ εὐταξίας fuerit, de illo hæc ejus mss. : Ὁ ἐπὶ εὐταξίας ἱσταται καὶ δέχεται τοὺς ἔρχοντα; καὶ στήκει αὐτοὺς κατὰ τὴν τάξιν, μᾶλλον δὲ καὶ νὰ καθίσουν. Addunt alia : Νὰ ὀρίζουν ἕνα φιλοκαλοῦν καὶ νὰ πλύνωσι τὰς κανδήλας. Verum nominum omisso discrimine, dicendum manifesto περὶ τοῦ ἐπὶ τῆς *λερᾶς καταστάσεως* : de quo non Allatiana mss., sed Allatii ipsius manus, ubi de recentiorum Græcorum templis. Ne ministri, qui ut plurimum juvenes sunt, ad ludendum prompti, ineptias agant et risum excitent, præfectus illis ἐπὶ τῆς *λερᾶς καταστάσεως*, *præfectus sacro consistorio* in Jure GR., et Gretsero *præfectus sacre stationi*, quant recte, ipsi viderint. Ego verterem *moderandis moribus vel dirigendis ritibus sacris ac constitutionibus*, ex recentioris linguæ Græcæ proprietate ; in ea siquidem *κατάστασις* non est *statio*, sed ipsa hominis conditio, ritus, ordo, constitutio et mores : hinc hominem dicunt *ἀκατάστατον*, non qui non stat, sed qui improbis insulsisque moribus est. Sic cum vident aliquem nulla discretionem præditum, quasi admiratione ducti ἴδε *κατάστασιν*, quod alii *σύστασιν*. Neque aliud nobis innuit quod apud Cyrillum Scythopolitanum in Vita S. Sabæ legitur : "Ἐχων μὲθ' αὐτοῦ δευτερεύοντα τῆς τῶν κοινοδιακῶν καταστάσεως φροντίζων, *habebat secum præfecti vices gerentem, cui cænobitici ordinis servandi cura commissa est*. Et infra : *Ἀναγκάζεται δὲ τὴν ἀκαταστασίαν εἰπεῖν φρατριασάντων ἐξήκοντα*. Et rursum : Τοῦ βασιλέως Ἀναστασίου σοδορῶς ἀγανακτοῦντος, καὶ πᾶσιν τὴν κατὰ Παλαιστίνην ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν ἀνατρέψαι καὶ συγγέειν πειρωμένον. Et : Τοῦ τὴν ἔνωσιν καὶ εἰρήνην τῶν ἐκκλησιῶν συγγέειν σπουδάζοντος καὶ ταραχῆς καὶ ἀκαταστασίας τὰ πάντα πληρώσαντος. Et hypotyposis Studii : Ὑποτύπωσις σὺν Θεῷ κατάστασις τῆς μονῆς τῶν Στουδίων. Εὐταξία porro non tantum bonus ordo est, sed mores compositi recteque constituti, quemadmodum oppositum ἀταξία male morigeratos notat. Propterea ut juvenutis impetus compescerent et immoderatos juvenum mores frenarent ac turbis rixisque modum ponerent, τὸν 143 ἐπὶ τῆς *λερᾶς καταστάσεως*; in bemate, ad sacri altaris latus, constituerunt, qui juvenes irrequietos et faciles, sua auctoritate sedatos, ab injuriis et contentiōnibus et indecoris actibus ad bonam frugem reduceret. Non placet ? Sit ille *in rebus sacris dirigendis præfectus* : id namque illi incumberebat, ut ex præscripto et sanctorum Patrum sancitis res divina perageretur, caveretque ne quis extra præscriptos limites pedem efferret. Hæc ille. Placet præ secunda prior expositio : ut enim prior ἐπὶ τῶν *σεκρέτων* in judiciis ordinem et quietem, ita hic in sacro tribunali morum compositionem indicit ; nec ἐπὶ τῶν *σεκρέτων*

leges ponit, nec hic Patrum sancita, nisi ad modestiam spectent, observanda proponit. Regis superioris allata : Ὁ ἐπὶ τῆς *λερᾶς καταστάσεως* εἰς τὸ ποιεῖν εὐταξίαν. GOAR.]

CAPUT VIII.

De quarta pentade officiorum et officialium.

P. 5. Primas in quarta pentade obtinet ὁ ὑπομνηστικῶν, *monitor*, inquit Junius, εἰς τὸ ἐνθυμίζειν τὸν ἀρχιερέα μυστικῶς. Ego, si usus ferat, malim *suggestorem* : nam ὑπομνηστικῶν est *suggestere*, *menti subjicere*, et ut Codinus loquitur, ἐνθυμίζειν, quasi aliquid in *mente ponere*; et est quiddam restrictius minusque fuscum quam *monere* : nam et memorem *monere* possumus. Videtur ergo officium τοῦ ὑπομνηστικῶν hoc fuisse, ut patriarchæ sacrificanti vel verba ad populum facienti assisteret, eique, si alicubi memoria laboretur, *mystice*, hoc est clam, occulte, suggerendo subveniret. Si quis hoc officium etiam extra templi adyta proferre et efferre velit, putetque τὸν ὑπομνηστικῶντα fuisse similem illi qui inter officia palatina a Codino c. 2, p. 11, appellatur ὁ ἐπὶ ἀναμνήσεων, quemque Latini a *memoria* seu *magistrum memoriam* nominant, cum eo non contendam : neque enim a vero alienum est hujusmodi officium fuisse in Ecclesia Cpolitana, non modo intra, sed et extra templum. In concil. Lugil. in epist. ad Greg. X vocantur οἱ ὑπομνηστικῶντες *rememoratorii*. GRETS.

[Allatiana : Ὁ ὑπομνηστικῶν δεχόμενος τὰς ὑπομνήσεις τῶν ὑπομνημάτων (commendationes memorialium) τῶν ἐρχομένων ἐν τῇ *κρίσει* καὶ ἀναφέρει τῷ ἀρχιερεὶ καὶ τῷ κλήρῳ. Ὑπομνήματα non rousum *commentaria* exponere, cum Regia scribant ὁ ὑπομνηματογράφος εἰς τὸ ὑπογράφειν τὰ ὑπομνήματα. Commentaria, relicti memorialibus, non sunt hic conjicienda. GOAR.]

Ibid. De reliquis hujus pentadis nulla est difficultas : nam unde *interpres Evangelii*, *interpres apostoli*, *interpres psalterii* nomina hæc sumpsit, per se notum est. Videntur autem uniuscujusque generis fuisse gradus diversi. Nam c. 6, p. 46, nominat Codinus protapostolarium, id est *primum interpretem apostoli*. GRETS.

[*Ibid.* Ὁ διδάσκαλος τοῦ Εὐαγγελίου. Hujus et sequentium sacrorum oratorum munera ad unius officium revocant Allatiana : Ὁ διδάσκαλος 144 ἐρμηνεύει τὸ Εὐαγγέλιον, ὅταν λειτουργεῖ ὁ ἀρχιερεὺς, καὶ εἰ δυνατόν ἐστὶ καὶ τὸ ψαλτήριον. Hinc perspicis cur SS. PP. quedam hominibus in Evangelia, aliis in Psalterio, in Apostolorum nonnullis, etc. Adverto τοῦ ἀποστόλου quomodoque διδασκάλους plures simul repositos, quorum antesignanus πρωταποστολαρίου nomen habuit. [M : Κρατῶν καὶ τὰ σχολεῖα τῆς ἐπισκοπῆς. "Ἐστὶ δὲ καὶ οὐκίτης τῆς τρίτης πεντάδος.] (1) GOAR.]

(1) Addit M : Οὕτως περιεχέει ἡ τρίτη πεντάς.

Τέλος τοῦ δεξιοῦ χοροῦ.

Ἰσθὶ οὖν καὶ αὐτὸ εἰς τὴν τῶν κληρικῶν διάκρισιν. Τὸ μὲν ἄγιον Εὐαγγέλιον τοῦ βασιφύρου ἀναγι-

νώσκεται ὑπὸ τοῦ πρωτονοταρίου, τὸ τῆς μεγάλης δευτέρας ἀναγινώσκεται ὑπὸ τοῦ ιερομνημονος, τὸ τῆς μεγάλης τετράδος ἀναγινώσκεται ὑπὸ τοῦ σακαλλαρίου, τὸ τῆς μεγάλης πέμπτης ἀναγινώσκεται:

P. 5. *Rhetoris officium est generatim Scripturas A stis per lampadariū, ut in hoc libro appellatur* p. 44 (accendebantur hæc luminaria); at *lampadarius* iste nihil hac facit; erat enim officium ejus palatinum, non ecclesiasticum; præferbatque lampadem accensam non singularibus duntaxa festis et anniversarie, sed quoties imperator in publicum procedebat, ut ex Basalmono infra ostendam ad p. 45. Longe ergo alius ὁ ἀρχων τῶν φώτων, et alius ὁ λαμπαδάριος. Neque tantum semel vel aliquoties in anno usus luminum erat in templis, sed perpetuo et toto anno, etiam tunc quando nulli νεοφώτιστο: aderant: neque enim moris erat Græcis liturgiam sine luminibus celebrare. GRETS.

CAPUT IX.

De quinta pentade officiorum et officialium.

P. 5. In quinta continetur 1, Ὁ ἀρχων τῶν μοναστηρίων, socius et adjutor magni sacellarii, de quo jam suo loco, 2, Ὁ ἀρχων τῶν ἐκκλησιῶν, socius et adjutor curatoris sacellii, de quo itidem supra. GRETS.

[P. 5. *Τῶν ἐκκλησιῶν.* Καθολικῶν intellige, de quibus supra Allatiana: Γράφει τὰ ἀντιμύσια (ἀντιμύσια M) καὶ τὰ σταυροπήγια. *Allaria portulilla signat, et litteras quibus cruce data a diœcesanis exemptiones conferuntur monasteriis.* De his Euehologium fuse. Idem, ceu parœciis præfectus, κρατεῖ ἐν τῇ φυλάξει αὐτοῦ τὸ μύρον, *sacrum unguentum*, in confirmatione adhibendum a privatis sacerdotibus ceu consuetis apud Græcos ejus sacramenti ministris, *sua custodia commissum tenet.* GOAR.]

Ibid. Ὁ ἀρχων τοῦ Εὐαγγελίου, εἰς τὸ κρατεῖν τοῦτο εἰς τὰς λιτάς, cujus officium est *gestare Evangelium seu codicem Evangeliorum in supplicationibus et processionibus.* Hoc tamen non videtur constare cum Joanne Citrio, qui disertè scribit τὸ ἐν ταῖς λιταῖς βαστάζειν τὸ εὐαγγέλιον *esse* τοῦ δευτερεύοντος τῶν διακόνων, quem Codinus in sexta pentade collocat. Et fieri potest ut hæc res aliter se habuerit tempore Citrii et aliter ætate Codini: nam ut ipse Citrius conqueritur, hæc sæpius patriarchæ arbitrato suo mutabant, τὰ ἄνω κάτω ποιοῦντες, ita ut in illos quadraret parœmia ἄνω ποταμῶν χωρεῖν λέγουσα τὰς κηγάς, καὶ τὰ παρὰ Ἰουδαίους 145 δευτερόπρωτα σάββατα, καὶ παρὰ τοῖς δεινοῖς σοφισταῖς τὰ πρωτόστερα, ut scite ait Citrius. GRETS.

[Ὁ ἀρχων τοῦ Εὐαγγελίου. Consule, si laborem meretur, Euehologium nostrum fol. 770 et 811 περὶ λιτῆς et Evangelio in ea legendo. GOAR.]

Ibid. Sequitur ὁ ἀρχων τῶν φώτων, quem Bonellius vocat *luminarium*, Junius *præfectum luminibus.* Ejus erat curam gerere φωτιστῶν, recens illuminatorum seu baptizatorum: veteri enim Ecclesiæ phrasi *baptismus* appellatur φωτισμός, et *baptizati* φωτιστοί, forsitan non sine respectu ad caeremoniam quamdam quæ baptismum subsequabatur: dabatur enim baptizato cerei accensi in signum fidei et gratiæ acceptæ, et quod a potestate tenebrarum translatus esset ad lumen et sortem sanctorum. Meminit hujus caeremoniæ Nazianzenus, orat. *In sanctum lavacrum*, et S. Augustinus in illud psal. LXX: *Transivimus per ignem et aquam*, etc. Junius illum huic involvit, ne emineat. *Accendebantur*, inquit, *luminaria.* At non tantum hoc, sed et accensa tradebantur baptizatis. *Atqui hic*, inquit, *ritus ordinarie ad baptismum observabatur.* Cur igitur vos mutastis et abrogastis? *Prætereo vero anniversary in singularibus quibusdam diebus* ἐπὶ τοῦ χαρτοφύλακος, τὸ τοῦ μεγάλου σάββατου ἐναγινώσκειται ὑπὸ τοῦ σκευοφύλακος. Ἐπὶ ἀγίᾳ καὶ μεγάλῃ Κυριακῇ τοῦ Πάτχατος; ἀναγινώσκειται τὸ

quatuor videntur Allatiana dispartiri, hoc pacto: Ὁ κατηχητὴς κατηχίζει (τὸν λαὸν καὶ M) πάντα: τοὺς εἰσερχομένους ἐκ τῶν ἑτεροδόξων εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, ὡς ἴνα τὸ ἅγιον βάπτισμα δεξωνται. Ὁ περιοδευτὴς περιπατῶν καὶ παιδεύουμνος (ὁδῶν M) τοὺς θέλοντας βαπτισθῆναι τῇ ὀρθοδόξῃ πίστει (εἰσελθεῖν εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν M). Ὁ βουτιστὴς ἴσταται ἐν τῇ ἀγίᾳ κολυμβήθρῳ, καὶ ὁ ἱερεὺς λέγει τὰς εὐχὰς, ὁ δὲ ἀρχιερεὺς σταυρῶνει τὸ ὕδωρ, ὁ δὲ βουτιστὴς βαπτίζει τὸν μέλλοντα βαπτισθῆναι. Ὁ μυροδότης ἴνα ὑποκρατῶν τὸ ἅγιον μύρον, καὶ ὅπου τὸ ὀρίζει ὁ ἀρχιερεὺς τοῦ δοῦναι μύρον. GOAR.]

P. 5. Ultimus in hac pentade est ὁ ἀρχων τῶν ἀντιμύσιων seu ἀντιμύσιων, εἰσάγων τοὺς εἰσερχομένους εἰς τὴν ἀγίαν μετάληψιν, *præfectus antimensiorum, inducens eos qui sacram communionem accipere volunt.* GRETS.

[*Ibid.* Chartophylax, ut supra visum est, ad ecclesiasticam, hic ad laicam communionem invitat. GOAR.]

Junius *præfectus antecessui mensæ, adducens eos qui erant venturi ad communionem sacram.* Inepte prorsus, et adhuc ineptius in scholiis, ut satis mirari nequeam hominis hujus his in rebus seu διλογίαν 146 seu ἀπαίδευσιν. Examinemus singulas ejus ineptias. Τῶν ἀντιμύσιων, *ad verbum, antimensalium*, inquit, etc. *A mensa denominati sunt οἱ ἀντιμύσιοι, quasi dicat antemensales, qui ad sacram mensam primum recipiebantur et communionem eucharistiæ, etc. Hi enim prius quam admitterentur ad communionem sacram, solebant ecclesiis ante mensam sisti διὰ τὸν τῶν ἀντιμύσιων ἀρχοντα, posteaque eodem præeunte adduci ad communionem, ut palam testamur sceret, illos suos comites in unum corpus coaluisse cum Christo et Ecclesia ejus. Hic autem ritus τὸ ἀντιμύσιον dictus est.* Fabule plus quam Æsopicæ; quibus refellendis diu immorari nil erit necesse, ubi ipsam veritatem explicaverimus, nec aliunde nisi ex Græcorum monumentis. Quid igitur sunt *antimensia*? *Antimensia*, inquit ille in Jure GR. fol. 239, *scimus fieri solita, quando episcopus consecrato dedicatoque templo ἅγιον Εὐαγγέλιον ὑπὸ τοῦ μεγάλου οἰκονόμου.*

Ἐπληρώθη ὁ δεξιὸς χορὸς καὶ τὰ μέγιστα ὀφείκια τῶν ἐκκλησιαστικῶν.

pinam mensæ substratum mensamque seu altare
gentem, in frusta dissectum pictumque sacerdo-
tibus distribuit, ut eo præditi sacrificium offerre
queant. Sunt igitur antimensia ea quæ apud Lati-
nos lapides consecrati seu aræ portatiles, sine quibus
sacrificium fieri non potest, si non offeratur in
altari per se alioquin consecrato et dedicato.
Dicuntur antimensia, quia sunt loco mensæ seu
aræ consecratæ ejusque vicem subeunt; fiuntque
ex panno diviso et in frusta dissecto, ex illo,
inquam, panno qui altare ab episcopo de novo con-
secratam vestiebat et ornat: hoc enim operi-
mentum in partes minutas dissectum distribuebat
episcopus sacerdotibus, ut postea partium istarum
beneficio sacrificium in altaribus etiam non conse-
cratis offerre possent. GRETS.

[P. 5. Antimensia, quasi mensæ sacræ vice assum-
pta, sunt Græcorum altaria portatilia, lineata ni-
mirum sacris reliquiis ditata, unguento quoque
sacro delibata ac pontificis benedictione ad missam
in iis celebrandam dedicata. Ut eorum usus est
in communiione, qui hujus curam suscipit, illis
præfici assentitur. GOAR.]

Quocirca quærit ille in Jure Græco-Romano,
quid faciendum si desint antimensia, cum sine his
celebrare non liceat? Responsum his verbis datur:
Antimensia in omnibus sanctis mensis (hoc est alta-
ribus) poni necesse non est, sed in iis de quibus
incertum num consecratæ sint necne. Nam antimen-
sia locum obtinent consecratarum mensarum, nec
iis opus est ubi mensas consecratas esse constat. Ex
quibus liquido patet quæ sint antimensia, quis
eorum usus, nempe idem prorsus qui apud nos
altarum portatilium seu lapidum, ut vocamus,
consecratorum, quorum beneficio potest quis etiam
in non consecrato altari celebrare. Quod ergo nos
possumus hoc medio, id Græci quibant per antimen-
sia, hoc est per partes tegumenti illius quod novum
altare, quando templum consecrabatur, operue-
rat.

Inter cæteras quæstiones Joanni Citrio proposi-
tas hæc etiam una erat, an antimensia etiam valeant
in aliis provinciis et diocesisibus, an solum in diœ-
cesi episcopi antimensia illa consecrantis et conficiuntis.
147 Responsio est valere ubique, sicut et ipsum
sacrum unguentum et alia sacra, quamvis uno in
loco sanctificata, semel tamen sanctificationem adepta
ubique eam retinent et exserunt, inquit Citrius, qui
et docet antimensia non primo statim dedicationis
die distributa, sed tum demum, ubi tegumentum
altaris per sacrificia septem continuis diebus oblata
sanctificationem accepisset, in partes divisum et pro
antimensiis distributum esse. In eandem sententiam
Nicephorus patriarcha Cpolititanus tom. I Juris
GR. fol. 29, Antimensia, inquit, ubicunque fuerit
iis opus, mittuntur, nec vel hac vel illa regione
circumscribuntur, sed in aliam quoque provinciam
transferuntur sicut et sacrum unguentum. Addit Ni-
cephorus notationem nominis: Sic autem appellan-

tur ὡς ἀντιπρόσωπα καὶ ἀντίτυπα τῶν πολλῶν μυσ-
τῶν τῶν καταρτιζόντων τὴν ἄγλαν καὶ θεοποιτικῆν
τράπεζαν. Sunt enim ipsius consecratæ mensæ seu
aræ vicaria: nam ut idem Nicephorus dicit, proprie
mensas seu aras significant quas consecratio non
sanctificavit. Monet etiam hoc Nicephorus: Si per
ignorantiam lotum fuerit antimensium, non pro-
pterea amittere sanctificationem nec profanum effici.
Pro quo alii, vitiose prorsus nulloque sensu, si
impletum fuerit antimensium: nimirum pro τλοθῆ
legerunt πληθυσθῆ. Quæ vitiosa lectio a Benefedio
profecta exstat etiam tom. VI Bibliothecæ SS. Pa-
trum.

In Euchologio Græcorum præscribitur τάξις, hoc
est modus et ordo consecrandi antimensia. Quan-
do, inquit, sacerdotes antimensia mensæ imponunt,
illis ex εὐανθη seu flore vini superfundit episcopus
ter quantum salia, recitato interim psalmo: « Asper-
ges me, Domine, hyssopo, et mundabor, lavabis me,
et super nivem dealabor. » Hoc ter dicto reliqua ejus-
dem psalmi adjungit, Deumque benedicens ait, « Be-
nedictus Deus noster, nunc et semper et in sæcula
sæculorum, Amen. » Postea accepto sacri unguenti
vas, et diacono clamante, « Attendamus, » facit per
antimensium cruces tres, unam per medium, utrin-
que duas, recitaturque psalmus: « Ecce quam bonum
et quam jucundum, » usque ad finem; Deumque col-
laudans dicit episcopus: « Gloria tibi, sancta Trinitas,
Deus noster in sæcula. » Deinde accepto turibulo
incensum facit; et diacono dicente: « Oremus Domi-
num, » vic precatur pontifex. Subduntur deinde pre-
ces, quas super antimensia pontifex fundit; quarum
desiderio qui tenetur, is Euchologium consulat.

Animi causa juvat addere quæstionem Joanni
Citrio propositam, quid Græce significet antimen-
sium, et quomodo scribendum sit, num per ἦτα an
per ἰώτα. Ad hanc quæstionem ita respondet Citrius:
Appellatio deducitur a mensa, quod secundum Græ-
cos quidem significat κανὼν canistrum, et secundum
Italicam linguam τὸ πεπραγματουμένον τοῖς ἐπιποι-
οῖς ἕδαιόν. Interpres, Venale propinatorum edulium
(quam bene Græcus, tam bene Græci interpret).
Audiamus cætera. Hac ratione et in mensis explica-
tæ mappæ nominantur mensalia, tanquam ad orna-
tum mensæ posita. Vujuri autem usu antimensia di-
cuntur ut in vestibis antipana (antipanni). Hæc au-
tem in sanctis illis ponuntur mensis quas consecrat
o non sanctificavit. 148 Subjungit Citrius: Si tem-
plum non est dedicatum, quod ei deest, sanctificato-
ria vis antimensii implet. Ideoque in non consecrato
templo sacrificium sine antimensio nunquam facere
licet. Et sacerdoti qui hoc ausus fuerit, pœna erit
depositio. Per iota autem scribitur διὰ τὸ ἐθνικόν
τὰ γὰρ ἐθνικὰ κατὰ τὸν γραμματικὸν κανόνα οὕτε
πραγῶγὰς οὕτε κανόνας ἔχουσιν. Solent autem gram-
matici per iota et omicron et epsilon τὰς ἐθνικὰς φωνὰς
scribere. Quæ ratio Citrii quanti sit, in cujusvis
arbitrio situm esto.

Ait insuper antimensia nullo modo licitum con-

ficere, nisi in novi templi dedicatione, quique secus A agant, canones transgredi, nec referre num nuper templum sit extractum; satis esse quod non fuerit dedicatum, quandocumque demum extractum fuerit.

Hic hunc in modum de antimensorum ratione explicatis, in tenues auras evanescit Junianus ille *antecessari mensæ præfectus*, cum scholiis illis vere scoriis et insulsis. Nos præfectum *antimensorum* vel *antimensii* nominemus; cui præter curam *antimensorum* etiam hæc incumberebat, ut corpus Domini accepturos ad communionem seu deduceret seu induceret. GRÆTS.

CAPUT X.

De sexta pentade officiorum et officialium.

P. 5. In sexta pentade primum locum tenet *primus ostiarius* κρατῶν τὰς θύρας εἰς τὰς χειροτονίας, qui fores custodit in ferendis suffragiis, inquit Junius, *chirotoniam* pro *electione* accipiens. Ego magis *chirotoniam* accipere pro proprio suo significato, nempe pro consecratione seu ordinatione ministrorum Ecclesiæ, ita ut *primo ostiario* cura januæ deinandata sit tunc quando diaconi, sacerdotes aliique ordinantur et consecrantur. Quamvis magnopere non repugnabo, si quis officium primi hujus ostiarii interpretetur de ipsa electione ministrorum Ecclesiæ, cum per suffragia eliguntur ab illis quibus jus et potestas eligendi: tunc enim vel maxime attento et circumspecto *ostiario* opus est. GRÆTS.

[*Ibid.* Huic aliud munus adjungunt Allatiana: *Ὁ δὲ τῆς βασιλικῆς οὐκ εἶναι τὸν ἀρχιερέως. Cubicularii onus esse asserunt alia: Ὁ κουβούκλης ἵνα βασιλῆϊ τὸ δεκανίκιον τοῦ ἀρχιερέως, ὅταν περιπατεῖ. GOAR.]*

P. 5. *Secundus ostiarius* ὁ κρατῶν τὸ μονοδάμυλον, qui tenet, seu cui jus in *monobambylum*: ita edidit Junius. Quid vero hoc nominis? vel potius quid monastri? Junius hic multa, sed plane ridiculosa. Quid ergo illi est *monobambylon*? Duo loca *chirotoniæ* distinguit, alterum, in quem a *primo ostiario* omnes admissos dicit quos *noverat habere jus suffragii ferendi*; alterum *secretiorem*, in 149 quem ad patriarcham vel episcopum per *secundum ostiarium* intronissi fuerint, ut *libere et intrepide optima fide* dicerent quibus *suffragarentur*, quibus non *suffragarentur*, et quare. Hunc *secretiorem* singularis *χειροτονίας locum*, opinor, dixerunt Græci *secretiores* μονοδάμυλον, παρὰ τὸ μόνους ἢ κατὰ μόνας βαμβάλαι, eo quod in loco ejusmodi rogatus quisque pro *fide seorsim sententiam* suam teneretur *quamvis trepide* enuntiare, si quem non esse ἀνεπιληπτον *comperisset* (hæc enim testimonia et accusationes non nisi *trepide et labris ferme tremantibus* efferi solent), aut certe alteri *obstrepere et detrahare de existimatione ipsius*. Est enim βαμβάλειν Græcis φοβεῖν τοὺς χάλεις, aut etiam, ut in *Glossario* legitur, *hæsitare, vacillare, titubare*: sed in locum τοῦ α. *Horice* v. *suffectum* est, et *μονοδάμυλον* corrupte dictum. Quid est nugas, si hoc non est? Ut enim omnittam vanissimas

nugas de suffragatione et electione, quomodo admisi sunt ut libere et intrepide indicarent quibus suffragarentur, si hæc, ut postea ait, non nisi *trepide et labris tremantibus* efferi solent, etsi in his necesse est βαμβάλειν, *hæsitare et fluctuare*? Sed valeat bambalio iste: nos legamus *μονάμυλλον* seu *μονάμυλον*. Ut enim prioris ostiarii est fores custodire, dum ministri Ecclesiæ, diaconi, subdiaconi, sacerdotes, episcopi, ordinantur et initiantur, ita hujus *secundi ostiarii* est tenere *ampullam unam et solam*, ut distinguatur a *dibampulo*, de quo infra ad p. 44. Erat autem in *ampulla* hac *chrisma* ad unctionem sacerdotum et episcoporum necessarium, eamque tenebat iste ostiarius, ut in *promptu* statim foret, si initiator reperceret. Porro *voculam ampulla* etiam Græci fecerunt suam *ἀμπουλα* vel *ἀμπουλλα*. Aetius, l. vii: *Ἀμπουλλαν δὲ λέγουσιν πλῆθους ἐλάτου, ut sit cur eo minus mireris τὸ μονάμυλλον καὶ τὸ διδάμυλλον*. GRÆTS.

[P. 6. Patriarchæ, sicut et imperatori, præfertur ignis in ecclesia, fax nimirum accensa *hæstæ* quam ornata affixa. Vocatur illa *μονάμυλλον* διὰ τὸ μόνην δῦσαι: aliud ejus nomen est *λαμπρὸν*. Imperatori reservatur *διδάμυλλον*. De utroque fusius c. 15 in notis. Consule *Balsamonis Meditatum de patriarcharum privilegiis Juris GR. l. vii*. Porro *secundum* hunc ostiarium proprio nomine vocant Allatiana *περιεσερχόμενον* ὁ περιεσερχόμενος, inquit, ἵνα φέρῃ *λαμπρὸν εἰς τὴν ἐκκλησίαν*. GOAR.]

[*Ibid.* Nunc ad *protopapam* me confere; quem sic describit Codinus: *Ἐκδικὸς καὶ πρῶτος τοῦ βήματος, καὶ φέρων τὰ δευτερεύα τῶ ἀρχιερέως, defensor et primus tribunalis* (sic enim Junius: ego *tabernaculi* seu altaris: βῆμα enim hic est locus interior et sanctior, ubi sacrificium peragitur), *proximas a pontifice obtinens*. Non tamen simpliciter (nam *exocataceli* absque dubio potiores erant majorisque dignitatis et excellentiæ), sed inter sacerdotes, ut *Cirius* loquitur, *κοινὸς* *protopapa* primus erat et sic proximus a patriarcha, seu, quod idem est, *secundus a patriarcha* ferens. GRÆTS.

[*Ibid.* Clarius Allatiana: *Ὁ πρωτοπαπᾶς ἵσταται ἐπάνω τῶν ὀφθαλμῶν τοῦ εὐωνύμου χοροῦ, ὅταν λειτουργεῖ ὁ ἀρχιερέως. Μεταδίδοι αὐτὸς τὴν ἁγίαν μετάληψιν τῷ ἀρχιερεῖ, ὁμοίως καὶ ὁ ἀρχιερέως τῷ 150 πρωτοπαπᾶ, ἔχων δὲ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὰ πρωτεία πάντα. Ut κατὰ sacerdotem indicet, vide *Euchologica*. GOAR.]*

Notio et origo nominis satis constat. Apud *Balsamonem* tom. I *Juris GR.* legitur *protopapadas*, ut rectus sit *πρωτοπαπᾶδος*. Interpretes *primopapadas*: sed satius videtur in his et similibus retinere Græca. In *Turcogræcia* fol. 218 dicitur *πρωτοπαπᾶς ὁ πρῶτος τῶν ἱερέων*. Jura illius in eadem *Turcogræcia* fol. 258 *πρωτοπαπαδικία* appellantur.

P. 6. Sequitur, ὁ *δευτερεύων τῶν ἱερέων, secundus sacerdotum*, εἰσοδεύων τοὺς ἱερεῖς, dux et antecessor sacerdotum et proximus a *protopapa*, quem Junius non male *δευτεροπαπᾶν* appellat. At male illud:

Qui sacerdotes introducit, εἰσοδεύων, nimirum in A tribunal, si quam causam agendam habuerint. Nullo modo: nam εἰσοδεύειν est esse aliorum in sacris ministeriis, functionibus et supplicationibus ducem et quasi antecessorem et ductorem; quod etiam ex descriptione τοῦ δευτερεύοντος; diaconi, quæ proxime subjungitur, manifestum evadit. Deuteropapæ nullam, si recte memini, mentionem facit Citrius. GRETS.

[P. 6. Allatiana: Ὁ δευτερεύων λειτουργεῖ καὶ αὐτὸς μετὰ τοῦ ἀρχιερέως; (hoc est cum patriarcha, cum quo alias soli episcopi celebrant, ut cum episcopis sacerdotes). Ὅταν λέγει ὁ πρωτοπαπῆς, ἔχει ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὰ πρωτεία πάντα. GOAR.]

P. 6. Ultimus hac sexta pentade est ὁ δευτερεύων τῶν διακόνων, secundus diaconus, πρῶτος τῶν κοινῶν, primus ex communibus diaconis, καὶ εἰσοδεύων τοὺς διακόνους. Junius: et diaconos intromittit: aditque hoc scholium: in functiones et stationes ipsorum. Tu corrige: qui diaconorum ductor, rector, director et ut sic dicam dispositio est: hoc enim est εἰσοδεύειν, quod significat quemlibet in viam suam quasi introducere, ut sciat quem ordinem et stationem tenere debeat. Vidit tandem Junius hanc notionem, sed quasi per nebulam, ut apparet ex scholio quod sup̄ interpretationi adjunxit. Ex quo tamen, tanquam in rebus ecclesiasticis Græcorum valde scilicet peritō, quærendum erat, quare verbum εἰσοδεύειν interpretatus sit, loquens de sacerdote secundo, introducens illos in tribunal, si quam causam agendam habuerint, idemque verbum eadem significatione non interpretatus sit in descriptione secundi diaconi, præsertim cum diversæ notionis nullum prorsus indicium Curopalata dederit.

Verum ut accuratius intelligamus naturam et ut sic dicam indolem hujus diaconi, operæ pretium erit audire Joannem Citrium, cui hæc ignota non fuerunt, qui ait diaconum istum non eligi aut creari simpliciter ad unius arbitrium, sed κατ' ἐκλογὴν, per suffragia: esse enim ejusmodi officium, quod desideret virum dextrum aptumque ad omnes etiam fortuito occurrentes functiones; quarum aliquas recenset. Prima est ingressus in templum imperatoribus et patriarchis faustis acclamationibus bene precari, et ut Codinus noster loquitur, 151 τὸν βασιλεῖα πολυχρόνιζειν seu τὸ πολυχρόνισμα accinere seu πολυχρόνιον ποιεῖν. Qui nos ex antiquo more hodie quoque Græcis adhæret. Secunda est portare Evangelium in supplicationibus ac litanis. Tertia τὰς ἐν αὐταῖς συναπτὰς καὶ αἰτήσεις ποιεῖν. Inepte interpres: connexiones et repetitiones in eis facere. Correxerunt alii collectas et preces. Sunt συναπτα proprie quæ apud nos in horis canonicis vocantur preces, diebus juniorum potissimum usitatæ, non modo in matutinis, sed et in singulis horis. Et preces illæ quas post litanias pro omni hominum statu et ordine fundimus, ipsissimæ sunt Græcorum συναπτα, quantum et quas nos vocamus collectas hoc nomine appellare nil vetat, quia Græcorum liturgiis asti-

pulantibus fiet. Hæc autem ita esse intelliget lector cum ex aliis Græcorum ritualibus, libris tum ex Eucharologio. Valeat igitur Bonifidius cum suis connexionibus et repetitionibus. Quarta est ἀπόντος ἀρχidiaκόνου δίδδναι κηρὸς τοῖς ἐν τῷ ἀμβωνί δακνούς, absente archidiacono dare ceros diaconis in ambone. Ubi pessime interpres pro κηρὸς legens καιρὸς vertit: tempora dare diaconis, qui amboni serviunt. Quid, quæso, est tempora dare diaconis? Neque correctores aut in Græca scriptura aut in Bonifidii interpretatione hunc tam turpem errorem animadvertentur; ut vel hinc liqueat quam rudes rerum ecclesiasticarum isti a catholica religione aversi ad ritus Ecclesiasticos seu Græcos seu Latinos explicandos accedant. Dicit autem absente archidiacono, quia ut Codinus tradit p. 94, olim quidem Magna Ecclesia habebat archidiaconum, sed postea nullum habuit, quare ὁ δευτερεύων partes ejus supplēvit. Hinc ait Citrius secundi diaconi esse etiam in aliis archidiaconi munus explere; ex quibus forte hoc est, θυμῶν τὸν βασιλεῖα, imperatorem recens coronatum incenso, ut vocat Ecclesia, venerari, eique bene ominatum illud carmen accinere, « Recordetur Dominus Deus τῆς βασιλείας σου, regni tui, in regno suo, nunc et sæper et in sæcula sæculorum. Amen. » Sic idem fausta acclamatione prosequatur patriarcham: Μνησθετὶ Κύριος ὁ Θεὸς τῆς ἀρχιεπισκοπῆς σου, Recordetur Dominus pontificatus tui ubique nunc et semper et in sæcula sæculorum. Nec hoc fiebat tantum eo die quo imperator inaugurabatur et coronabatur, sed quoties in ecclesiam ventitabat. Ea de causa ait Citrius: Αὐτοῦ γὰρ ἔστιν ἡ μετὰ τὴν εἰσοδὸν εὐφημία τῶν βασιλέων καὶ ἀρχιερέων, Ipsius est imperatoribus et patriarchis in templum ingressis bene precari; nisi quis illud μετὰ τὴν εἰσοδὸν post ingressum referre velit ad ingressum in tabernaculum seu in Sancta sanctorum, ita ut fausta hæc acclamatio facta sit post absolutam supplicationem, in qua panis præsanctificatus ad sacrificium circumferebatur per templum et postea ad altare inferebatur. Quo fit ut secundus diaconus εὐφημίαν hanc instituerit regresso jam patriarcha ad altare et processione absoluta; quod vero propius videtur.

D Dicebatur δευτερεύων τῶν διακόνων, non quod in ordine diaconorum Magnæ Ecclesiæ secundus esset, sed, respectu ad archidiaconum, 152 qui tempore Codini nullus quidem erat, at aliquando fuerat; unde et τῷ δευτερεύοντι τῶν διακόνων nomen mansit, sicut et τῷ δευτερεύοντι τῶν ἱερέων idem nomen mansisset, si protopapas in clero Magnæ Ecclesiæ desisset, quia cum secundarii nomine primus fuisset. GRETS.

[P. 6. Quid hoc rei est, ut hic diaconorum secundus scribatur ac insinuat πρῶτος τῶν κοινῶν διακόνων asseratur? Paucis hic plura evolvenda, quo proposita difficultas lucem accipiat. Temporibus ultimis diaconi tantum ad ἀρχοντεία ἑρξία, nobiliora officia, sunt admissi, qui prioribus sacerdotes per-

mistini et diaconi esse poterant, œconomus, sacellarius, sceuophylax, et reliqui quindecim tribus primis officiorum pentadibus comprehensi. Hi τῆς ἐκκλησίας καὶ πατριαρχικοὶ ἀρχόντες, δεσποτικοὶ ἀρχόντες, ἀρχοντίκια ὄφφικια, ἀρχοντίκια μεγάλα, διακονικὰ ἀξιώματα, et (κατ' ἐξοχὴν) κληρικὰτα nuncupantur. Idem vero, ut ecclesiæ altarise proceres, patriarchæ assident in iudiciis eidemque celebranti assistunt, at laboriosas illas operas non præstant quas archidiacono voluere reservatas ceu operoso altaris ministro. Qua de causa totus ministeriis intentus archidiaconus ὄφφικίων ἐστὶ μόνον, ut præmissimus nota hujus capituli 1; nec est ἀρχοντίκιον, nec inter proceres diaconos numeratur. Diaconorum tamen, quatenus ministerium aliquod implent, caput est et princeps, eisdemque quantumvis proceribus in diaconicis ministeriis præfiscitur. Hujus sententiæ auctor mihi est Joannes Citri episcopus juris GR. l. v. Postquam enim quæsiit τὸ ἀρχidiaconικὸν ὄφφικίον ποίας ἐστὶ τάξεως καὶ ποίου βαθμοῦ, καὶ εἰ προίσταται τῶν ἄλλων διακόνων ὡς ἀρχιδιάκονος, καὶ αὐτῶν τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀρχόντων, καὶ εἰ προτιμᾶται πάντων ἐν τῇ μεταλήψει τῶν θείων μυστηρίων, respondet Citrius: Τὸ ἀρχidiaconικὸν ὄφφικίον οὐκ ἐστὶν ἀρχοντίκιον, οὐδὲ ἐκ φιλοτιμίας ἀρχιερατικῆς, ὡσπερ τὰ ἀρχοντίκια, περιφορὰς δὲ πολλῶν ἡλίων συμπίρασμα (hoc est ministeriorum a diaconis magistratibus obeundorum compendium). Διὸ καὶ ὡ; χρόνου καὶ ἰδίου κόπου συμπίρασμα ὁ ἀρχιδιάκονος ἔχει καὶ τὴν ὑπεροχὴν ἐπὶ πάντων τῶν διακόνων, εἴτε ἀρχοντικῶς ἐποιοισοῦν τετιμῆνται εἴτε καὶ μὴ, ἐν τῷ ναῷ καὶ ἐν τῷ βήματι καὶ ἐν τῇ μεταλήψει τῶν ἁγίων μυστηρίων. Uno verbo supergrèditur diaconos proceres ex ministerio, non dignitate, aliamque classem solus componit; eumque sequitur vices ejus gerens ὁ δευτερεύων τῶν διακόνων, qui tertiæ classis communium diaconorum primus dux et caput censetur; et ob allatas rationes λέγεται δευτερεύων, ait Citrius idem superiore responso, οὐχ ὅτι δευτερεύει ἐν τῇ τάξει τῶν διακόνων. Instas nihilominus, et sollicitus rationem quæris cur ex officiis archidiaconi nomen sit expunctum? Aptius illi reddent qui palatinis archidiaconum accensuerunt. Vide postremas notas c. 2. GÓAR.]

CAPUT XI.

De septima pentade officiorum et officialium.

P. 6. In septima pentade primas tenet protopsalta, primus psalles seu cantor. Citrius vocat *domesticum psaltarum*, indicatque hoc nomen usitatius fuisse quam illud *protopsaltæ*. Mirum est quomodo Codinus in hac septima pentade collocet protopsalten, **153** cum ipse c. 17 diserte dicat Ecclesiam Magnam non habere *protopsaltē*, sed *domesticum*; nisi dicere velimus officium esse idem, nomen diversum, inque catalogo officiorum ecclesiæ vocasse *protopsaltē*, quem proprio nomine vocare debuisset *do-*

esticum cantorem. Quid sit domesticus, infra explicabitur ad p. 7. In palatino tamen clero erat protopsaltes, ut docet Codinus loco citato, qui simul erat *exarchus* cleri imperatorii. GREFS.

P. 6. Allatiana: 'Ὁ πρωτοψάλτης ἴσταται μέσον τῶν δύο χορῶν, δεξιῷ τε καὶ εὐωνύμου. Ἀρχεται δὲ καὶ τὴν ἔναρξιν τῆς ψαλμωδίας. Μετὰ δὲ ταῦτα καὶ ψάλλει ὅλοι. Addunt alia, οἱ δομέστικοι καὶ οἱ πριμικήριοι. Φορεῖ δὲ καὶ σφικτούριον (*tunicam brevem et strictam*). GÓAR.]

Sequitur ὁ ἰδιοδομέστικός, *singularis domesticus*, ut interpretatur Junius, *primi et secundi chori*. Sed errat legendum οἱ δύο δομέστικοι, *duo domestici, alter dextri, alter sinistri chori*. Clare Citrius duos nominat, ὁ δομέστικός τοῦ δεξιῷ χορῶ, ὁ δομέστικός τοῦ ἀριστεροῦ. Et facilis via fuit contrahendi vocabula disjuncta οἱ δύο δομέστικοι: in unum ἰδιοδομέστικοι: cæcutiat qui hoc non videat. Nec obstat quod hac ratione sex futuri sint in scriptura pentade: nam et in prima pentade sex sunt, ut supra diximus, et tamen vocatur *pentas* seu *quinarius*. Quid sit *domesticus* in jure civili et apud alios passim scriptores Græcos et Latinos, explicat Cujacius ad lib. xii Cod. Justinianei, ad tit. 12, et Petrus Gregorius Syntagmatis VI, 8. Quid hoc nomine significarint Græci recentiores docet Citrius, cui cum hæc quæstio fuisset proposita, *Cujus linguæ est domestici appellatio, et quibus ecclesiæ ministeriis nomen hoc impositum est?* respondit: *Domestici appellatio secundum Latinos ducem, ἐξ ἀρχοντα, inceptorum, præpositum et præfectum significat, sicut et in functionibus imperatoriis invenire est domesticum Orientis, Occidentis, scholarum*. Imo etiam *domesticum mensæ, domesticum manium, domesticum thematum*. Sic et in ecclesiasticis ordinibus *domestici* vox usurpatur. Εἴτε οὖν ἀρχιερεῖς καὶ ἐπιστάτης μελεθῶν καὶ τῶν μελεθῶν, ὅσα εἰς ῥυθμὸν καὶ τάξιν καθιστῶν αὐτοῦς τε καὶ τὰ μελεθῆματα. *Domesticus igitur musicorum seu cantorum nihil aliud est quam præfectus, qui omnes regit ac dirigit, ipsosque simul ac cantiones cunctas disponit ac in ordinem redigit*. Est autem munus *domestici* cantorum seu protopsaltæ in vigiliis communibus clara voce pronuntiare illud, Εὐλόγησον, δέσποτα, quod nos dicimus *Jube, domine, benedicere*. Ex sententia igitur Citrii *domesticus* nil aliud est quam *præses, antistes, præfectus*, uno verbo primus in suo genere. Nec male Citrius notionem hujus vocabuli expressit, prout usurpatur a Græcis recentioribus, etsi haud scio an vox *domestici* in hac notione usitata sit Latinis, sen novis sen antiquis. In jure profecto alia notione usurpatur, ut et in communi loquentium consuetudine. **154** Ab hac voce formarunt Latini *domesticatum*, quod in jure exstat. Et apud Balsamonem in canone 17 apostolorum *δομειστικὰ officia domesticorum*, et apud Codinum c. 7 οἱ τοῦ δομειστικέου δομέστικοι, et c. 5 δομειστικῶν. GREFS.

P. 6. Domesticum dicemus aliquando præpositum significare. De istis duobus utriusque chori ducibus

Allatiana : Οι δύο δομέστικοι ζτανται εν τοις δύο A χοροῖς μετὰ τοῦ πρωτοφάλτου, καὶ φάλλοντες φοροῦσι σφικτούρια, ὡς πρωτοφάλης. Domesticis adjungunt δύο πριμικηρίους ἰστα: ἔνοους μετὰ τῶν δομεστικῶν - φάλλοντες καὶ αὐτοί. GOAR.]

Ibid. Sequitur laosunάκτης, ad verbum *populi convocator et congregator*, Junio *cocio*, sed *nihili cocio*. Ejusdem meminit Citrius, eodem nomine interpretis reddit, *populi coactor*; corrector correxit, *collector* sive *congregator*. Cujus officium publico signo populum ad rem divinam convocare. GRÆT.

[Duos scribunt Allatiana, et λαοσυνάπτας vocant : οι δύο λαοσυνάπται (—χται M) συνάγουσι τοὺς διακόνους, καὶ ἀναγορεύουσιν ἰνα μὴ λείπῃ κανείς. Συνάγουσι δὲ τοὺς ἄρχοντας καὶ τὸν λαὸν εἰς τὴν ἐκκλησίαν. GOAR.]

In Typico S. Sabæ videtur appellari *κανδηλάκτης*, a *candelis accendis*: hujus enim etiam est προύειν τὰς βάρδας καὶ τὸ σιδηροῦν, quæ illis loco *campanarum* erant, καὶ σημαίνει τὸ μέγα σήμαντρον. Varia enim signa dabant, ut et apud nos fieri assolet. Vide Balsamonem in dissertatione cur monachi tribus signis suos ad sacra convocent, cum alii uno signo contenti sint.

Ibid. Quartus in hac pentade est ὁ πριμικηρίος τῶν *ταβουλαριῶν*. Junius interpretatur *notarium*. Sic enim initio nominari videtur ab ipso Codino p. 1 ed. Jun.: cum enim notarium nominet, ac postea singula officia in pentadas digerens de notario prorsus sileat, credible est Codinum nomine *primicerii tabulariorum* intellexisse *notarium*. Quod forte verum est, sed nescio quomodo cum Junii sententia conveniat, qui *primicerium* in quovis officio illum dici putet *qui primus inscriptus sit albo sive ordinis sui catalogo, et primas in suo ordine obtineat, prima cera, id est summa, inscriptus*. Hoc si verum est, idem ergo erit *primicerius tabulariorum* cum protonotario, qui, ut Junius dicit, *primicerius* primus est in *cera* seu *albo*, et tabularii sunt notarii, idemque igitur protonotarius seu primus notarius et *primicerius tabulariorum*. Ego nodi hujus solutionem non video, nisi quis dicere velit istum dici *primicerium tabulariorum* respectu illorum notariorum quos infra se habet, non respectu omnium, quo pacto ὁ δευτερεύων τῶν διακόνων vocari D posset *primicerius diaconorum*, non absolute, sed comparatione τῶν κοινῶν, ut Citrius et Codinus loquuntur.

Addam et hoc. Quid si per vocem *ταβουλαριῶν* hic non intelliguntur *tabularii*, seu *notarii*, sed *tabularia* seu *archiva*, et ita ut *primicerius tabulariorum* ille dicatur qui præest *tabulario* seu *archivo*, socius in hoc officio et administrator *chartophylæcis*? Nam *chartophylacium* Latinis est *tabularium*, et a Latino usu etiam Græcis. Sicut enim magnus sacellarius et ὁ τοῦ σακελλίου σουκ habuerunt adjutores, 155 ita et *chartophylax* videtur habuisse *primicerium tabulariorum*. GRÆT.

[P. 6. Regia superius producta inter officia recensent

PATROL. GR. CLVII.

sent πριμικηρίων τῶν πατριαρχικῶν νοταρίων. Notarius vero et tabularius sensu coincidunt. GOAR.]

Porro de voce *primicerii*, *secundicerii*, *tertiocerii*, *quartocerii* vide Cujacium ad tit. vii, lib. xii cod. Justiniani, et Onuphrium in explicat. vocum obscurarum ecclesiasticarum, et Petrum Gregorium Syntagm. 15, 22, qui ait pronuntiationem nominis *primicerii* exigere adjectionem ex relatione alicujus, vel certe postulare ut subintelligatur. Quod si verum est, tum necesse erit ut cum inter palatinas dignitates ὁ μέγας πριμικηρίος nominatur, dignitas aliqua subintelligatur, quia *primicerius* nomen hoc habet respectu alicujus functionis seu ministerii. Hinc *primicerius lectorum*, *primicerius aulae*, *primicerius protectorum*, *primicerius domesticorum*. Exstat in Decretalibus titulus de *primicerio*, ubi nihil adjicitur; neque etiam satis apparet quid aut adjiciendum aut subaudiendum sit, nisi quis dicat subintelligi vocem *cantorum*. De quo vide Petrum Gregorium l. c. Illic *primiceriatu* dignitas et officium *primicerii*.

Quod ad ipsum vocabulum attinet, non improbabilius arbitrat Cujacius illud *cerius* esse tantum productionem verbi, sine ulla novæ significationis additione; ut proinde *primicerius* idem sit qui *primus*, *secundicerius* idem qui *secundus*, sicut et apud recentiores Græcos *παιδόπουλος* idem est quod *παῖς*, *Φραγκόπουλος* idem quod *Francus*; ita ut illud *πουλος*: sit *paragoge* absque ulla nova significatione. Alii tamen nomen hoc a *primo* et *cera* derivatum compositumque volunt, quibus qui *volet*, per me subscribat licet.

P. 6. Ultimus in hoc quinario est ὁ ἄρχων τῶν κορυταρίων, *Præfectus canticis*, ait Junius. Imo *contaciis*: nam *canticum* generale nomen est ad omnia quæ cani aut solent aut possunt, at *contacium* certum quoddam genus est in Græcorum ritualibus libris, sicut et *troparium*, *εἰρημός*, *canon*, *κάθισμα*, *προσόμοιον*, *τριαδικόν*, *βιοτόκιον*, *σταυρώσιμον*, *ἀναστάσιμον*, et apud nos *versus*, *versiculi*, *graduale*, *tractus*, *sequentia*, *responsoria* et hujus generis alia, quæ alia lingua aut prorsus exprimi, aut commode exprimi non possunt. Miror autem quid correctoribus Bonifidii in mentem venerit, ut quem ille vocaret D *præfectum contaciorum*, ipsi interpretarentur *præfectum pugillarum*. Ego quid sibi *pugillares* seu *pugillaria* hæc velint, mecum expulare nequeo. Est autem *præfectus contaciorum* ille cui cura inchoandi *contacia* commissa. Sed de *contaciis* plura habes supra c. 7. GRÆT.

[Κορυτάριον hic (alia namque præterea refert) *modulus* est brevior, ἀπὸ τοῦ κορυτοῦ, a *brevitate*, nomen sortitus; maximeque sanctorum, quorum non est officium, memoriis brevius faciendis deservit: *breviculum* alibi vocavi. Quique his cantandis præficitur et intendit, est auctori ἄρχων τῶν κορυταρίων. GOAR.]

156 CAPUT XII.

De octava pentade officiorum et officialium.

P. 6. In octavo quinario primas tenet *primicerius*

lectorum, qui et apud Citrium comparet. **GRÆTS.** A
 [Ibid. Ὁ προμικητής τῶν δραγουσίων. Allatiana simul cum Citrio cuncta officia in διακονικά, λερατικά καὶ τῶν ἀναγουσίων volunt esse divisa. Quindecim prima diaconis assignant, eosque ad patriarchæ laus in dextro choro, velut ejus curiam, locant: sequentia plura quam apte sacerdotibus convenient, æquus lector ex primo obtutu judicat. Protopsaltæ vel hujus inferiores non nisi lectoribus conferri Citrius, auctore ipsi consentiente, determinat. **GOAR**]

Ib. Sequitur ὁ νομικός, qui apud Codin. p. 1 ed. Jun. est ὁ νομοδότης, Junio præceptor, qui et in scholiis ista: *Præceptor est musicorum vel ψαλτῶν, gymnasiarchus, qui postea corrupta voce ματτωρ, id est magister, appellatur*, p. 44 et p. 60. Num hæc vera sint, facit ut dubitem Joannes Citrius, apud quem est νομμοδότης, nummi dator, ut vertit interpres. Forte is est quem nos *elemosynarium* appellare solemus; nisi quis arbitretur eum apud Græcos morem viguisse qui apud nos in multis ecclesiis, ubi presentibus clericis aliquid pecuniæ dari solet; quam vocant *presentz*, et illum cui munus distribuendi commissum, *presentzer*. At cum Codinus uno loco habeat νομοδότην, altero expresse νομικόν, non videtur verisimile νομμοδότην legendum esse; nisi quis etiam priore loco νομμοκόν nova forma a nummo restituendum contendat. Licet νομικός quæque παρὰ τὸ νόμος, ut nummus seu nummum significat, deduci possit. Quodsi C
 νομικός; ad cantores pertinet, plane is videtur esse qui cantum cantoresque regit, et ut vulgo loquimur, *qui tactum præbet, der den Tact giebt*; nisi cui forte magis arrideat ut per νομικόν et νομοδότην intelligat jurisperitum seu juris interpretem: forsitan enim in clero Magnæ Ecclesiæ tempore Codini erat is qui postea dictus est νομοφύλαξ, cujus mentio in Turcogr. I. VII, fol. 506. Nec est a vero alienum fuisse inter officiales ecclesiasticos aliquem qui de jure responsa daret. Glossarium Latino-gr. *tabellio, νομικός.* **GRÆTS.**

[Ibid. Ὁ νομικός. Qui typis et ecclesiasticis rubricis apprimè eruditus, quot quoque die legendum officium vel occurrat memoria facienda, sancit et publicat. Ita me docet Antonius Crallis CP. Alii cum esse volunt qui legem cantoribus ponit et choro regit. Solent nostrates musici elevata depressaque manu cantus modum et ordinem præfigere cantoribus, quod Græcis deesse nequit; quibus præterea illud est in usu, ut variis manus dextræ motibus diversisque digitorum et articulorum conformationibus varias vocum inflexiones in omnium conspectu melius quam musicæ notulæ designent, atque ita non scriptis, sed manus nutibus, quam χειρονομίαν dicunt, cantus leges ob oculos ponant. Hos cum Theophilo χειρονομίαν scriberet Cedrenus; auctor νομικός dicitur.]

Ibid. Sequitur ὁ πρωτοκανόναρχος, *primus canonarchus*, inquit 157 Junius, cujus etiam Citrius

meminit. Junius in schol. *canonarchus, qui canonibus synodalibus et aliis legendis præfectus est; cujus rei exemplum habetur c. 6 et 15.* Verum in priore loco non fit mentio *protocanonarchæ*, sed *canonarchæ*, qui duo diversi, sicut protonotarius et notarius. Verba Codini, p. 46, hæc sunt: legitur a canonarcha illud, Πολυχρόνιον, *diuturnum faciat Deus sanctum imperium tuum in multos annos*: idque tertio repeti dicit. Estne hic sermo de *protocanonarcha* an de *canonarcha*? Dioiturne ipsius esse legere *acta synodica* et alia hujus generis? Estne fausta illa apprecatio *diuturnum faciat imperium tuum*, etc., canon synodalis, ut Janius loquitur? Multo minus id altero a Junio citato loco p. 82, reperire licet, ubi nullum verbum nec de canonarcha nec de *protocanonarcha*. Sed Junius tanquam cæcus in his ecclesiasticarum functionum vocabulis oberrabat, et dummodo aliquid diceret facile se inventurum fidem arbitrabatur apud illos qui præter prædicantes et ministros verbi nihil norant.

Quis igitur *protocanonarcha*, et unde hoc nomen? Exponet nobis hoc Zonaras, qui in commentariis super canones Anastasinos Joannis Damasceni ita commentatur: *Canon dicitur quia præfinitam et novem odis circumscriptam habet periodum*, ut videre est in Græcorum ritualibus libris. Ab his igitur canonibus apud Græcos magnæ auctoritatis et existimationis *protocanonarcha*, et qui sub illo erat, *canonarcha* nomen traxerunt: ipsorum enim erat canones istos, quando in ecclesia decantandi erant, inchoare et reliquis quasi præire. Hinc, et non aliunde, hoc nomen originem ducit. **GRÆTS.**

[Κανὼν hymnus ecclesiasticus est longior et pluribus tropariis constans. Qui vero canonibus istiusmodi concinendis incumbit, *κανονάρχου* appellatione honestatur. Hoc autem pacto *κανοναρχεῖ*. Deficientibus libris prout apud nos, uncialibus litteris exaratis et in chori medio ad omnium obtutum expandendis, *canonarcha* troparii unius commata successim alta voce dextro choro primium, tum alterius troparii vel strophes commata choro alteri, non interrupto cantu, suggerit; ac ita fungitur officio quod est *κανοναρχεῖν, canonum* videlicet decantandorum *singula verba et periodorum membra* prudenter ob librorum defectum *suggerere, et quò tono sint cantanda monere.* **GOAR.**]

Quartus est Ἐξαρχος, *exarchus, dux quidem*, inquit Junius, *et præses ministrorum ecclesie in ordinanda singulorum functione et ministerio.* Fallitur. Rectius in Turcogr. fol. 192, *exarchus legatus aut vicarius patriarchæ aut metropolitæ, sicut nos legatum apostolicæ sedis dicimus.* Et fol. 293 dicitur *exarchus* missos ad colligendum subsidium pro pendendo Turcis tributo: habere etiam potestatem τοῦ ἀργού; ποιῆν καὶ ἀφορίζεσθαι, *privandi officio ecclesiastico et excommunicandi, δι' εὐλόγουσ αἰτίας, ob justas causas.* Item jus absolvendi pœnitentes: et ad hoc propriis litteris, quas συχωρητικά γράμματα appellant, a patriarcha instruuntur. Fol. 219, duobus

minantur patriarchales exarchi uno et eodem tempore, qui et interdum *eparchi*. De exarcho nihil, **158** quod sciam, Citrius. Exarchi dignitas olim clara fuit etiam extra Ecclesiam inter palatinas functiones et imperatorias. Hinc *exarchi* illi in Italia, quorum nusquam non mentio. Et Gennadius *exarchus Africae*, ad quem scribit S. Gregorius Magnus L. I. epist. 37. Hinc *exarchatus* et *exarchia*. "Επαρχος palatina dignitas est apud Codinum cap. 2. GRETS.

P. 6. "Εξαρχον eum hodie vocant, qui velut a latere patriarchæ legatus provincias et subjectas obit, ac de clericorum moribus, de causis ecclesiasticis, de cultu divino, si non obsolescat, de conjugiiis et eorum divortiis, de plebis pontificisque dissidiis, de canonum ecclesiasticorum observantia, de sacramentis, confessionis maxime, conferendis, de monachorum disciplina, de ecclesiarum a diocesis suis exemptarum legibus, etc. inquiri, et his cunctis ex æquo honore, dum, quod aiunt, visitationem peragit, consulit in posterum; præ omnibus vero census ex unaquaque ecclesia patriarchæ obvenientes et cuncta ad eum spectantia jura diligenter investigat, rigide colligit, et nonnunquam exinde peramplè auctius, ad patriarcham defert. Hoc ejus munus imperatoris exarchis in Italia quondam residentibus non absimile: illi si quidem belli pacisque tempore cuncta imperatorum jura sarta tercia servabant; hi pariter, ceu patriarchæ vicarii ac ejus personam referentes, omnem eorum exercere potestatem, et omnem debitum censum eorum nomine exigunt. Allatiana: "Ο Εξαρχος Ιταταται πλησίον του δευτερευόντος εν εκκλησίαι, γυρεύει δὲ καὶ πᾶν σχεῦος καὶ ἀλλαγὰς τῆς περιοχῆς τῆς ἐπισκοπῆς. Ἐναθεωρεῖ δὲ καὶ τὰς κηρύξεις τῆς ἁγίας εκκλησίας, εἰ ἐκρήθησαν δικαίως. Καὶ γράφει τὰ ἀντιμύσια. Ἐναγυρεύει δὲ καὶ τῶν ἀνδρογύνων τὰ κωλύματα. *Antimensii diei annique, quo consecrata sunt, notas apponit; et matrimoniorum impedimenta examinat.* Observa τὸ ἀλλαγὴν *restem sacram* referre, τὴν ἀλλάσσω vero frequentius per totum hoc opus occurrens, *restes sacras induere.* GOAR.]

Ibid. Ultimus est *ecclesiarcha, præfectus ecclesiarum*. Citrius nominat tres *ἀρχοντας* τῶν εκκλησιῶν, inter quos haud dubie unus, qui supra in quinta pentade dictus est, ὁ ἀρχων τῶν εκκλησιῶν μετὰ τοῦ σακελλίου. Bonestidius vertit, nescio quam bona fide, *tres magistratus ecclesiarum.* GRETS.

[Ὁ εκκλησιάρχης. Qui suæ curæ demandatam ecclesiarum curam tenet, ad officium divinum dat signa, lumina disponit et accendit, sedilia componit, sacras imagines profert vel recondit, ac denique munditiam ubique splendere providet, uno verbo sub sceuophylace magno vasorum custode sacristam agit. Ejus instituendi formam in Euchologicis protulit fol. 489. Socium ex Græcorum relato τὸν διαβαστήν, *lectorem sermonum et homiliarum*, et κανδηλάπτην, *cereis lucernisque accendendis præfectum*, adjunxit. Huic, sicut et τῷ λαυσονάπτην, signorum in ecclesia faciendorum studium committit Allatius de recentiorum Græcorum

A templis, fol. 101, proindeque, si non eorum munere fungitur, suæ saltem dispositioni tenet subjectos qui sequuntur in Allatianis. "Ο πρώξιμος ὀρίζει, καὶ σημαίνουσιν ἐν τῷ καιρῷ τῆς ψαλμωδίας ἐν τῇ καθολικῇ εκκλησίαι. "Ο καταγοριάρχης (alias κατηγοριάρχης) φιλοκαλῶν τὴν εκκλησίαν ἄπτει δὲ καὶ τὰς κανδήλας, φέρει δὲ καὶ λαμπρόν. (Addunt alia: Ἵπομνίζει τὰς ἐπισήμους ἑορτὰς τοῦ λαοῦ, ἵνα σχολάσῃ.) Οἱ λαμπάδαριοι καθίζουσι (alia: καθαρίζουσι) τὰς λαμπάδας, ἄπτουσιν ἐν τῇ εκκλησίαι. "Ο βσταγάριος, ἵνα βσταγῆ τὸν τῆς εκκλησίας ἅγιον εἰς λιτὰς καὶ ἑορτὰς ἐπισήμους. (M: οἱ θεῶριοι νὰ θεωροῦν καὶ νὰ σκοπεύουν τοὺς ἄρχοντας, **159** ἵνα καθίζονται καὶ εἰστέκουν εὐταχτα. "Ο δεκανός, ἵνα καλῆ τὸς ἱερεῖς εἰς τὰς αὐτῶν δεκλιώμασι καὶ προσφερώμασι. "Ο κουβούκλης ἵνα βσταγῆ τὸ δικανικὸν τοῦ ἀρχιερέως, ὅταν περιπατῆ.) GOAR.]

CAPUT XIII.

De nona pentade officiorum et officialium.

P. 6. In nona pentade primas tenet domesticus τῶν θυρῶν, *præfectus janitæ*, tertius nimirum *ostiarus*: nam in sexto quinario duos enumeravit Codinus, et Citrius tres ostiarios inter officiales ecclesiasticos nominat; quorum tertius hic forium domesticus seu præses, uno verbo *janitor*. GRETS.

[Sacri tribunalis fores subdiaconis commendatas testatur Maximus in Dionysii De eccl. hierar. c. 3: Σημεῖωσαι, inquit, ὅτι οἱ διάκονοι τότε τὰς θύρας εἶχον, νῦν δὲ οἱ ὑποδιάκονοι. Suffragatur Thessalonicensis præsul Simeon: Φυλάσσει μὲν ὁ ὑποδιάκονος τὰς πύλας τὰς ἱεράς, ἵνα μὴ τις τῶν ἀναξίων ἐνδον εἰσέλθῃ. Eam ob rem soleam locum ad sacras altaris fores sitam, de quo cum auctore c. 17, subdiaconis lectoribusque ceu propriam sedem Thessalonicensis idem assignat: Ἵποδιάκονους καὶ ἀναγνώστας καθῆσθαι χρῆ. Εξωθεν τοῦ βήματος περὶ τῶν σωλέων, ὁ δὲ βῆμα καλεῖται ἀναγνωστῶν. Inter subdiaconos autem vel lectores antesiguanus ille, cui ceu potiori earum commendatur custodia, jure merito mihi δομέτικος τῶν θυρῶν nuncupetur. GOAR.]

Ibid. Sequitur *chartularius*, qui longe diversus a chartophylace; et inepte vocatur chartophylax *chartularius*, ut supra dictum (cap. 4). Citrius non unum, sed plures ponit: nam lectores enumerans collocat inter illos χαρτουλαρίους τῆς μεγάλης σακελλίης καὶ τοῦ σακουφουλακίου, *chartularios magne sacellæ et sceuophylarii seu armarii vasorum*, inquit Bonestidius. Docuimus jam supra (cap. 2) ex Balsamone eos qui chartophylaci, sceuophylaci, magno sacellario subserviebant tanquam administri, appellatos esse *chartularios*, ita ut chartularii isti nihil aliud fuerint quam συμμερισταὶ τοῦ κόπου, *laboris consortes*, ut Balsamon loquitur. Nec scio quam apte huc quadret *registrator Junii*.

Nec Latinis chartularius ignotus fuit: nam S. Gregorius I. i epist. 75 ad episcopos Numidiæ scribens nominat Hilarium *chartularium suum*, qui in African a prædecessore S. Gregorii missus

sedis apostolicæ loco causas ecclesiasticas cognoscebat et tanquam iudex dirimebat et iudicabat; mansitque in eodem officio in Africa etiam sub Gregorii Magni pontificatu, cujus ipse suis in epistolis crebro meminit. Verum chartularius Codini longe inferioris ordinis et dignitatis erat, inter lectores nimirum constitutus, et antepenultimus in ultima pentade.

Porro cum plures fuerint chartularii, ut Citrius expresse scribit, **160** cur Codinus unum duntaxat nominat? an unum nominando reliquos subintelligit? an iste chartularius qui in nona pentade, diversus est a chartulariis magnæ sacellæ, scenophylacii etc? Sed quod officium? Junius expedite: utinam vere. Ὁ χαρτουλάριος qui publicis litteris, tabulis instrumentisque curandis et retractandis constitutus est. At hoc officium pertinet ad chartophylacem ejusque chartularios seu administratos, item ad protonotarium et similes. An chartularius iste inter lectores peculiare quiddam obtinebat, ratione cujus chartularii nomen acceperat? **GRÆTS.**

[Registrorum, chartarum, codicillorum onus sibi impositum vel solo nomine chartularius indicat: quorum vero commentariorum curam susceperit hic privatim, ex genericæ communique voce non facile assignaveris. Sacellario et œconomo pariter legitimis in superioribus chartularium adjunctum, laboris, ut ait Balsamon, συμμεριστή: hic vero lectores inter et cantores recensitis commentariis et memoriis non invigilat aliis quam quæ lectores et cantores decent, ecclesiasticis videlicet libris proferendis, quorum copia cum tricesimum superet numerum, custodem privatum non immerito sibi exposcit assignandum. Hæc Antonius Cralis CP. lector retulit; cui non displicet memoratum ab Allatianis decanum cum chartulario considerare. Ὁ δεκανός, inquit illa, τάσσει τοὺς ἱερεῖς ἐν τοῖς ἐργομένοις αὐτῶν δικαιώμασι. Rursum: Ὁ δεκανός ἐστὶ καλῆ τοῦς ἱερεῖς εἰς τὰ αὐτῶν δικαιώματα καὶ προσφερέματα. Quantis vero tabulis, chartis, codicillis et scriptis ratiociniis, quibus attendere solet chartularius, opus sit, etiam vir integerrimæ conscientiæ fidelissimæque memoriæ loquitur. **GOAR.**]

Inter dignitates palatinas est ὁ μέγας chartularius. Quis fuerit, docet Zonaras in Leone Isaurico: Ὁ τῶν βασιλικῶν ἱποκόμων ἐπιστατῶν, *præfectus imperatoris equisonibus*. Pertinuisse dignitatem hanc ad curam stabuli regi docet ipse Codinus, munus magni chartularii explicans c. 5; fuit inter militaria officia chartularius. Id liquidum ex Leone imperatore, qui diatæxi tertia cum protonotario thematis et cum prætore sive iudice thematis numerat quoque chartularium thematis, quem constitutum dicit πρὸς τὴν τοῦ στρατοῦ καταγραφήν καὶ ἀναζήτησιν, *describendo et recensendo exercitui*. Vide Rigaltium verbo *protonotarius*. Qui sunt homines chartularii, discas ex Cujacio Obser-

A vat. iv, 5. Vide eundem de chartulariis ab lih. x Cod. Justin. tit. 23 et infra lib. ii, c. 3.

P. 6. Tertium locum obtinet ὁ δεποτάτος. Citrius numero multitudinis δεποτάτοι. Quantum errorem Junius commiserit fol. 194, deceptus scilicet lectione falsa, quam facile emendare poterat, jam aliti dictum est (ad pag. 93). In scholiis non minus ineptit. Ὁ δεποτάτος; *barbare, chartulario adjunctus ἀντιγραφεὺς, quem vulgo, ut Budæus loquitur, contrarotulatore vocant*, Præclare. Interim nos credamus Citrio, qui *deputati* munus non numerat inter officia, in quo a Codino dissentit, sed inter διακονίας seu ministeria. Sed quidquid sit de hoc, quod deputatorum munus esset, his verbis docet: Οἱ δεποτάτοι δὲ μανδουφοροῦντες μετὰ λαμπάδων προπορεύονται τοῦ τε ἁγίου Εὐαγγελίου, ὅπου ἀναφέρεται εἰς τὸν ἀμβωνα **161** πρὸς ἀνάγνωσιν, καὶ τῶν ἁγίων δώρων ἐν τε τῇ εἰς τὴν ἁγίαν τράπεζαν εἰσόδῳ καὶ ἐν τῇ εἰς τὴν πρόθεσιν ἐπανόδῳ αὐτῶν. **GRÆTS.**

[P. 6. Ὁ δεποτάτος. Allatiana: Ὁ δεποτάτος περιπατῶν ἐμπροσθεν τοῦ ἀρχιερέως; καθαρίζει τὸν λαὸν ἀπὸ τῆν στρατῶν, *viam populo mundam cavensque reddit*. Alia: Ὁ δεποτάτος; καὶ καλῆ τοῦς ἐρχοντας εἰς τὸν ἀρχιερέα καὶ καὶ καθαρίζει τὸν λαὸν ἀπὸ τῆν στρατῶν. **GOAR.**]

Fuerunt etiam *deputati* inter officia militiæ, de quibus multa ex variis imperatorum constitutionibus Rigaltius in suo lexico, verbo *δεποτάτοι*, quem vide: nihil enim illi ad nos, qui ecclesiastica officia tractamus.

Ibid. Sequitur ὁ ἐπὶ τῆς ποδῆς. Junius *præfectus instrumento sacro*. De quo duo potius suspicor quam scio. Quid si ὁ ἐπὶ τῆς ποδῆς sit ille qui pavimenti in Magna ecclesia curam gerebat? Nam ποδῆα est *solum, parimentum*; unde Germanis *der Boden*. Et patet hoc ex Originibus Cp., ubi ambitus sibi dicitur fuisse æqualis τῆς ποδῆας τῆς κόρτης τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. Et ὁ ἐπὶ τῆς ποδῆας ideo etiam dici nequit *præfectus instrumenti sacri* seu *suppellectilis*, quia distinctum et proprium officium est ὁ μέγας σκευοφύλαξ κρατῶν τὰ σκεύη τῆς ἐκκλησίας. Quid si sit unus ex θεωροῖς, ex custodibus qui, ut ait Citrius, τὴν φυλακὴν καὶ τήρησιν πιστεύονται τῶν ἱερῶν σκευῶν καὶ τῶν καλυμμάτων αὐτῶν, εἰ μάλιστα εὐρίσκονται ταῦτα λίθοις καὶ μαργαροῖς κοσμούμενα. Adde quod in Turcogr., p. 181, ποδῆς pro *vestibus* seu *tegmentis* legitur: μετὰ εὐμορφοτάταις ποδῆς. Interpretes: *ornavit templum imaginibus pulcherrime vestitis*; in margine additur μετὰ ὠραιότατων ἐπακλωμάτων, *cum venustissimis integumentis*. Quid si horum et similibus cura ad istum spectabat? **GRÆTS.**

[*Ibid.* Ποδῆαν Meursius interpretatur *ministerium; utensilia*. Nisi quæ sint illa proferas, ministerio tuo non utar, Meursi. Prosunt amplius Græculæ mulieres, quæ ποδῆαν partem vestis inferiorem crura pedesque suos velantem vocitant: utillus

adhuc me docuerunt viri, talaris cujuscunque tu-
nicæ oram terram allambentem, quia pedes ambit,
ποδιάς nomen mereri. Profuere præ cæteris illi
sacristæ Græci, qui antierius altaris ornamentum,
sacrasque illas vestes sericas vel auro textas vel
etiam ex auro solido vel argento confectas, ac ima-
ginibus in ecclesiis circumponendas, ποδιάς nun-
cupari asseruerunt. Fidem eunctis a me datam
confirmat Nicetæ auctoritas in variis ejus lectio-
nibus obviam facta, in Isaacio quidem Angelo l. i :
Οικήματα κατήρσιψαν, τὸν ἔθρον πλοῦτον περιεβά-
λοντο, ἐπὶ ἀνηρέυνθησαν φροντιστήρια, ποδιάς ἀφέ-
λοντο τῶν ἁγίων, cui ultimi commatis vice alia le-
ctio reponit Ἐπιπλα ἀφείλοντο παναγή: Ejusdem
Isaacii l. iii : Τὸν ἐν ἀνακτόροις περιώνυμον ναῦν,
ὅς νέα μὴ κικλήσεται, θελας πάσης ποδιάς ἐψί-
λωσε. Alia lectiō θελον παντός ἐπίπλου ἐψίλωσε. Ex
his conjiciō τὸν ἐπὶ ποδιάς esse vel qui ecclesiæ strag-
ulas vestes, sive muris sive altaribus ornandis sub
sua dispositione teneret, vel qui sanctas imagines
fictis vestibibus circumtegeret, vel denique, quod
certius autumo, limbos pontificiarum vestium ho-
noris gratia soleret e terra tollere, quod minus
apud nos magnatibus a servis puerisque honorariis
præstatur, cui etiam exsequendo officium caudatarii
nomine pontifex summus et cardinales voluerunt
in Romana curia institutum. Conjecturam appro-
bavit Antonius Cralis memoratus, ab altari tamen
et 162 ecclesia ministerium ejus semovit, et per
vias tantum locaque gressibus difficilia monuit

[Ἰσθι δὲ καὶ τοῦτο. Τὸ συνοδικὸν καὶ ἡ ἀνάγνω-
σις ἄπασα, ὁ χαρτοφύλαξ ἀναγινώσκει αὐτά. Εἰ δὲ
οὐκ ἔστι χαρτοφύλαξ, οἷος πρωτεύει τῶν ἀξιωμα-
των.

Καὶ διερμηνεύσμεθα καὶ τὰ μῆνεα τῶν κληρικῶν.
Ἡ πρώτη παντὰς τὰ διπλᾶ, ἡ δευτέρα παντὰς ἐν
καὶ ἡμῶν, ἡ τρίτη παντὰς, ἐν καὶ τέταρτον. Ἀρχε-
ται οὖν καὶ ὁ πρωτοπαπᾶς εἰς τὰ διπλᾶ τοῦ.

Ἀυτὴ ἔστιν ἡ διάταξις τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλη-
σίας, ἣν περ ἐνομοθέτησαν οἱ ἁγιώτατοι πατριάρ-
χοι καὶ οἱ οἰκουμενικοὶ Πατέρες παρὰ τῶν ἁγίων
συνόδων, καὶ ἐνέθησαν αὐτῇ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ ποιεῖν
οὕτω, ὡς ἐφημεν. Μ.]

Porrosieut in primo quinario Codinus ponit sex,
ita in hoc ultimo collocat dumtaxat quatuor. Ταῦτα τὰ
ἑρμηνεύματα τὰ ἐκκλησιαστικά, inquit Codinus, hæc sunt
officia ecclesiastica. Quæ etiam in epist. Græcorum
ad Gregorium X papam ex parte commemorantur.
Magnus æconomus, protecticus, logotheta, castrisus,
referendarius; qui super iudicia, qui super secreta,
qui super sacrum et dona apostolica, qui primicerius
patriarchalium notariorum; qui princeps ecclesia-
rum, qui super petitiones, qui rememoratorii, qui
ostiaris, qui patriarchales notarii, qui protopapre
cum toto presbyterio archidiaconatus ecclesiastici,
et qui domestici cum omnibus psalmistis et lectoribus.
Gregorius papa in epist. ad Græcos sacellarium
addit. GRETS.

CAPUT XIV.

De aliis quibusdam officiis ecclesiasticis a Citrio
enumeratis, deque illis quæ hodie apud Græcos
usitata sunt.

In enumeratione officiorum ecclesiasticorum
non convenit Citrius cum Codino, ut supra c. 6
monuimus. Causam addit, quia patriarchæ hæc
omnia arbitrato suo mutabant depressosque in
altum evehebant et evectos deprimebant et nova
munia instituebant, prout huic vel illi gratificandi
voluntas ferebat. Præter officia a Codino enume-
rata sunt istæc : Ὁ ἐπὶ τῶν κατηχήσεων, cate-
chista, orphanotrophus, quatuor defensores, καὶ ὁ
περὸ δευτῆς, circitor Boneldio, correctoribus visi-
tator. Quid si sit ille quem Typicum sancti Sabæ
nominat ἐξυπνιστήν seu ἐξυπνιστήν, excitatorem,
cujus erat in vigiliis et ἀγρυπνίας circuire et
somnia excitare ?

Præter hos recenset Citrius theoros seu custodes,
et deputatos, de quibus capite superiore; itemque
camisatos. Sed addit hæc : Οὐκ εἶσιν ὀφφίλια,
ἀλλὰ διακονίαι περὶ τὸ ἅγιον βῆμα. Quod camisato-
rum sit officium, his verbis docet : Camisati seren-
dis ad altare carbonibus et sacris lebetibus calefa-
ciendis occupati sunt, ut illis more solito aqua
ferrens sacris calicibus tempestive infundatur.
Solent enim Græci, ut videre est in liturgia S.
Chrysostomi et in Theoria rerum ecclesiasticarum
Germani et in Expositione liturgiæ Cahasilæ, ca-
licis 163 jam consecrato sub ipsum communionis
tempus infundere aquam calidissimam, quam a
fervere vocant ζέσιν, et ipsum vasculum in quo
adfertur ζέσιν, ut quemadmodum ex latere Chri-
sti in cruce pendentis utraque (sanguis et aqua)
thermότητος πεπληρωμένα profluxerunt, ita tempo-
re communionis communicantes et sanguinem et
aquam, et quidem utraque calentia, percipiunt,
ὡς αὐτῇ τῇ ζωοπαρόχῳ πλευρᾷ ψαύοντων. De qua
consuetudine, quam rationi consentanea sit, nihil
opus pluribus hic disquirere. Huic ergo aquæ ca-
lescendiæ vacabant camisati, ut et carbonibus
pro suffitu ferendis et foveolis; sic dicti a camisiis.
Junius vertit *indusia* sol. 86. Nec est quod quis du-
bitet *camisia* Italici esse *indusia*. Sed si ecclesiastica
vocabula ecclesiastico more intelligere et inter-
pretari velimus, necessario dicendum est, apud
Codinum per *camisia* intelligi id quod Germanice
vocauius *den Chorrock* seu *Chorhemd*: nam de le-
ctoribus agens Codinus ait eos stare in medio tri-
clinio cum vestibus et epirriparis suis, habentes
camisia ἐπάνω τῶν ἱματίων. Sic c. 7 de mensa im-
peratoris Codinus: ingrediuntur *psaltæ* seu *cantores*
cum suis epirriparis et *camisiis*, hoc est *mit den*
Chorhemden; quæ nullus ecclesiasticarum rerum
peritus vocat *indusia*. Vulgo *vestes* suprapellicæ
dicuntur. Ab his ergo *camisiis* *camisati* nomen venit:
quos forsam non inepte vocaveris *linteatos*.

Præter hos sunt apud Citrium patriarchales
domestici: καὶ τοῦτο δὲ τὸ ὀφφίλιον τῶν ἀναγνώ-

στῶν ἐστὶ. Functio hujus est τὸ ἐν ταῖς προσόδοις A τοῦ πατριάρχου λέγειν εἰς πολλὰ ἔτη δέσποτα. Qua acclamatione mirum quam Græci delectati fuerint. Hinc nihil crebrius apud illos quam illa πολυχρονιάζειν, πολυχρόνισμα, πολυχρόνιον.

Quod attinet ad Græcos recentiores, præter multa ecclesiasticorum officiorum vetera nomina, habent sua et propria, quæ nec in Citrio nec in Codino apparent; quæ ex Turco-Græcia colligi possunt, ut est ὁ νομοφύλαξ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, πρωτοσύγγελος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ἐφημέριος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, *lampadarius magnæ ecclesiæ* (nam ὁ ἄρχων τῶν φώτων videtur fuisse alius apud Codinum), *magnus logotheta magnæ ecclesiæ*, ὁ μέγας ῥήτωρ. Meminit quidem Codinus rhetoris, sed absque τοῦ μεγάλου additione.

CAPUT XV.

De officiis ecclesiasticis aulæ Cypolitane, potissimum de archidiacono.

Ex clericis aulæ nominatim exprimit cap. 17, Codinus: 1) *protopsalten*, quem simul ait esse imperatorii cleri exarchum. 2) *domesticum*, quem ait esse exarchum cleri Augustæ, eundemque aliquando simul esse domesticum ecclesiæ; aliquando vero ecclesiam 164 proprium domesticum habere. Erat autem domesticus unus ex psaltis seu cantoribus, et a protopsalta proximus, sub se habens alios psaltas seu cantores, *quos veteri consuetudine*, inquit Codin. e. 17, *nominant cractas*, hoc est, ut Germani dicere solent, *schrailling*. 3) *Protopapam*, C qui et ipse aliquando unus et idem erat in ecclesia et aula, aliquando diversus, ut dicit Codinus ibid. 4) *μαγίστηρα magistrum*, qui et ipse cantor, c. 6. 5) *Canonarchas*. 6) *Lampadarium*, cujus erat imperatori lampadem præferre. 7) Archidiaconum: hunc enim non habebat ecclesia, sed aula, ut dicit Codinus ibid. De eodem multa cap. 8, 9, et alibi passim; ut et de protopapa, lampadario et cæteris ministeriis ecclesiasticis in aula.

Apud Citrium proponuntur multæ quæstiones de archidiacono: Τὸ ἀρχidiaconικὸν ὄφφικιον ποῖς ἐστὶ τάξιος καὶ ποίου βαθμοῦ, καὶ εἰ προϊσταται τῶν ὄλων διακόνων ὡς ἀρχidiaconος. Respondet Citrius *archidiaconicum officium non esse ἀρχοντικόν, οὐδὲ ἐκ φιλοτιμίας ἀρχιερατικῆς, ὡσπερ τὰ ἀρχοντικά.* D Benefidius vertit: *Non est magistrale, neque ex liberalitate pontificali, ut magisterialia.* Correctores correxerunt: *Archidiaconicum officium non est ex officiali dignitatibus, nec tribuitur ex liberalitate pontificali, ut officialium dignitates.* Prima versio satis est magisterialis seu magistralis, secunda paulo propius scopum tangit. Archonticia officia et ἀξιώματα apud Citrium sunt illa quæ quis obtinet διὰ τῶν ἀρχοντικῶν, hoc est *per litteras et codicillos τῶν ἀρχόντων, principum*, sive ii essent imperatores sive patriarchæ. Respondet ergo Citrius archidiaconi officium non esse ejusmodi quod per *archonticia* conferatur, seu ab imperatore seu patriarcha, sed esse longi temporis et operæ diu

præstitæ quasi remunerationem: Διὸ καὶ ὡς χρόνου καὶ ἰδίου τόπου διάρρημα ὁ ἀρχidiaconος; ἔχει καὶ τὴν ὑπεροχὴν ἐπὶ πάντων τῶν διακόνων, εἴτε ἀρχοντικοῖς ἐπονοιασοῦν τετιμμηται εἴτε καὶ μὴ. Ἐν τε τῷ ναῶ, ἐν τῷ ἁγίῳ βήματι, καὶ ἐν τῇ μεταλήψει τῶν θεῶν μυστηρίων.

Quæsitum quoque fuerat num patriarcha posset per sola *pittacia*, et *breuia*, et mandato suo, præferre aliquos nullo officio insignitos illis qui priores fuerant, nullo tamen ipsi etiam officio decorati. Respondet Citrius hæc plane esse intolerandum, ut præferantur aliqui prioribus per *pittacia*, etiamsi, qui præferantur, habeant officia; sed quemlibet in loco et statione sua, quam tempore acquisiuit, relinquendum esse: Ἡ γὰρ τάξις καὶ στάσις τῶν διακόνων τῷ χρόνῳ ῥυθμίζεται καὶ στηρίζεται, καὶ ἐστὶν ἀμτακλήτος, inquit Citrius; qui et addit ei qui *archonticiis* seu *breuibis* hujusmodi honoratus est, satis esse ut quando patriarcha seu pontifex rem divinam facit, sit ipse primus ἐν τῇ εἰσόδῳ, *in ingressu* ad altare, seu in *ku* et in perceptione divinorum mysteriorum. In cæteris quemvis suum locum tenere debere; et iniquum esse ut ὁ προαιουδούσας, qui *primas tenet*, seu ut vulgo loquimur, qui *præcedentiam habuit*, de loco suo deturbatus alteri cedere cogatur. Ex quibus 165 recte intellecti judicium facere licet de interpretatione Benefidii et correctorum ejus. Promotionum per *pittacia* meminit etiam Balsamon ad 17 canonem apostolorum.

Quia vero in his officiis ecclesiasticis multa occurrunt composita ex vocabulis ἀρχή et ἀρχων, aliquid super his notare libet, ante omnia illud quod dupliciter cum aliis coalescant, primo quidem initio vocis, ut ἀρχιεπίσκοπος, ἀρχιεπισκοπή, archidiaconus, archistrategus, archidux, archihereticius, archiatus, architectus, archipresbyter; secundo in sinevocis, ut patriarcha, ecclesiarcha, canonarcha, monarcha, toparcha, tetrarcha, ethnarcha, trierarcha. Inde etiam est ἑξαρχος, ἑπαρχος et id genus alia, tam in ecclesia quam extra usurpata et usitata.

Hæretici nostri temporis, ut alia, ita et ipsa prisca vocabula sustulerunt, potissimum illa, quæ ex ἀρχή et ἀρχων compacta. Hinc *archiepiscopῶ* nomen exterminant, ut et patriarchæ, archidiaconi et id genus alia, tanquam *superba, fastuosa et simplicitati apostolicæ adversantia*, quippe quæ imperium et potentem in subditos demolent, non primum in aliqua functione seu ministerio, seu primum ordine in aliquo cætu, absque tamen imperio et potestate in cæteros. Hinc ipsi gaudent apostolicis illis ei, ut loquuntur, modestissimis appellationibus προεσβυτέρων, ποιμένων, ἐπικόπων, λειτουργῶν, διακόνων, δοῦλων. Verum nomina hæc esse retinenda ubi hactenus viguerunt, et revocanda ubi exoleverunt, fuse demonstrat Adrianus Saravia Calvinista, in libro quem de diversis gradibus ministerorum evangelicorum evulgavit, c. 25, sic tamen ut his

appellationibus nullum in alios imperium designetur, sed sola ordinis dignitas et ut sic dicam, *primitas* seu τὸ πρῶτον. Huic Calvinistæ opposuit se Calvinistarum antesignanus Beza proprio libro adversus Saravianum publicato, ubi contendit nomina hæc prorsus non esse toleranda, sed ex ecclesiis explodenda tanquam simplicitati apostolicæ prorsus repugnantia. Mihi conflictus iste inter hos duos Lapithas mire placet: nam in Saravia observe hæreticam arrogantiam, quæ cum omnia confuderit et permisuerit, nunc quasi pœnitentia ducatur, honorifica illa patriarchæ, archiepiscopi, archidiaconi et similia cognomenta ambit iisque decorari gestit, ita tamen ut antiqua notione quasi exuta novam induant, nullamque potestatem et nullum imperium significant. In Beza autem id præ cæteris animadvertendum puto, quod non obscure suos Calvinistas Anglos, et Lutheranos in Germania et Suecia, perstringit, quia aliqui illorum sese archiepiscopos et primates et archidiaconos nominant, et ita etiam nominari et saluari volunt, pulchrisque sub nominibus turpem hæresin celant. Gæts.

166 CAPUT XVI.

De sacris vestibus ministrorum ecclesiæ.

Variis in locis sacrarum vestium ministrorum ecclesiæ mentionem facit Codinus; ex quibus nonnullæ solis episcopis, aliæ etiam sacerdotibus et diaconis competunt. Primas tenet σιχάριον, lucidi vestitus angelorum imitamen, inquit Simeon Thessalonicensis lib. De templo. Sæpius enim in veste fulgenti angelos apparuisse novimus, ut et illum in monumento Salvatoris coopertum stola candida. Præterea purum et ab omni inquinamento liberum sacerdotalem statum esse oportere docet; propter quam puritatem etiam sacerdos hæc gratia dignus judicatur; quod ipsum testatur, cum se induens hæc verba pronuntiat. Exsultabit anima mea in Domino, quia induit me vestimento salutis, et quæ sequuntur. Episcopi autem σιχάριον desuper descendencia habet flumina; est enim undulatum, et gratiam docendi in ipso representant. Nam et inter angelos non omnibus idem est ordo et gradus, sed ibi quoque alii inferiorum magistri sunt. Vocantur autem flumina propter vocem Salvatoris in Evangelio dicitis: Qui credit in me, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Hoc idem pallio episcopali notatur. Flumina quidem habet propter ea quæ diximus, pocula vero pro typo veteris et novæ gratiæ. Quæ etiam fluminibus quasi imitant; quod non aliud sibi fuit quam magistro sive doctori ex duobus Testamentis ad docendum hauriendum esse. Erant autem sticharia non solum candida, sed nonnulla etiam purpurea, quæ a sacerdotibus et diaconis tota quadragesima gestari testatur Codinus c. 9, excepto festo Annuntiationis, Palmarum et magno Sabbato Paschæ.

Inter cæteras quæstiones quas Bulgariæ archiepiscopo Demetrio Chomatiano posuit Constantinus Cabasilas archiepiscopus Dyrrachii, fuit ista, an

A consentaneum sit in purpureis pontificalibus vestimentis, quemadmodum et in albis, in stichario quidem flumina, in phænolio autem eruces gestare. Respondet Demetrius: *Consuetudo Ecclesiæ purpurea pontificalia indumenta simplicia vult esse et sine predictorum fluminum cruciumque adjectione.* Meursius sticharium interpretatur sticam: nam Glossæ Isidori stica est tunica. Sed nihil melius est quam in his et id genus aliis retinere Græca vocabula, quia nulla suppetunt Latina quæ vim et energiam Græcorum perfecte exprimaant. Erant autem sticharia duplicia, nempe patriarchalia et episcopalia, insignita figuris instar gammæ litteræ Γ, ut apud Balsamonem legimus; cujusmodi vestes appellabantur gammadia seu gammatia. Anastasius in Leone III: *Columnas argenteas octo et gammadia duo.* Paulo post apud eundem scriptorem habes gammadias chrysoclabas. Quod autem Meursius existimat trigonia, quæ sunt in phænoliis, esse ipsam litteram Γ, id mathematicis Leidensibus persuadeat, si potest; nos certe tres angulos ex littera Γ extendere non possumus.

2) Φελώνη seu φελόνη, imo etiam φενόλιον, φανόλης, φελόνιον. 167 Penulam hic qui vertunt, ii frustra sunt. Nulli penulæ inter vestes sacras locus est, tametsi non ignoro quid dō penula apud S. Paulum epist. II ad Timoth. IV nonnulli philosophentur. Quæ vero ejus significatio? Sacrum φελώνιον, inquit Simeon Thessalonicensis, sublimiorem et superne collatam spiritus virtutem sub quadam effigie monstrat, in primis saccum quo per ludibrium Salvator indutus est; idcirco et sacci formam habet: nec enim in eo sunt quæ appellantur μανίχια seu manicæ. Φανόλια patriarchica et episcopalia plena erant crucibus (unde ipsi polystaurii, quasi dicas multierucii, appellatio), et representant per totum orbem diffusam venerandæ crucis gloriam, ut inquit Balsamon in dissertatione de patriarcharum privilegiis. Formæ autem triangulæ, quæ in iisdem phænoliis visuntur, declarant angularem lapidem Christum Deum nostrum, qui disjuncta conjunxit, ut inquit idem Balsamon.

3) Epitrachelium. Heterodoxi interpretes vertunt collare seu collarium: sed id nimis profanum videtur. Retinemus ergo nomen Græcum. Epitrachelium, inquit Simeon, e cælo descendente spiritus gratiam menti subjicit. Ob hoc enim et episcopus et sacerdos a capite illud induens: *Benedictus Deus, inquit, qui effundit gratiam super sacerdotes suos.* Unde eo quilibet sacerdos utitur, quotiescunque sacrificat. Germanus in sua theoria rerum ecclesiasticarum: *Dextram partem epitrachelii significat arundo ludibrii gratia dexteræ Christi data; sinistram partem indicat crucis in propriis humeris gestatio.* Epitrachelium, inquit Balsamon, significat lorum illud quo vita ad mortem tracta est. Quod autem Meursius opinatur τὸ ἐπωμάδιον esse τὸ ἐπιτραχήλιον, id difficile creditu erit illis qui

εὖ ἐπωμάδων proprius ad ὀμοφόριον quam ad ἐπι-
τραχήλιον accedere norunt.

4) Orarium. *Diaconus angelicum sortitus ordinem*, inquit Simeon, *fert in humeris quod ὠράριον nominans, quod quasi alas habet, ut illorum spirituum, quæ præstant, intelligentiæ celeritatem demonstrat. Quare et Cherubim facies obvelantia imitans, ipse quoque, dum cingitur, quodammodo ut rei divinæ particeps et administer futurus, operitur. In ipso item orario Sanctus, Sanctus, Sanctus, scriptum est, quo ministratorius sanctorum angelorum ordo exprimitur.* Gestabatur orarium in sinistro humero. S. Chrysostomus in Liturgia: Τὸ μὲν ὠράριον ἀπαράμηνος ἐπιτέθειν τῷ ἀριστερῷ ὤμῳ. Figuram diaconi orarium portantis habes initio Gregoræ a Wolfio eliti. Apage illos qui hoc orarium voluit esse ἐμαγείον τοῦ προσώπου, sudarium sudori abstergendo, καὶ χειρῶμακτρον, manibus purgandis et abstergendis. Sint enim *oraria* profanis scriptoribus ea quæ Arnobius vocat *muccinia*, hoc est lintea minuta, quibus et mucus narium et sudor ex vultu manans abstergitur, prout copiose ostendit Casaubonus in notis ad Flavium Vopiscum: in ecclesia tamen orarium sacra stola erat, et nullo modo a diacono induenda vel ferenda ut sudarii vicem subiret. Quis ergo ejus usus? Non omnium vestium sacrarum usus exquirendus est: sufficit omnes inventas et introductas esse ad ornatum **168** incruenti sacrificii seu liturgiæ, seu ut nos vocamus, missæ. Usum alium si habere cupis, en tibi hunc ex Matthæo Blastare in Synopsi conciliorum. Τοῖς διακόνοις δέδεται καὶ μόνοις τῷ λαῷ τῶν ὤμων τοῦτο περιτιθέναι· ἐκλήθη δὲ ὠράριον ἐκ τοῦ ὠρῶ τὸ φυλάσσω καὶ ἐπιτηρῶ· οἱ γὰρ ἐξαρτῶντες τοῦτο διάκονοι, τοὺς λειτουργοῦσι παριστάμενοι καὶ τὰς τῆς ἐκδῆ· τελετῆς ἐπιτηροῦντες εὐχὰς, τῷ ὠραρίῳ τοὺς ἐν τῷ ἄμβωνι σημαίνουσι διακόνοις τὴν καιρὸν τῆς ὀφειλοῦσης γίνεσθαι ἐκρωθήσεως τῶν τε κατηχουμένων καὶ τῶν πιστῶν. *Orario significat, quandonam tempus sit separandi voce publica catechumenos a fidelibus.* Lecto enim Evangelio diaconus exclamabat: *Exeant, qui non communicant.* Quo catechumeni exire jubebantur, fidelibus remanentibus. Hunc Blastaræ locum Casaubonus profecto perquam Calviniano explicat his verbis: *Diaconus, qui orarium gestabat, eum qui in ambone sacram Scripturam legebat, admonerat, quando vel ad fideles vel ad infideles deberet orationem flectere.* Glossa hæc Calviniani spiritus est, liturgiæ sacræ ritus et caeremonias igno-
rantis. Quodsi quis vocabulum *orarii* nimium urgens linteum tergendo ori significare contendat, eo quod ab ore formari videatur, is eadem solertia dicere poterit verbum *oro* idem esse, quod *edo*, eo quod ab ore deducatur, sicut et *adoro*. Alcuinus, De divinis officiis, c. 39, enumerans sacra ecclesiæ vestimenta, *orarium*, id est *stola*, dicitur eo quod *oratoribus, hoc est predicatoribus, concedatur.* Etsi non his tantum, sed et sacerdotibus, qui stola

utuntur inter sacrificandum, ut et diaconus et subdiaconus inter ministrandum. Sudori abstergendo serviebat sudarium, quod ad tergendum sudorem in manu gestari mos est; quod usitato nomine fanonem vocamus, inquit Alcuinus. Vide Glossarium ad codicem Legum antiquarum.

5) Ὄμοφόριον humerale dicas licebit, tametsi a nostro humerali vel superhumerali proorsu diversum. Proprium episcoporum gestamen, quod ex lana confectum, inquit Simeon, in orbem humeros ante et retro convestit. Hoc genus indumenti sine dubitatione a verbo *carne* ex Virgine propter nos susceptam humanæque naturæ assumptionem declarat. Ideo enim ex lana quoque texitur, quoniam erraticam ovem, hoc est naturam nostram, signat, et quoniam ipse quoque agnus pro nobis occisus vocatus est. Ipsa item verba quæ humeris eo legendis profert, sententiæ huic suffragantur; ait enim: «Sublata in humeros, Christe, natura quæ erraverat, assumptus Deo et Patri illam obtulisti.»

6) Mandyas proprium episcoporum vestimentum; de quo jam sæpe supra c. 13; et l. III, com. c. 14 ad pag. 105. Scribitur etiam *μανδύον* et *μανδύη*.

7) Epigonatum, *supergenuale*, quod *victoriam adversus mor'em* (verba sunt Simeonis) *nostræque naturæ immortalitatem et cires Salvatoris contra maligni dæmonis tyrannidem robustissimas ostendit. Quamobrem et rhomphææ simile est, et lumbis alligatur, ubi hominis **169** robur situm prædicant.* Hoc ipsum verba quæ in cinctu adhibentur confirmant, «Accingere rhomphæa tua super femur tuum, potentissime.»

8) Ἐπιμανχίον. Idem Simeon: Τὰ ἐπιμανχία actionis divinæ omnia efficientis significancia sunt, et Jesum suis manibus sacrificium corporis et sanguinis sui per se obtulisse; cui convenient quæ iis induendis recitantur: «Dextera tua, Domine, glorificata est in virtute;» et «Manus tuæ fecerunt me et plas-maverunt me.» Quin etiam vincula manuum Salvatoris, in quibus ad Pilatum ductus est, quidam per ἐπιμανχία expressa volunt.

9) Saccus; de quo jam alibi (supra n. 3 et Codin. p. 15). Quærebat Cabasilas Dyrrachiensis ex Demetrio Chomatiano, an fas esset purpureum saccum facere et gestare. Respondit Demetrius: *Saccum purpureum nequaquam novit Ecclesia, quandoquidem saccus in tribus duntaxat anni celebribus Dominicis festis suum usum præbet, nimirum magno Paschalis Dominico, Pentecoste et Natali Christi. Hoc igitur satis plenam fidem facit, saccus ut sit purpureus ne esse non esse, cum etiam sint luctus insignis purpureæ hujusmodi vestimenta: in solis enim jejuniis diebus et mortuorum memoriis usurpatur.*

10) Mitra seu infula non utuntur episcopi Græci in sacrificio, sed aperto capite totam liturgiam perficiunt. Aperto capite, inquit Simeon, *episcopi et sacerdotes Orientis omnes, excepto Alexandrino patriarcha, sacris funguntur, non ob humilitatem aliquam, sed ob causam altiore et longe diviniorum*

videlicet, quam divinus Paulus ponit ac docet, Christum caput nominans, nos autem membra ipsius, et oportere nos Christum caput nostrum honorantes caput inter orandum nudatum habere. Nec ob hoc tantum, sed quia etiam nudo capite, qui consecratur, consecrationem accipit, atque ita quemadmodum cum ordinatur, precibus et sacris operari debet. Et hisurucha potissimum, quoniam et dum consecratur, a Deo tradita eloquia sive sacrum Evangelium supra caput habet, in sacrificio divinisimo peragendo relato capite conspici non debet. Objiciat fortasse quispiam hinc sequi, Alexandrinum episcopum et alios quamplurimos ex veteri traditione tecto capite sacris operantes non rite ac sancte facere. Istuc non dico. Nam illi antiqua nixi traditione, quæ magis legi antiquæ respondet, ita faciunt, quando et legis sacerdos cidarim, quam et mitram vocabant, in capite gerebat; quo eodem nomine hierarchæ eas gestantes appellare consueverunt. Ac fieri potest ut eo capitis tegumento aut spinam Domini coronam aut sudarium, quod fuit super caput ejus, in mentem nobis revocent. Hæc ille. Si Græci non parcerent suo Alexandrino, procul dubio, ut alia multa adiaphora, sic et morem istum tecto capite litandi præcise ac simpliciter repudiarent damnarentque: illud enim sobismatis ingenium est, ut præter id quod sibi placet, vix quidquam aliud placeat. Vocatur infula præsulis Alexandrini a scriptoribus phrygium, quod S. Cyrillo concessum fuit, quando in concilio Ephesino Coelestini papæ Romani vicarius erat. A Cyrillo ad successores quoque phrygium seu mitra venit; dicebaturque hæc tiara phrygium, quæ i Phrygio opere constaret. Phrygii mentio fit in diplomate Constantinianæ donationis, ubi ita Constantinus: *Deinde diadema, videlicet coronam capitis nostri, simulque phrygium, nec non superhumerale, videlicet lorum quod imperiale circumdare assolet collam, verum etiam et chlamydem purpuream atque tunicam coccineam et omnia imperialia indumenta*, etc. Quæ totidem verbis leguntur quoque apud Leonem IX pontificem in epist. contra Michaellem Cpolititanum et Leonem Abridenum. Balsamon in Græca versione hujus edicti ubique per lorum intelligit mitram seu tiaram sive phrygium, ut et in meleta de patriarcharum privilegiis et in meleta De officio chartularii, cum

A tamen nemo alius lori nomen hoc significatu usurpet. Sunt qui suspicentur Balsamonem respexisse ad laurum seu lauream, usitatissimum olim coronæ genus: ex lauro enim facilem esse transitum in lorum. Utcunque sit, de sensu an lapsu Balsamonis satis constat. Illud ejusdem edicti in Latina versione, sicut noster senatus calceamentis utitur cum udonibus, id est candido linteamine illustratis, sic utantur et clerici, ut recte accipias, ipse textus Latinus facit, dum illud cum udonibus explicat cum candido linteamine, retento, deflexo tamen nonnihil Græco vocabulo, ὀδὼν seu ὀδώνιον, quod est linteum. Eodem edicto vocatur corona sacerdotalis, qua Sylvester in capite insignitus erat, πακαλήθρα.

B Lubet hic referre quod adnotavit Sirmondus noster ad epist. 3, l. vi Epistolarum Sidonii: *Tonsura clericalis ita olim fiebat ut circulus tantummodo capillorum emerret, instar coronæ. Sic enim describit Gregorius Turon. de Nicetio Trevirorum episcopo: S. Nicetius, inquit, ab ortu suo clericus est designatus; nam cum partu fuisset effusus, omne caput ejus, ut est consuetudo puerorum, a capillis nudum quidem cernebatur, in circuitu vero mediorum capillorum ordo apparuit, ut putares ab iisdem coronam clericum fuisse signatam. Hodie apud nos antiquam coronæ formam soli fere monachi retinent, et pueri vocales symphoniaci. Nam brevis ille orbis in vertice, quo cleri pars magna utitur, insolens olim atque inusitatus in Ecclesia fuit, ut docet canon 40 concilii 4 Toletani.* Hæc ille.

C Diximus Græcos non celebrare aperto capite, excepto patriarcha Alexandrino et pauculis aliis, cum Ecclesie Latinæ episcopi tiara seu infula caput tecti potissimum liturgiæ partem peragere soleant. Sed quid Alcuino contrarium affirmanti de divinis officiis c. 38, respondebimus? Audi ejus verba: *Hujusmodi vestis (cidaris) non habetur in Romana Ecclesia vel in nostris regionibus: non enim moris est ut pileati divina mysteria celebrent; apud Græcos autem hoc dicitur, qui pileos, hoc est caphias (scuphias), gestant in capite, dum assistunt altaribus.* An dicemus tempore Alcuini viguisse alium morem quam posterioribus sæculis, Græcis suam consuetudinem desertibus Latinisque eam complectentibus? GRETS.

171 LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

De inscriptione hujus partis; de despota deque Sebastocratore.

Post indicem officiorum et officialium Magnæ Ecclesie subijcit Codinus catalogum officiorum et officialium aulæ Cpolitane, et quidem longe accuratorem quam sit prior ille.

Circa inscriptionem et titulum hujus partis uss,

codices non conveniunt: nam Bavarici ita habent: *Τὰ ὄφρακια τοῦ παλλατίου. Ἐπι δὲ καὶ τὰς τάξεις τὰς γενομένας ἐν ταῖς ἑορταῖς εἰς τὸ παλλάτιον, καὶ πῶς τὸν βασιλεὺς στέφεται δεῖ, καὶ περὶ προδίκησεω; δεσπότου καὶ πατριάρχου, καὶ ἑθῶν γενομένων ἐν τῷ παλλάτιῳ. Officia palatii: ad hæc ritus et ordo qui servatur in palatio, in festis, et quomodo oportet imperatorem coronari; de inaugurationibus despota;*

et patriarchæ, et de consuetudinibus palatii. Eodem ferme modo codex Augustanus et apographum inde sumptum, citante Junio. Tres alii libri plura adhuc ingerunt, indicem scilicet et post indicem scholium satis longum. GAETS.

[Se monitum, ubi præfæremur, meminisse precor lectorem, e duobus integerrimis exemplaribus Regiis, quibuscum præsens opus contuli, neutrum caput de officiis Ecclesiae CP. continere; atque ita tanquam a primo, ab hocce de nominibus officialium palatii utrumque ordiri. Advertet etiam non eundem in editis a Gretsero ac in Regiis esse capitum totius operis ordinem: quin imo in eo qui numero 1149 inscribitur, quodque e duobus primum (A) ubique nuncupo, diversam omnino distribuendi libri dispositionem servatam, eidem quippe in duodecim tantum sectiones singulis suis titulis illustratas partito, cuncti simul in ipso limine collecti præponuntur. GOAR.]

Πίναξ τοῦ βιβλίου.

Περὶ τῆς τάξεως τῶν ἀξιωματῶν καὶ ὀφφικίων τοῦ παλατίου ἤτοι τῆς συγκλήτου. (καὶ τῶν ὀφφικίων, οἰκισσὶς τοῦ — συγκλήτου. A.)

Περὶ τῶν φορεμάτων ἐκάστου τῶν ἀξιωματῶν. (τῶν τε ἀξιωματῶν καὶ ὀφφικίων A.)

Περὶ τῆς ὑπηρεσίας ἐκάστου τῶν ὀφφικίων.

172 Περὶ τῆς τῶν δεσποτικῶν ἑορτῶν τάξεως καὶ τῶν κατ' αὐτάς τελομένων ἐορτῶν. (adit A : ἐν αἷς διαλαμβάνεται καὶ περὶ τοῦ μεγάλου δομestικού ὑπηρεσίας τοῦ τε πικέρην, τοῦ δομestικού τῆς τραπέζης καὶ τοῦ ἐπὶ τραπέζης.)

Περὶ διαφόρων ἑορτῶν. (περὶ ἐτέρων διαφόρων ἑορτῶν, ἐν αἷ; ἀπέργεται ὁ βασιλεὺς, εἰ ἐνδομῶν τῆ Κωνσταντινουπόλεϊ εὐρίσκεται. A)

Περὶ τῆς ἐν φωσσίῳ ἤτοι στρατῷ ὑπηρεσίας. (ἐν τῷ φωσσίῳ τοῦ μεγάλου δομestικού ὑπηρεσίας τοῦ τε μεγάλου δρουγγαρίου τῆς βίγλης, τοῦ ἐπὶ τοῦ στρατοῦ καὶ τοῦ μεγάλου ἀδνομestίου. A)

Περὶ σεφεροφορίας βασιλέως.

Περὶ προβλήσεως δεσπότητος.

Περὶ προβλήσεως σεβαστοκράτορος καὶ Καίσαρος.

Περὶ προβλήσεως πατριαρχῶν καὶ ἀρχιεπισκόπων.

Περὶ πενθίμων βασιλικῶν φορεμάτων.

Περὶ μελλούσης δεσποίνης γινομένης. (καὶ περὶ μελλονύμφης δεσποίνης, οἰκισσὸ γινομένης, A)

Ἴστέον ὅτι τὰ χρυσοκόκκινα σκιάδια φοροῦσιν οἱ ἀπὸ τοῦ πανυπερσεβάτου μέχρι τοῦ μεγάλου στρατοπεδάρχου, τὰ δὲ συρματένια (συρματηρὰ Regii) οἱ ἀπὸ τοῦ μεγάλου πριμμικηρίου μέχρι τοῦ (παρακ. τῆς σφ.) κουροπαλάτου (Regii) παρακοιμωμένου τῆς σφενδόνης, τὰ δὲ κλαπωτὰ οἱ ἀπὸ τοῦ πρωτοβεστιαρίου (πρωτοβεστιαρίου Regii) μέχρι τέλους· ὁ γὰρ λογοθέτης τῶν ἀγγελῶν, εἰ καὶ μεταξὺ τοῦ τῆς σφενδόνης καὶ τοῦ πρωτοβεστιαρίου εὐρίσκεται, ἀλλ' οὐ μῆτε συρματέϊνον μῆτε κλαπωτὸν σκιάδιον φέρει, ἀλλὰ διὰ βλατίου ἀσπρὸν μετὰ μαργελῶν (ὁ γὰρ — μαργελῶν om. Regii.) Τὰ δὲ σκαράνικα (φοροῦσιν addunt Regii) οἱ ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τοῦ λογοθέτου τῶν ἀγγελῶν, τὰ δὲ κόκκινα οἱ (οἱ om. Grets.) ἀπὸ

τοῦ ἀκολουθοῦ καὶ (καὶ om. Regii) μέχρι τέλους.

Sed hæc ipso Codino capitibus tertio et quarto dilucidiora evadent, tametsi non satis cum indice congruere videntur.

[Alium officiorum Palatinorum indicem Medonius edidit, et ante Medouium Leunclavius Jur. Græcæ-Rom. I, p. 184; is infra positus est.

Τὰ ὀφφικία τοῦ παλατίου.

Ὁ δεσπότης, ὁ σεβαστοκράτωρ, ὁ Καίσαρ, ὁ πανυπερσεβάστος, ὁ πρωτοβεστιαριος, ὁ μέγας δοῦξ, ὁ μέγας δομestικός, ὁ πρωτοστράτηρχος, ὁ μέγας λογοθέτης, ὁ μέγας στρατοπεδάρχης, ὁ μέγας πριμμικηριος, ὁ μέγας κονοσταυλός, ὁ ἐπὶ τοῦ κωνκλειου, ὁ πρωτοσεβάστος, ὁ ἐπικέρην, ὁ παρακοιμωμένος τῆς μεγάλης σφενδόνης, ὁ παρακοιμωμένος τοῦ κο:τῶνος, ὁ μέγας βελυλος, ὁ κουροπαλάτης, ὁ πρωτοβεστιαριος, ὁ **173** δομestικός τῆς βιελικῆς τραπέζης, ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης, ὁ λογοθέτης τοῦ γανικου, ὁ μέγας παπιάς, ὁ ἔπαρχος, ὁ μέγας δρουγγαριος τῆς βίγλης, ὁ μέγας ἑκαυράρχης, ὁ λογοθέτης τοῦ δρόμου, ὁ ὑπατος τῶν φιλοσόφων, ὁ μέγας χερτουλάριος, ὁ μυστικός, ὁ πρωτασκηρῆτις, ὁ ἐπὶ τοῦ στρατοῦ, ὁ μέγας δρουγγαριος τοῦ στόλου, ὁ δομestικός τῶν σχολῶν, ὁ πριμμικηριος τῆς αὐλῆς, ὁ πρωτοσπαθάριος, ὁ μέγας ἄρχων, ὁ τάτας τῆς αὐλῆς, ὁ μέγας τζαούσιος, ὁ πραιτωρ τοῦ δήμου, ὁ λογοθέτης τῶν οικιακῶν, ὁ μέγας λογαριαστής, ὁ ἐπὶ τῶν δι:ήσεων, ὁ ἀρχιδιάκονος, ὁ σκουτίριος, ὁ πρωτοκύννητος, ὁ ἀμειράλης, ὁ ἀκτουάριος, ὁ μέγας ἀδνομestιαστής, ὁ κο:αίστωρ, ὁ λογοθέτης τοῦ στρατιωτικού, ὁ πρωτοερακιος, ὁ κριτής τοῦ βήλου, ὁ μέγας διερμηνευτής, ὁ λογοθέτης τῶν ἀγγελῶν, ὁ δικαιοφύλαξ, ὁ ἀκόλουθος, ὁ ὄφρανοτριφος, ὁ πρωτοκνοτάριος, ὁ κριτής τοῦ φωσσίτου, ὁ δομestικός τῶν ταίχων, ὁ πρωτολογάτωρ, ὁ βεστιαριος, ὁ στρατοπεδάρχης τῶν μονακαθίων, ὁ στρατοπεδάρχης τῶν μουρτάτων, ὁ στρατοπεδάρχης τῶν τζακόντων, ὁ στρατοπεδάρχης τῶν τζαγγρατόρων, ὁ ἐπὶ τῶν ἀναμνήσεων, ὁ προκαθήμενος τοῦ κοιτῶνος, ὁ προκαθήμενος τοῦ βεστιαρίου, ὁ δομestικός τῶν θεμάτων, ὁ πρωτοκόμης, ὁ δομestικός τῶν ἀναταλικῶν θεμάτων, ὁ δομestικός τῶν δυτικῶν θεμάτων, ὁ προκαθήμενος τοῦ μεγάλου παλατίου, ὁ προκαθήμενος τῶν Βλαχερνῶν, ὁ λογαριαστής τῆς αὐλῆς, ὁ μέγας διοικητής, ὁ νομοφύλαξ, ὁ βεστιαριος, ὁ ἑκαυράρχης, ὁ ἀρχων τῶν ἀλλαγιῶν, ὁ μέγας μυρταίτης, ὁ κριτής τοῦ σεκρέτου, οἱ ραβδοῦχοι, ὁ καθάλλαριος, ὁ σεβαστὸς, ὁ προκαθήμενος κάστρου, ὁ δρουγγαριος στόλου, ὁ κόμη:]

P. G. Despotæ Junio dominus : sed ego Græcum nomen et hic et alibi libenter retineo, præsertim cum despota etiam Latinorum usu et calamis tritus sit ; neque Latina vox dominus vim Græcæ illius despota assequitur. Despotæ inaugurationem habes c. 18 ; nec probo quod Glossarium affirmat, despota nomine vocatus fuisse filios, fratres, generos imperatoris, sebastocratoras, Cæsares et patriarchas. Nullus hoc nomine appellatur, nisi despota honore certisque ornamentis insignitus esset, sicut etiam nullus se-

P. G. Despotæ Junio dominus : sed ego Græcum nomen et hic et alibi libenter retineo, præsertim cum despota etiam Latinorum usu et calamis tritus sit ; neque Latina vox dominus vim Græcæ illius despota assequitur. Despotæ inaugurationem habes c. 18 ; nec probo quod Glossarium affirmat, despota nomine vocatus fuisse filios, fratres, generos imperatoris, sebastocratoras, Cæsares et patriarchas. Nullus hoc nomine appellatur, nisi despota honore certisque ornamentis insignitus esset, sicut etiam nullus se-

P. G. Despotæ Junio dominus : sed ego Græcum nomen et hic et alibi libenter retineo, præsertim cum despota etiam Latinorum usu et calamis tritus sit ; neque Latina vox dominus vim Græcæ illius despota assequitur. Despotæ inaugurationem habes c. 18 ; nec probo quod Glossarium affirmat, despota nomine vocatus fuisse filios, fratres, generos imperatoris, sebastocratoras, Cæsares et patriarchas. Nullus hoc nomine appellatur, nisi despota honore certisque ornamentis insignitus esset, sicut etiam nullus se-

basocratoris aut Cæsaris nomen obtinebat, nisi per A
 feugurationem hanc dignitatem consecutus fuisset. Loquor autem de posterioribus sequioris Græcæ temporibus, quæ nobis Codinus repræsentat; tametsi extra Cpollin transit et sine inauguratione ad alios. Hinc princeps Servix vocabatur *despota Servix*; pro quo annales Latini sæpe *despotus*. Apud Gregoram, lib. III, et Ætolix et Epiri despota. Despota Servix etiam *crates*, hoc est *rex* audiebat; et usor ejus non tantum *despæna*, sed et *cratæna* seu *cratixta*: 174 nam ut est in Pandeete Turcico c. 64, Ungaris, Bulgaris, Servix *kiral* aut contractus *kral* rex est et *cratna* regina; quæ Polonis *krol* et *krolna*. Nec dubium videtur illud *kiral* exstitisse ex Græco κύριος.

Proximus erat despota ab Imperatore; quocirca B
 in syllabo dignitatum primum locum obtinet. Michael tamen Palæologus despota majorem honorem, tametsi anonymum, excogitavit; cujus vestigia Cantacuzenus sibi sequenda duxit, ita de se IV, 5. scribens: *Matthæum seniore filium nullam nominatim dignitate cohonestat, honore tamen supra despota effert, nempe ut esset imperatori proximus; quem honorem primus Palæologorum imperator Michael propter filium Constantinum Porphyrogenitum invenit; videbaturque ea dignitas despotarum dignitati antecellere.* GRETS.

[P. 6. Δεσπότης. Imperii collega, ut et senior imperator, dictus quondam Augustus; imperii vero designatus successor, vel ab imperatore primus, ad Alexii Comneni qui tyrannidem circa Christi annum 1117 invasit, nuncupabatur Cæsar. Alexius Nicephoro Melissenone nomen ac dignitatem Cæsaris jam adepti fratrem Isaacium præferre meditans, sebastocratoris nomen, quo supra Cæsarem proximus ab imperatore cohonestaretur, adinvenit; ac tandem Alexius alter Angelus imperio potitus ex Alexio Theodoroque generis alterum creata recēntius despota dignitate, sebastocratori Cæsarique superiori, sibi secundum, auctore Phranze I, 1, effecit. Exin celebre despota in curia CP. nomen, urbeque a Latinis occupata et nondum a Græcis recepta Joannes Ducas Michaelē Thessalium filiumque Nicephorum τῷ δεσποτικῷ ἀξίωματι *despotatus honore* legitur extulisse apud Gregoram, II, 13. Sub Joanne Lascari, D
 niomorati Joannis nepote, cum imperii administrandi curam in se suscepisset Michael Palæologus, ac ad ipsum imperii solium, quod solus hærede pulso teneret, omni arte totisque viribus contenderet. Ολίγαι πρῆλθον ἡμέραι, scribit præfatus Nicephorus, II, 10, καὶ δεύτερον συγκροτοῦσι βουλευτήριον οἱ αὐτοῦ σπουδασταί, οὐ δέον εἶναι φάσκοντες τὴν τὰ βασιλικὰ καὶ κοινὰ διοικούντα πράγματα καὶ προσβείας πολλῶν ἀναδεγμένων ἔθνων μὴ καὶ τῆς βασιλείας ἔγγιστα ἔχειν καὶ τὸ ἀξίωμα, τιμῆς ἕνεκα τοῦ τῶν Ῥωμαίων γένους; καὶ ἄμα βεβαιώσεως τῶν μεταξὺ γινομένων καταστάσεων. Ταῦτ' ἄρα καὶ τὸ τοῦ δεσπότητος ἀξίωμα δέχεται παρὰ τε τοῦ πατριάρχου καὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ βασιλέως, Joannis nimirum

Theodoro nati. Eo tamen titulo jam Michael alius Theodori gener gaudebat. Quo, constet, ut in inveniendis subtiles, ita et in geminandis dignitatibus Græcos fuisse liberales. Lubens tamen fateor Michaelē hunc non eo nomine despota vocatum, ut imperium hæres adipisceretur, sed ut Ætolix et Epiri princeps audiret, quo quidam alii dicti sunt Servix despota, hoc est reguli: quo etiam sensu Chaganus Turcarum dux ὁ μέγας δεσπότης; ἐπὶ γένων τε κύριος κλιμάτων τῆς οἰκουμένης; ἐπὶ legitur apud Theophylactum Simocattam I. VII De rebus Mauricii; nec non Bæsilas τῶν Μουσῶν δεσπότης; apud Cantacuzenum, I, 55. GOAR.]

P. 7. Sequitur σεβαστοκράτωρ, novum inventum et commentum Alexii Comneni, de quo filia ejus Anna Alexiad. III: Νέον ὀνοματοποιήσας ἀπὸ τε τοῦ σεβαστοῦ καὶ αὐτοκράτορος τάδε λεγῶ εἶθηκε. Eadem Zonaras in Alexio Comneno. At Glossarium contulit nomen hoc longe fuisse antiquius Alexio Comneno, quippe principibus Thessaliæ a Constantino Magno concessum. Itaque novum 175 fuisse, sed in palatio, non extra. Et probat hoc ex I. VII Nicephori Gregoræ; apud quem tamen nihil hujus invenio. Verba ejus dabo: Ὁ δὲ Ῥωσικὸς τὴν τε στάσιν καὶ τὸ ἀξίωμα τοῦ ἐπὶ τῆς τραπέζης παρὰ τοῦ μεγάλου κεκλήρωται Κωνσταντίνου, ὁ δὲ Πελοποννησιακὸς τὸ τοῦ πρίγκιπος, ὁ δὲ τῆς Ἀττικῆς τε καὶ τῶν Ἀθηνῶν ἀρχηγὸς τὸ τοῦ μεγάλου δουκὸς, ὁ δὲ τῆς Βοιωτίας καὶ τῶν Θηβῶν τὸ τοῦ μεγάλου περιμικηρίου, ὁ δὲ τῆς μεγάλης νήσου Σικελίας τὸ τοῦ βῆγος, καὶ ἄλλοι ἄλλα. Nec alio loco, quem adducit Glossarium, id affirmat Gregoras, sed tantum dicit, in postremo Thessaliæ principe, qui erat Joannes Ducas, defecisse majorum successionem et *sebastocratorum* principatum, qui ab Alexio Comneno talis esse poterat: ut enim nomen despote transit ad alios principes, ita etiam nomen sebastocratoris ex auita ad principes Thessaliæ mansisse videtur. Adde quo Anna dicit Alexium novum nomen composuisse ex τοῦ σεβαστοῦ καὶ τοῦ αὐτοκράτορος. Quomodo ipse primus hæc duo in unum conflavit, si nomen hoc a Constantini Magni ævo descendit? Zonaras καὶ νῦν ὄνομα vocat. Quomodo καὶ νῦν, si a Constantino Magno? Idem ex ipso Codino satis manifestum est. An nomen *superintendentis* ideo novum esset, licet Glossarii auctor scholæ Leidensis *superintendens* salutaretur? Translatio quidem ad hunc hominem nova esset, sed vox ipsa nova non esset utpote jam pridem in novatorum circulis decantatissima. Etiam antecessores Alexii hoc morbo laborarunt, et in printis Leo Philosophus, qui teste Zonara Zautzem Stylianum non tantum designavit magistrum et dromi logothetam, sed et novo excogitato nomine βασιλεοπάτορα nominari voluit. GRETS.

[*Σεβαστοκράτωρ*. Dignitatis ejus instituenda causam refert Anna Comnena institutoris filia Alexiad. I. III, Joannes Alexii filius concessos patruo honores servavit, ut in ejus vita narrat Nicetas. Joannes idem Manuclē quatuor filiorum ultimum

σεβαστοκρατορικῆς ὑπεξήρεν τιμαίς. Joannis filius A Manuel patre mortuo vocatus ad sceptrum Isaacium patrum etiam sebastocratorem vocatum, missis in urbem amicis, ne tum sanguinis jure tum ob dignitatem imperatoriae proximam moliretur res novas, compescuit. Nicetas idem in Menuele, l. 1 : Μὴ πως περὶ τοῦ τῶν ὀλων αὐτῆς εἶναι κύριος διαμιλληθῆ ἅτε ἀπὸ γενέσεως εἰς τὴν διαδοχὴν τῆς βασιλείας καλούμενος. Ut potestate et insignibus, ita (usque ad despotiam creatum) sanguine conjunctus fuit imperatori sebastorrator. Isaacius Angelus, anno 1184 imperium sortitus, fratrem Alexium regni successorem, ac patrum quoque Joannem ducem, sebastocratores declaravit ; Alexius hic Isaacium filiae maritum priorem pari titulo insigniuit. Plures insuper eo nomine simul ornatos refert memoratus Nicetas, ex quo hæc deprompta, qui et præfatis tertium addit, Alexium nempe alterum Mauuelis nothum, Annalium Isaacii, l. III. GOAR]

Observa Junium verba illa p. 7 : Πρῶτος κατὰ τὸν χρόνον verteere et facile primus per illud tempus. Inepte. Natu majorem verte, vel Anna Comuena l. III judice, quæ de Isaaco fratre Alexii Comneni, πρῶτον τῶν ἀδελφῶν κατὰ χρόνον ὄντα ἐχρῆν τιμηθῆναι ἀξιῶματι.

176 CAPUT II.

Cæsar, magnus domesticus, panhypersebastus, prolovestiarius et plures hujus generis.

P. 7. Cæsar olim proximus ab imperatore, nunc in hoc censu apud Curopalatam tertius, qui forsitan paulo post major vel minor erit, prout Favonius ex palatio Cpolitano aspiraverit ; cujus inaugurationem habes infra c. 19. GRÆTS.

[Ab imperio potius, cujus spe pristinis sæculis fovebatur, Cæsarem longe ablegavit Alexius, et sebastocratori supposuit. Longius amovit alter Alexius, despote dignitate eidem anteposita. Tertius itaque ab imperatore temporibus ultimis numerabatur Cæsar, ut Gregoras his IV. 1, verbis manifestat : Ὁ μὲν γὰρ σεβαστοκράτωρ ἐς τὸ δεσποτικὸν ἀνάγεται παρὰ τοῦ βασιλέως ἀξίωμα, ὃ δὲ μέγας δομέστικος ἐς τὸ τοῦ Καίσαρος, ὃ δὲ Καίσαρ ἅμα τῷ πανθερῷ τοῦ δεσπότης ἐς τὸ τοῦ σεβαστοκράτορος. Ἐπολεῖ δ' ἐπίσημον τὴν ἐκ τοῦ πανθεροῦ διαφορὰν, ἔτι ἐν τοῖς κυανῶς πῶλλοις καὶ χρυσοῦφαις αὐτῷ ἐνηρμόζοντο ἀετοί. Sebastocratoris præterea publicis in acclamationibus simul cum imperatoris pronuntiatum nomen audiebatur, quod superior observatio ex Anna Comuena declarat, Cæsaris nusquam : id enim per unius tantum anni spatium Alexio fratri concessit Michael Palæologus, ac ut pariter imperatoris pene more recuperata Cpolitani triumphans incederet coronatus, de quo Gregoras in huius libri sect. 5 : Ἀντάξιον ἀπέδωκεν γέρας Ἀλεξίῳ τῷ Καίσαρι, ὅτι δι' αὐτοῦ τοῖς Ῥωμαίοις τὴν τῶν πόλεων βασιλεύουσαν ὁ θεὸς ἐχαρίσατο. Τὸ δὲ ἦν θριαμβὸν συγχροτηθῆναι πολυανθρωπώτατον καὶ περιφανέστατον κελύσει τοῦ αυτοκράτορος, καὶ ἐπὶ τούτῳ τὴν Καίσαρα πομπεῦσαι ἐπὶ πάσης τῆς

πόλεως, ὃ μόνον τοῖς τοῦ Καίσαρος παρασημοῖς κοσμούμενον, ἀλλὰ πρὸς τούτοις καὶ στεφάνῳ πάλυεσλει καὶ μικροῦ δῶμα λέγειν βασιλικῷ. Ὁ δὲ καὶ γέγονε. Προσεταιράχει δ' ἐπὶ τούτοις ὁ βασιλεὺς διὰ μνήμης τῆ τοῦ Καίσαρος ἔνομα ἄγεσθαι ὁμοῦ τοῖς τῶν βασιλέων ἐν τοῖς ὑμνητηρίοις καὶ εὐφήμοις ἅπασι, πανταχῆ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐπικρατίας ἄχρις ἐν αὐτοῦ. Καὶ τὰ μὲν τοῦ Καίσαρος εὐτυχήματα τοιαῦτα. GOAR.]

Ib. Magnus domesticus hic ordine tertius est. Græcis domesticus nihil aliud est quam προηγούμενος καὶ ἐπιστάτης, et in ecclesiasticis domesticus appellatur ἀρχιδὸς καὶ ἐπιστάτης μελωδῶν τε καὶ μελωδῶν, ut est apud Citrium in Responsis ; de quo jam lib. 1, c. 2. Ut autem domesticus nomen sonantius esset, vocula μέγας arripienda fuit. Quæ duo Latini interitum cōjungunt, ut Tyrius, *De bello sacro* II, 5 : *Cum esset in imperiali palatio plurimum honoratus, et megalomesticus dignitate, quem nos majorem seneschallum nominare consuevimus, fungeretur, ab imperatore secundus.* Hinc δομεστικῶτον dignitas seu officium domesticus. Anna Comuena, l. VIII : Καὶ τὸ δομεστικῶτον αἰτούμενος τῆς Ἀνατολῆς οὐκ ἔτυχε τῆς αἰτήσεως. Utiur eadem vocula Turonensis, II, 8 : *Gaudentius pater Scythiæ provincie primoris loci, a domesticatu exorsus militiam, ad magisterii equitum culmen promotus est.* Verum tam μέγας domesticus quam alii domestici sæpius adhuc nobis esse spectandos exhibebunt. GRÆTS.

[Non unus, sed plures domesticus, ecclesiastici, militares, civiles. Hic unus qui μέγας, de cuius nomine et officio pauca et huic 177 tantum loco congrua dicenda. Domesticus idem olim qui procurator, ac numerosæ familiæ totiusque domus curam gerens. Simocatta, VIII, 13 : Ἀναίρεται ὁ πραισεντικός ὁ τὰς τοῦ Πέτρου (στρατηγῶ) πεπστευμένος φρόντιδας, ὃν δομέστικον εἰῶθασι Ῥωμαῖοι ἀπικαλεῖν. Hic in fidem suam communia familiæ bona recipit, ac etiamnum hodie in monasteriis πιστικῶς audit. Artabasdam Artabasius alius Copronymi gener domesticum (procuratorem intellige) apud Theophanem efficit. Hinc cujuslibet rei vel ordinis præfectus ac præpositus vocatur domesticus a Græcis ; de quo Joannes Cetri episcopus : Ἡ τοῦ δομεστικῶν προσηγορία κατὰ Λατίνους τὸν ἐξάρχοντα, τὸν προηγούμενον, τὸν ἐπιστάτην δηλοῖ. A re itaque familiari ad militiam translata vox ducem exercitus supremum, et ut loquitur Comuena Alexiados I, στρατηγὸν αυτοκράτορα, vel ut alii præfectum prætorio, quod militares copias sub imperatore diceret communiumque rerum administrationem ab eo sibi commendatam teneret, significat. Eadem occurrit primum apud Cædrenum in Theophilo, sub quo Manuel Romanas legiones ducit, Theophobus Persicum : ille vero domesticus mox declaratur. Legitur quoque primum apud Theophanem in Michaelē Rancabe μέγας δομέστικος Theophilo antiquior. In Irene et Constan-

tino cernitur Antonius quidam domesticus cum A
militaribus copiis ad bellum missus: Ἡ βασίλισσα ἀπέστειλεν τὸν Ἀντώνιον σὺν τοῖς τάγμασιν. Antonius idem πατριχίος καὶ δομέστικος τῶν σχολῶν scribitur in Copronymo. Unde conjicio supremum exercitus Romani ducem circa Copronymi ætatem domesticum, ac paulo post magni honore adjuncto vocatum, qui prius στρατηγός ubique audiebat: fatear licet alia iterum vice domesticum exstare in Justiniano II, at non exercitus, sed στρατῶν equisonum celebrari. Ejus igitur est exercitum elucere, et belli res curare. Eapropter Michael Palæologus Joannis Angeli fratrem μέγαν χειροτονήσας δομέστικον, καὶ τὰ στρατεύματα παραδούς αὐτῷ, εἰς Ἀσίαν ἐκπέπομφε κατὰ τοῦ ἀποστάτου Μιχαήλ. Φροντιστὴς etiam et ἐπιμηλητὴς δημοσίων πραγμάτων ab auctore memoratur; cujus quidem ac amplioris etiam muneris descriptionem exhibuit Cantacuzenus, ipse magnus domesticus, II, 5, GOAR.]

P. 7. *Panhyperebastus*. Etiam hoc ἀξίωμα καὶ ὄνομα est Alexii Comneni ποίημα, qui in his excogitantiis secundus et facundus fuit. Vide Zonaram in Alexio Comneno. Sed ut hic dicitur, iste panhyperebastus, ultra quem ambitio progredi non posse videbatur, invenit sequentibus annis parem Joannem Cantacuzenum, magnum domesticum, et paulo post majorem ac superiorem, ut et protovestiarium. Ita ceu pila iudebant isti et rebus et nominibus modo in altum elatis modo deorsum præsis. Andronicus senior imperator Joannem nepotem suum panhyperebasti dignitate decorans eum longe augustiorem effecit quam antea fuerit, concessis vestimentis, calceis et equi ornamentis lutei coloris, ut inter imperatorum nobilitatem maxime illustris esset, ut ait Gregoras I. VII. Ut autem uxor despotæ despæna, Cæsaris Cæsariissa, Sebastocratoris Sebastocratorissa dicta est (vide c. ult. Codini), ita uxor panhyperebasti panhyperebastissa audit; qualis apud Gregoram I. III filia Theodori Metochitæ, matrimonio juncta prædicto Joanni panhyperebasto.

[Ὁ πανυπερέβαστος. De cujus dignitate ab Alexio Comneno inventa præter Zonaram hæc Anna filia: Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ τετίμηται καὶ ὁ Ταρωναίτης καὶ γεμδρὸς ἐπ' ἀδελφῇ τοῦ βασιλέως πρωτοεβαστὴς τε καὶ πρωτοεβαστάριος. Μετ' οὗ πολὺ δὲ καὶ πανυπερέβαστος 178 ἀναδείκνυται καὶ σύντροφο; τοῦ Καίσαρος γίνεται. Τούτων δὲ τῶν ἀξιομάτων τὴν καινοτομίαν ὁ ἐμὸς πατὴρ προσεξήρατο ξυμβεῖς, τοῖς δὲ καὶ παραχρησάμενος: τὸ μὲν γὰρ πανυπερέβαστος καὶ σεβαστοκράτωρ, καὶ ὅσα τοιαῦτα, συνθεθεικέναι παραχρησάμενος φαίνεται: σεβαστοὶ γὰρ οἱ βασιλεῖς ἀνέκαθεν κοινῶς ὀνομάζοντο, καὶ ἦν ἰδιαζόντως εἰς βασιλέα λεγόμενον τὸ τοῦ σεβαστοῦ ὄνομα: αὐτὸς δὲ εἰς τὸ κοινότερον πρότερον κατήνεγκε τὴν τοιαύτην ἀξίαν. Erat enim, non Cæsare modo, sed et domestico, panhyperebastus humilior, unde et panhyperebastum, a quo sibi

metuebat, promeriturus senior Andronicus ad Cæsaris dignitatem evexit. Gregoras, VII, 20: Ὅθεν ὁ γηραιὸς βασιλεὺς διὰ δέος μειζόνων κακῶν ἀπέστειλε πρεσβεῖαν πρὸς αὐτὸν (πανυπερέβαστον) καὶ ἅμα τῇ πρεσβείᾳ καὶ τὰ τοῦ Καισαρικοῦ ἀξιώματος σύμβολα. Illustriorem tamen a prima sua institutione reddiderat idem imperator, ut apud Gregoram ipsum reperies libri præcedentis sect. 28, et ut illustrem valde laudat Nicetas in Andronico I. I. GOAR.]

P. 8. *Protovestiarius*. Primus præfectus vestiarii, cujus uxor protovestiaria salutabatur, ut est apud Annam Comnenam, I. VI *Alexiad.* De protovestiario sæpius dabitur dicendi locus. GRÆTS.

[P. 8. Vestiarium adibit qui de protovestiario sollicitus est. Vestiarium nonnunquam vestitus est, res vestiaria, quantum satis est vestium, sicut calciarium quantum calceamentorum necesse est. Vestiarium in postremis libris Codicis et in Notitia imperii accipe, in quo vestes principis conduntur et reponuntur. Moschopolus; lib. cui titulus Συλλογὴ Ἀστικῶν ὀνομάτων. βεστια γὰρ παρὰ Ῥωμαίους τὰ ἱμάτια, ἐξ οὗ καὶ βεστιάριον κυρίως, ἐν ᾧ τὰ βασιλικά ἐνδύματα φυλάσσονται. Guillelmus Tyrius, I. II *De bello sacro: Quo facto ex imperialibus vestiariis oblata sunt prædicto viro in auro vestibus, vasis et pretiosis lapidibus.* Vides in vestiario non vestes modo, sed et aurum, vasa, lapides pretiosos reponi, unde nonnulli vestiarii thesaurique unam acceptionem contendunt. Vestiarius itaque qui hujusmodi curat, profert, recondit, asservat. Is βεστιαρίος Græcis, ut Zonara in Eudocia, Joanni Damasceno monacho et aliis. Princeps omnium πρωτοεβαστάριος, de quo in præsentī, cujus nomen jam a Theophylli temporibus agnitum apud Theophanem, a cæteris deinde historicis usurpatum, a magnis viris ambitum. Panhyperebasto nondum instituto a domestico dignitate secundus fuit, auctore Cedreno in Constantino Romani filio: Νικόλαον γὰρ τὴν πρῶτον αὐτοῦ θαλαμηπόλων δομέστικον προεβάλετο τῶν σχολῶν καὶ παρακοιμώμενον, Νικηφόρον δὲ τὸν μετ' ἐκεῖνον τὰ δευτερεύσια φέροντα πρωτοεβαστάριον. Ut domestico proximus, ac rem vestiariam tractans sacras Christi fascias in ecclesiastica processione gestare manibus audebat apud Cedrenum in Michaelē Paphlagone. Illi ad cubiculum Imperatoris nec non in ipso sacro cubiculo dormire fas erat. Leo Grammaticus in Michaelē Theophylli filio: Ἐνδοθεν δὲ τοῦ κοιτῶνος ἦν Βασιλικιανὸς τῇ βουλῆσει τοῦ βασιλέως ὑπνώσας ἐν τῇ κλίνῃ τοῦ Ῥεντακίου πρὸς φυλαχὴν αὐτοῦ. Erat Rentacius ille protovestiarius, prius aliquo tempore a Michaelē ad monendum de Basilio coronando patriarcham missus, et vestes regiumque apparatus omnem prolaturus. GOAR.]

P. 9. *Ὁ μέγας δουξ*. Notum est unde Græci ducis nomen acceperint. Inde δούκαινα ducis uxor. Nicetæ in Alexio Comnena I. I, δουκά; δουκάδος, δουκάδι, δουκάδα. Synodus Florentina: Καὶ οἱ μεγάλοι αὐθέντες καὶ βηγάδες καὶ δουκάδες. Legimus

etiam et δούκα, τὸν δούκα καὶ δούκαν. Tyrus magni ducis meminit, sed iunctis et corruptis vocabulis, xx, 14: *Misit cum classe de suis principibus* 179 *megalducas consanguineum suum*, et xxii, 11: *Alexius megalducas, qui classi erat praefectus*. Usurpant etiam Graeci δουκάτων pro praefectura et ductu; et pro moneta, quae Germanis est ein ducat. δουκάτωρ dactor. Vide Meursium in Glossario Graeco-Barbaro. Olim Atticæ et Athenarum princeps magnus dux audiebat, ut est apud Gregoram, l. vii. GRETS.

[Ut officia nunquam, ita nec officiorum appellationes temere confundendæ. Quamvis itaque in posteriorum imperatorum constitutionibus nuncupentur duces qui limitibus, militibus, provinciis et foederatis præsunt (στρατιωτικούς καταλόγους τῆς ἰδρύσατο, οἷς δὴ ἄρχοντα εἶσαι ἐπιστάται διώρισεν, ὃν Ῥωμαῖοι δούκα τῆ Ἀσίων καλοῦσι φωνῆ, de Justiniano sit Procopius ubi de ejus ædificiis l. iii) dux tamen magnus, de quo hic, navale solum sub sua dispositione tenere potest, ac ita vires imperii cum magno domestico dividit ut ipse maris, domesticus terræ potestatem sortiatur, prout cum auctore statim c. 5 legemus. Eam ob rem ubi magni domestici nomen terrestrium copiarum duci inditum, de quo nuper coniecimus, tunc vel non multo serius magni ducia, ut maris praefectum speciatim indicaret, vulgatum suspicor. Penes Gregoram itaque l. vii, sect. 6, fides est ut Atticæ et Athenarum princeps, cujus ditio imperii CP. frustulum rescissum fuit, jam a Constantini ætate magni ducis, ipse Romanis ducibus allectus, dignitatem fuerit adeptus. Memorat Leo Grammaticus τοῦ πλωτμου τὸν δούκα. Magni nomen addidit Nicetas Manuelis Comneni l. ii non uno loco. l. v: 'Ὁ Μανουὴλ στέλλει τὸν μέγαν δούκα τὸν Κοντοστεφανὸν Ἀνδρόνικον περὶ πού τὰς ἑκατὸν καὶ πενήκοντα εἰρήρεις ἔχοντα, ὅτι μὴ τῶν Βενετικῶν ὁ στόλος ἦν ἐνδεέστερος. In Alexio Manuelis hujus F: Ὁρμησεν ὁ πρωτοσέβαστος τοὺς πιστοτάτους στόλους ἐπιστῆσαι τριηράρχας, καὶ παραδοῦναι αὐτὸν τοῖς ἑκατὼν κατὰ γένος ἐγγίζουσι. Τοῦ δὲ μεγάλου δουκῆς τοῦ Κοντοστεφάνου ἀντιπεύσαντος, καὶ τῆς στολαρχίας παντὶ τρόπῳ ἐξαχομήσης, ἀναγκαστῶς τὴν βούλησιν μετατίθησιν. Subditur: Καὶ δὴ ὁ μὲν Κοντοστεφάνος Ἀνδρόνικος κύριος καθιεστήκει τοῦ στόλου πιντῆς. Isaacii Angeli l. iii: στέλλει Ἰσαάκιος τὸν ἴσον ἐξάδελφον Κωνσταντίνον, ὃν καὶ δούκα τοῦ στόλου προὐβάλετο. Anna Comnena μέγαν δούκα Ἰωάννην μετὰ στόλου μεγάλου in Cyprum refert missum l. viii. Constantinum Dalassenum facta ad nomen allusione θαλασσοκράτορα a patre Alexio, novorum nominum et dignitatum auctore, προεχειρισμένον, ac inferioris δούκα Κύπρου nominatum. Meminit etiam magni ducis Latinus Tyrus xx, 11: *Misit cum classe megalducas consanguineum suum*; et xxii, 11: *Alexius megalducas, qui classi erat praefectus*. Juncta corruptaque sunt hæc verba, aiunt quidam: a quo, non

edisserant. Certe non nisi a Tyrus scriptore barbare megalducas, μέγας δούκας vice, pronuntiante connexa. Vox μέγας trivialis licet, præ μέγας minus anomala est: fateor δούκας, vice δούξ, grammatico jure recentiore scribi. GOAR.]

P. 9. *Protostrator*. Mendose codices nonnulli πρωτοστράτωρ. Nicetas existimat *protostratorem* esse Latinorum *mareschalcum*: ita enim in Balduino de Gofredo loquens: Μαρέσχαλκος ἦν ἀξίωμα ὁ ἀνὴρ, δηλοῖ δὲ καθ' Ἑλληνας ἡ φωνὴ τὸν πρωτοστράτωρα (ita scribendum, si Latinam quantitatem spectes: occurrit tamen crebro per o, πρωτοστράτορα). Joannes Curopalata in Theophilo vocat τὸν ἱπποκόμον πρῶτον, quia illis praerant. Etiam simplex στρατῶρ usurpant. Suidas: Στράτωρ εἶδος ἀξιώματος. In donatione Constantini: Στράτωρος ὀφείκειον ἐποιήσαμεν. GRETS.

180 [P. 9. Stratorum erat equum freno tenere et consendentem magistratui operi ferre. Spartianus in Caracalla: *Cum illum in equum strator ejus levaret*. Paulus Diaconus de gestis Langobard.: *Equus quamvis hinc inde a stratoribus verberibus caesus, non poterat elevari*. Ἱπποκόμους eos dixere veteres Graeci: Εὐθύς οὖν καλεσάμενος τοὺς ἱπποκόμους καὶ τοὺ ἱπποῦ ἐπιβάς τῆς πρὸς τοὺς Κομνηνοὺς φερούσης παρείας ἤψατο. Στράτωρας recentiores. Theophanes: Μετὰ σπαθαρῶν καὶ στρατῶρων τινῶν καὶ ἐτέρων βασιλικῶν ἀνθρώπων. Eorum primus πρωτοστράτωρ. Cedrenus in Theophilo: Μιχαὴλ ἱπποκόμων ὁ πρῶτος γενόμενος· πρωτοστράτωρα τοῦτον φασί. Eadem fere Curopalata apud Meursium. Theophanes in Michael Theophili filio: Τοῖς ἐκκαίσις ἱπποκόμοις Βασίλειον ἐπέστησε· πρωτοστράτωρα τοῦτον οἶδεν ὀνομάζειν ἡ διὰλεκτος κοινή. Eodem ad verbum ex Theophane Zonaras Ann. 5. Alio nomine ἱπποκόμων στρατεύοντα vocavit Cedrenus in Michael Rancabe, κόμητα τοῦ ἱπποστασίου in Isauro Leone. Δομῆστικον quoque τῶν στρατῶρων dixit in Justiniano II Theophanes: ibidemque πρωτοστράτωρα τοῦ ὀφείκειου memorat, alium tamen a regio, comitatus nempe ὀφείκειου vocati, stratorum primum. Magnum quoque scripsit Phranzes; at ubi decrescebat imperium. Acies protostratorem sæpius legitimus duxisse apud Cedrenum, Zonaram, Gregoram et alios. Senatoria dignitate claruisse discimus ex Cantacuzeni 1, 15: Πρὸς θύραις ταῖς σαῖς ἐφεστήχασιν τῶν τῆς συγκλήτου τινῶν. Illi domesticus et protostrator erant. GOAR.]

P. 9. *Magnus stratopedarcha*. Græcum nomen et hic et alibi libenter retineo, quia vix suppetunt Latina, quæ talium vocum vim satis expriment. GRETS.

[Ὁ μέγας στρατοπεδάρχης. Is non alius quam tribunus, qui militum causas definit, crimina etiam leviter castigat flagellisque cædi jubet, et absente exercitus praefecto in milites animadvertit, vigiliarum et protectionis tesseram dat. Si miles crimen aliquod admiserit, ait Vegetius xxii, 9,

auctoritate præfecti exercitus a tribuno deputatur ad pœnam. Arma militum, vestes, equi, annona ad curam ejus pertinent. Discipline jus et severitas exercitus, non solum peditum, sed etiam equitum legionariorum, præcepto ejus quotidie curatur: ipse autem custos et diligens et sobrius legionem sibi creditam assiduis operibus ad omnem devotionem reformat et industriam, sciens ad præfecti laudem subditorum redundare virtutem. Στρατοπεδάρχην vero tribunum esse declarat Theophanes in Joviano, quem eumdem τριβούνον, deinde στρατοπεδάρχην, mox χιλιάρχον appellat. Ultima quoque voce hoc officium ejus explicat Cedrenus; quem domesticorum præfectum Marcellinus, eorumdem primicerium scribit Hieronymus in Chronico. Στρατοπεδάρχην castrorum curam gessisse ex nomine scribunt alii, quibus assentior; id enim quoque munus præstitit. Auctoritatem et alia ad caput quintum proferam. Eunathium, ut Cyprum recuperatam tueretur, stratopedarcham ab Alexio creatum refert Anna filia, l. viii: δὲν ἔγνω Ἀλεξίος τὰ κατὰ τὴν Κύπρον ἀσφαλισσῆσθαι, καὶ τὸν Φιλοκάλην Εὐμάθιον τὴν ταύτης ἀναθέμενος; φρουρὰν στρατοπεδάρχην προεχειρίσαστο; ναῦς; πολεμικὰ; δεδωκῶς αὐτῷ καὶ ἰππώτας, ἐφ' ὧ τὰ κατὰ τὴν Κύπρον διὰ τὴν θαλάσσης καὶ ἰππέου ἀσφαλισσῆσθαι. Explicat Logotheta στρατοπεδάρχην voce Turcica jam Græcis satis familiari πελάρπακιν: Leonclavius Peclarpax ait esse Begler-Beg, quem exponit prætorem, præsidem, et tandem supremum castrorum principem; additque vocem Græcam στρατοπεδάρχην. Magnum hunc stratopedarcham quatuor minoribus præfuisse scribit Meursius: at non magnus semper qui aliis præest, sed qui officio præstat. GOAR.]

P. 9. Magnus primicerius. De primiceriis jam egit, l. i, c. 2. 181 Illud hic observa, olim Bœotiae et Thebarum principem magni primicerii nomen tulisse, teste Gregora l. vii, qui addit hunc ipsum principem posteris temporibus pro magno primicerio μέγαν κύριον appellatum esse, a prima syllaba occasione sumpta, a prima nimirum syllaba vocabuli κήριος amputatis compendii gratia, ut vulgus solet, ex vocabulo primicerii duabus prioribus syllabis. Ex quo colligas jam tum η et υ eodem sono, instar iota, prolata fuisse: alioqui duas illas voculas κήριος et κύριος vulgi consuetudo non confudisset. GRETS.

[Si primicerius ex Suida πρώτος τάξις τῆς τυχούσης, ex Heraclio in Novell. ii. Juris GR. ἐν ἐκάστῳ τάγματι πρώτος, ut inter cantores, de quibus superiori cap., inter advocatos, de quibus Jus GR. p. 225, prior est primicerius, an ita hic magnus inter varios imperii primicerios ut cunctis imperet? Affirmat, ut nuper de stratopedarcha, Meursius. At cum sit in aula primicerius (πριμικήριος; enim τῆς ἀλλῆς legitur frequentius in sequentibus), ideo magnus hic, quia illi cæterisque præeminet; et ea causa primicerius, quod, ut infra scribit auctor, si ei; τὸ φουσσάτον κεφαλὴ τῆς βασιλικῆς συντάξεως, in exercitu im-

peratorii comitatus sen ministerii princeps; qui vulgo aulici ministerii cum potestate curator, le grand maître. Favet voci data a Gregora interpretatio, vii, 8: primicerium enim quasi primum κύριον, et artius μέγαν κύριον vertit. Καὶ μὲν δὴ ἔστιν ἡ τῶν τοιούτων παραθοράν τινα τῷ μακρῷ χρόνῳ παθόντα ἀμυδρῶς πως ὑπερφαινοῦσι τὴν ἀλήθειαν. Τὸν γὰρ τοι τῆς Βοιωτίας καὶ τῶν Θηβῶν ἀρχηγόν, ἀντὶ μεγάλου πριμικηρίου, μεγάλον κύριον ἑνομάζουσι νῦν, εἰς τοῦτο παρενεχθέντες ἐκ τοῦ παρενεχθῆναι τὴν πρώτην συλλαβὴν. Quod vero præmittit Bœotiae principem jam a Constantino primicerii nomen adeptum, nullam apud me fidem meretur. GOAR.]

P. 9 Magnus constaulus, comes stabuli, Gallis connestable. Nomen conflatum ex contos seu conto comes, et staulos stabulum. Cantacuzenus, l. 40: Comperiunt principem Sabaudiae, quem Latinorum lingua conton vocat; quia ea ætate princeps iste necdum erat dux sed comes. Synodus Florentina: Ἐξαθέζοντο δὲ καθάλλριοι τε καὶ μαρκέσιοι, κόντοι καὶ δουκάδες. Est etiam recentioribus Græcis κοντόν breve, curtum, kurz, parvum; unde contacium sacri odarii genus. Cedrenus scribit quemdam appellatum esse Κονταλέοντα et alium Κοντοστέφανον ob parvitatem, quasi parvum leonem et parvum Stephanum. Est etiam κοντὰ, πλησίον, prope. Σταῦλον seu σταῦλος ex Latino stabulum detortum: nam extrita unica litterula b habes staulum. Hinc etiam Germanis est Stall, Stallung, eininstallieren, quod barbaris installare, stallum seu stationem assignare. Nec mireris si talium origo a vocabulo stabulum repetatur, cum eadem vox constaulo nomen tribuat, et quidem honorificum; hodieque die stallmeister, magistri stabuli, magno loco sunt in aulis principum. Scribitur etiam κονσταῦλος, sed rectius est prius illud. Habebant quoque veteres Franci comitem stabuli ut videtur est in epist. 3 Hincmari, c. 16; quem vulgus corrupte appellabat constabulum, ut est apud Reginonem l. ii, et apud Tyrium passim legere est constabularius. Habes et simplex stabularius apud anonymum viii, 6, De bello sacro: Conradus Henrici III stabularius. GRETS.

182 (Habuerunt Romani comites stabuli imperatorii, de quibus Paulus Diaconus l. xvii, et l. xxix c. Theodos. De annona et tributis l. xi. Græci pariter etiam vocibus consoni Badurium Justini fratrem κόμητα τῶν βασιλικῶν σταύλων, aliumque anonymum eadem appellatione insignitum apud Theophanem et Leonem Grammaticum in Theophilo jactant. Ab iis vetusti Franci regionum stabulorum comites connestables, Græci recentiores suos κονεσταύλους κονοσταύλους vel κοντοσταύλους; deducunt: hos tamen ab istis. Rem paucis aperio. Comites neoterici κόντους (ne κοντούς, hoc est breves, dixeris) appellant, ut Nicetas in Andronico l. i: Οὐκ οὖν τὰς στρατηγούς ὀπανόμενος, οὐς κόντους, εἴρητις ἂν Λατίνῃ διαλέκτῳ χρώμενος. Stabula σταῦλα vel σταῦλους. Moschopolus: ἰππῶνες ἰπποστάσεις, σταῦλοι. Ex utroque nullo negotio κοντοσταῦλος

creatur. Ex Gallico *connestable* deduxisti, inquires. A Dictum volo. Franci namque, ut Christianorum bono nati, ea qua gaudent in exteras regiones excurrere licentia, frequentius a Græcis, fidem in Saracenos propugnaturi, stipendia promerebantur (ut Ruasilius ille qui quadringentis Francis apud Curopalatem et Annam Comnenam adjunctus Græcorum exercitum ducebat), duccemque suum nonnisi appellatione apud suos colenda dictum voluerunt. Quæ vero *stabuli comite*, vulgo *constabulario*, honoratior esse potuit aut sibi decenterior, τοῦ *connestable*? En ut ad hanc vocem velut in fontem Græci referant suos κονοσταύλους, inter quos Gregoras et Chalcondyles κονοσταύλους pronuntiant. Dictionem tamen apud auctores Alexio Comneno superiores, nec dignitatem eo priorem reperias: at de comite stabuli vel constaulo ceu Francorum duce testatur auctor, c. 5. GOAR.]

P. 9. *Magnus logotheta*. Quid sit logotheta, jam l. i, c. 6, explicavimus. Et quamvis Nicetas dicat esse eum qui Latinis sit cancellarius, tamen id ubique locum habere non potest. Quis enim logothetam ἀγέλων *procuratoris* seu *gregum* vocet cancellarium, ut et logothetam τοῦ ὁρόμου, *curæ*? GRETS.

[*Ibid.* Λογοθέτην a Cyrillo et a Chrysostomo De pœnit. ac primum a Cedreno in Anastasio innotatum, verum in alio quam qui pertractatur sensu reperio; præsens enim est non qui ærarii, sed qui publici regiminis *rationes ponit*. Magnus namque logotheta cum imperatore communis boni rationem habet, res unde reipublicæ commodum et, simul principis thesaurus augetur administrat, et denique cunctis providet. De illo Gregoras, ubi de Muzalone, vi, 2: Ἦν ὁ Μουζαλῶν (λογοθέτης) τῷ βασιλεὶ παραδυναστεύων τότε, καὶ τοῖς βασιλικοῖς καὶ δημοσίοις μεσιτεῶν πράγμασι, καὶ παρὰ τοῦ βασιλέως μεγίστην καρπούμενος τὴν αἰδῶ διὰ τὴν σοφίαν καὶ γῆρας μακρὰν καὶ ποικίλην ἐμπειρίαν πραγμάτων μετὰ φρονήσεως ἔχων. Nicetas ubi de Hagiorthodorie, in Manuele, l. i: Μελεδωνδὸν δὲ μεσεύοντα καὶ τῶν οἰκείων ὑποδρηστήρα διαταγμάτων τὸν Ἀγιοθεωδορίτην τίθεισιν Ἰωάννην. Καὶ ἦν τῷ προσώπῳ τοῦ βασιλέως δει δεικνόμενος, καὶ τὰ τοῦτου ἐντάλματα ὅσα καὶ ἐμφάσεις ἐκ κρείττονος μοίρας δεχόμενος. Curopalates in Michaelē Parapinaclo: Εἰς τὴν τῶν κοινῶν διοίκησιν καταστησάμενος, λογοθέτην αὐτὸν προβαλλόμενος. Is non absimilis summo regii publicique Juris administro quem supremum cancellarium Græco Niceta teste vocamus: Ὁ μὲν τὸν οἰκείον, ὡς ἡ Λατίνων βούλεται φωνῆ, καλεῖται ἄλλοιον. Ita scribit ejusdem Manuelis l. vii, ὡς δ' Ἑλληνας εἶποιεν λογοθέτην (ἦν δὲ οὗτος ὁ Μαγέντζης ἐπίσκοπος) ἐπεμψεν. Fax alia, qua vox illustretur, mihi superflua est. Animadvertite modo logothetam prius fuisse qui publici ærarii quæstor vocatur; de quo sensu nos infra, ubi logothetam ante Alexii tempora vix auditum scio: διοικητοῦ vocem ejus munus apud antiquos significasse fateor;

A 183 ac tandem eum ab imperatore his verbis institutum: *Tu magnus logotheta esto*; quæ sibi dicta Phranzes asserit, quamvis clam ita creatus pro more officii imperatorem venerari ac publice adorare vetitus fuerit. Cæterum an hic μέγας λογοθέτης idem sit qui τῶν σεκρέτων et amplissimi senatus caput, mihi pene indubium: ubi enim hujus mentio, de illo alium sit silentium, ac cum magnus ille personat, alius secrete latitat: an non ideo quia binominem diversis temporibus se fecit hæc dignitas? Certe scrupulum omnem a terenda sententiæ hujusmodi semita Nicetas amovet in librorum titulo quo se λογοθέτην τῶν σεκρέτων καὶ ἐπὶ τῶν κρίσεων, secreti logothetam et judicis præpositum, et in Murzuphlo, ἐπὶ τοῦ ἀκρου στήσαι τῆς συγκλήτου βατήρος καὶ ἐν τοῖς σεκρέτοις λογοθετήσαι, in summo senatus solio consedissee et in secretis judiciorum rationem supremam habuisse affirmat: at quid hoc aliud quam magnam logothetam egisse? Logothetam insuper et urbis præfecum jubet Anastasius, referentē Cedreno in ejus vita, consensu ambone Acephalorum hæresim proclamare: quid hoc aliud quam senatus præsidem populique rebus præpositum eidem voluisse favere et auctoritate publica confirmare? logothetam secreti Annæ Comnenæ l. iii, et apud Nicetam statim sub historiarum limine, et in Isaacii Angeli l. iii lego, magnam logothetam apud Nicephorum Gregoram et eo posteriore, logothetam nude sumptum vel τοῦ γενικοῦ addito apud omnes Niceta scriptore superiores. GOAR.]

C P. 9. Protosebastus *primangustus*, ut Wolfius vertere amabat. Rogerus in Annalibus Anglicanis: *Qui vocabatur Græce protosebastos; Latine comes palatinus*. Protosebasti dignitas dicitur hic ordine decima tertia; et ita est in nostro indice: in catalogo Juris Græcorum l. ii, decimum quartum locum obtinet. In nostro magnus domesticus quartus est, in illo septimus. GRETS.

[Ὁ πρωτοσέβαστος. Inauditum ante Alexii Comneni tempus nomen; ac ubi eum sebastocratores et panhypersebasti commentum Anna filia narrat l. iii, ibi generum Taronitem protosebasti et protovestiarrii dignitatem auctum, Adrianum vero fratrem protosebastum clarissimum vocatum, refert: Ὁ Ἀδριανὸς ὁ ἀδελφὸς τοῦ κρατούντος πρωτοσέβαστος ἀξιώται περιφανεστάτος. Mox absque medio subdit: Τούτων δὲ τῶν ἀξιωματῶν τὴν καινοτομίαν ὁ ἐμὸς πατήρ προσεξέτατο. Alios protosebastos protovestiarrii dignitate conjuncta Nicetas, Gregoras, Cantacuzenus recensent. Ad Alexium et Annam redeo. Ipsa ubi Venetos bellorum socios donis et honorum cumulis a patre compensatos narrat; ipsum reipublicæ duccem protosebastorum dignitate et stipendiis, patriarcham vero pervenerandi appellatione, collato non illiberali donativo, cohonestatum scribit. Verba ejus sunt: Ὅς διὰ πολλῶν τούτους ἀμειψάμενος δωρεῶν καὶ τιμῆς καὶ αὐτὸν τὸν ζούκα Βενετίας τῷ τῶν πρωτοσέβαστων ἀξιώματι μετὰ τῆς βίβλας ἐτίμησεν, ὑπέρτιμον δὲ καὶ τὸν πατριάρχην

αὐτῶν ἤξεισε μετὰ τῆς ἀλόγου βόγας. Nusquam tamen erat *διλογος βόγα*, nec in rationem militabat, cum Venetos, ut sui patriarche sustentarent inopiam, pauco retro tempore, anno videlicet 1073, Gregorius septimus pontifex Romanus litteris fuisset hortatus, de quibus Baropius illo anno num. 51. Protosebasti pileus erat viridis, ut c. 4 legimus, viridisque liquor ei proprius, quo, sicut imperator rubro, subsignandi potestatem nactus est. Nicetas de Alexio protosebaste in Alexio Manuclis filio: *Ἀδγμα ἐκ βασιλέως; ἐξήνεγκε, μὴ ἄλλως; εὐπαράδεκτα ὁρῶσα: ὅσα ἡ βασιλικὴ χεὶρ ὕποσημαίνεται γράμματα, εἰ μὴ πρότερον ὀφθαλεν τῷ Ἀλεξίῳ, καὶ οὕτω τὴν δεξιὰν τῷ βατραχείῳ ἐπιδοῦς χρώματι τὴν τοῦ ἐρυθροῦ ἐπισημασίαν βραβεύσεις.* GOAR.]

In nostro nullus est ὁ ὕπατος τῶν φιλοσόφων, *summus philosophorum*: 184 at in altero 29 stationem obtinet. 86 locum tenent *ραβδοῦχοι*. Interpres verit *lictiores*; noster index rhabdudhis caret. Sant et aliae diversitates, quas lector nutua utriusque catalogi collatione deprehendet. GRETS.

P. 9. Pincerna pocillator. Scribitur etiam *πικέρνης*. In indice Juris Græco-Romani annotatur et approbatur lectio lista ὁ *πικέρνης*. Sed tueamur vulgatiā: alioqui paulo post exsurget qui divisim legat ὁ *ἐπι κέρνης*. GRETS.

[*Ibid.* Pincerna Latinis dictio cognita, ex qua, ut scatur quidam, Græcobarbara *πικέρνης*: at si ihibi fidem non omnino dempseris, ipsa *πικέρνης* germane Græca est, quasi *ἐπι κέρνης*, *poculis præfectus*. Scis verbum *κεράννομι* vini temperandi vel miscondi significantiā adeptum, cujus vice *κερῶν* profert vulgus; ab eo *κέρνη pocillatio et præbendi calicis minis'erium*, ac ὁ *ἐπι κέρνης pocillationi stve poculis præpositus*; eandem duabus in unam contractis dictionibus sit per aphæresim *πικέρνης*, ex affinitatē ad Latinum pincernam etiam *πικέρνης* vocatus, qui Cedreno in Theophilo *ολυχοῦν*, Nicetæ I. i Alexii *κολυκίφορος*, I. i Andronici ὁ *ἐπι κεράσματος* (simum *κρασι* sive *κραστον* hodie dicunt), et Manassi denique ὁ *ἐπι κέρνης*; scriptus. Ita me Deus amet, vates fuit Gretserus: his enim madida adhuc charta vix exaratis characteribus in eo primum legi: *Paulo post exsurget qui divisim legat ὁ ἐπι κέρνης*. GOAR.]

Ib. *Curopolata* nomen, ut videtur, a *cura palatii* formatum. Evagrius, v. 4: *Τὴν φυλαχὴν τῆς αὐλῆς ἐμπειστωμένως, ὃν κουροπαλάτην ἢ Προματων λέγει φωνή.* Quem descripsit Corippus, laud. Just. I. 1, 485 et lib. II, 282. Latini nomen *curopolatae* variè depravant: hinc apud Luitprandum in Legatione est *Leonis curopolati*, et apud Leonem Ostensem *curopolasi*; *κουροπαλάτισσα*, uxor *curopolatā*, et *κουροπαλατικὸν* munus seu dignitas *curopolatae*; qua insigniebantur etiam absentes, et quibus Cypolis nec visa nec fortean videnda. Exempla invenies in libello Constantini Porphyrogeniti De administrando imperio.

De *Curopolata* passim Codinus in suo libello; PATROL. GR. CLVII.

quem olim officium habuisse ait, sed ignotum, *nunc vero*, hoc est tempore Codini, *nullum*. Alamanus ad p. 28 Procopii duplicem *Curopolatam* statuit, alterum qui sub se habebat prætorianos milites, quorum plures ordines, *domestici, protectores, silentiarii*, de quibus Procopius, p. 108: ex his alii in atrio et vestibulo regis versabantur, alii pro cubiculis desidebant et excubias agebant diu noctuque: hi *εωματοφύλακες*, Latine excubitores vocabantur, illi *φύλακες τοῦ παλατίου*, custodes palatii, prætorii milites seu prætoriani, *αυλῆς vel αὐλλεῖς* milites. Præfectum his ordinibus *comitem prætorianum* seu *excubitorum* appellat Jornandes, Procopius *principem custodum palatii*, Corippus de laud. Just. Min. 2, 285 *curam palatii*. Alter *curopolata* erat præpositus fabricæ palatii. De quo Cassiodorus libro VII Var. epist., 5, cujus magnam dignitatem fuisse credit Meursius in Glossario, *quod ante regem Theodoricum auream virgam gestans primus incederet. At Cassiodorus, primus, inquit, inter obsequia numerosa, hoc est non inter 185 singulares et primarios viros, patricios, seniores et consulares. Aurea vero virga est, quam Codinus διχαζέων appellat, inferioribus etiam ordinibus concessa honoris ergo, idque ex eodem Cassiodori loco colligere est. Plures aliquando erant Cypoli hac dignitate conspiciui. Cedrenus: Μετὰ δὲ τὸν θάνατον Θεοδοσιανοῦ ἐκράτησεν ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ Θεοτεῖος ὁ ἀπὸ κουροπαλάτων. Et apud Joannem Curopolatam in Isaacio Comneno: Ἰωάννην δὲ τὸν ἀδελφὸν καὶ Κατακλιτὸν τὸν κεκαυμένον Κουροπαλάτη; καὶ ἀμφοτέροι; τῶν δ. Nec Cypolitani tantum, sed et exteri hac dignitate honestabantur, maxime Iberes, ut constat ex Constantino imperatore lib. De administrando imperio c. 45 et 46.*

Cypolitanum palatium ita describit Luitprandus Ticinensis, lib. v rerum per Europam gestarum: *Cypolitanum palatium non pulchritudine solum, verum etiam fortitudinis omnibus, quas æquam viderim, munitionibus præsit: quod etiam jugi militum stipulatione non minima observatur. Moris itaque est hic post matutinum diluculum mox omnibus, parere, post tertium vero diei horam, emissis omnibus dato signo quod est MS, usque in horam nonam cunctis aditu prohibere.* Sed quale hoc signum MS? an missa vel missio, quod est *ilicet*? at quid hæc Latina apud Græcos? an *missa*? nam posterioribus Græcis hæc dictio usurpata fuit. Vide Meursium v. *Μίσσ*. GRETS.

[Vox in Græciam serius invecia, a Latinis primum inventa, *cura palatii*, qua is magistratus intelligitur qui palatii curam agit et *curator palatii* nuncupatur in nonnullis editionibus cod. Theod. de Comit et Trib. Scholar. I. VII, eundemque reor quem Theophanes in Mauricio celebrat *κουράτωρα τῶν βασιλικῶν ὄκλων*, ad cujus dignitatem ut imperatoris proximam summos viros vel aspirasse vel eventos fuisse: men orant historiæ. Justiniani nepos Justinus *κουροπαλάτης*, ita scribit Theophanes, *ex cura palatii* (sic Marcellino propria) conscendit imperium. Leo

nuncupatus Isaurus Artabasidum data in conjugem A filia curopalatem fecit, ex eodem Theophane, qui Mauricium quoque nepotem Domentiolum eo titulo refert auxisse. Hunc honorem Domentio fratri contulit Phocas, ut Cedrenus in ejus Vita, et pariter germano Theodoro Heraclius, ut Nicephorus in Breviario. Michael S. Ignatii pater ex curopalate factus est imperator. Bardas Ignatio, infensus, summam ambiens potestatem, curopalates primum, tum Cæsar est salutatus. De ejus insignibus et ministeriis suo loco: plura et diversa reperies apud Meursium, Greiserum, Bulengerum, Fabrotum in Cedreni. Glossario, Dempsterum de Antiq. Rom. 1, 4, Savarum in Sidonii Apollinaris carmen 23. GOAR.]

P. 9. Ὁ παρακειμώμενος τῆς σφενδόνης. Junius accubitor fundæ. In catalogo Juris Græco-Romani P ὁ παρακειμώμενος τῆς μεγάλης σφενδόνης: interpres accubitor magna palæ. Ergo versione mea rem ipsam explicare studui, cum nihil suppetat quod Græca apte exprimat. Nam παρακειμώμενος iste erat sigillifer seu custos annuli imperatorii, quo litteræ obsignabantur; qui annulus per partem suam, nempe per σφενδόνην seu palam, significatur: pars enim hæc servit signaturæ, ut sic loquar. GRETS.

[Annulos signatorios sive sigilla in annulis adhuc postremis sæculis imperatores gestasse declarat Nicetas tum in Joanne Comneno statim 186 sub historiae suæ limine, quo ipse εἰσεσι τὸν κοιτῶνα τὸν πατρικόν, καὶ προσπεσὺν ὡς δῆθεν θρηνησῶν ὑφαίρεται λάθρα τῆς ἐκείνου χειρὸς; τὸν σφραγιστῆρα δακτύλιον: tum in Alexio laudati Joannis nepote ad calcem, ubi eo crudeliter obruncato auris abscissa subula perforatur, trajectoque filo et apposita cera Andronici tyrannidem invadentis annulo signatur: Τηρᾶται ὀβελίσκῳ τὸ οὖς, καὶ κρήκης ἐξαφθείσης κηρὸς περιπλασθεὶς τῷ Ἀνδρονίκου σφραγιστηρίῳ ἐνσημαίνεται δακτύλῳ. Annulus ille et quovis aliud sigillum σφενδόνης nomen accepit. Σφενδόνη, inquit Suidas, ἡ τοῦ δακτύλου περιφέρεια, καὶ ἡ εἰς λίθου ἐπιβολὴν ἐπιτηδεῖα χρῆσις. Illos annuli et cujuslibet alterius regii sigilli custos fores ejus in quo reponitur loci observat, ad illas sedet, moratur, vigilat, et pro excubitorum more etiam somnum capit, παρακειμώμενος τῆς σφενδόνης, regia signaturæ antistes, sacri cerarii esarchus, D garde des sceaux de l'empire. GOAR.]

P. 9. Præfectus seu accubitor cubiculi; aliqui adlunt sacri, utpote imperatorii. Hodie in aulis vocantur kammerherrn, camerarii, aureis clavibus conspiciunt. GRETS.

[Ibid. Exponit Constantinus Manasses παράκοιτον καὶ φύλακα τῆς βασιλείου κλίνης, sub cujus dispositione erant πρόκοιτοι καὶ προφύλακες, de quibus Nicetas, qui ante fores excubabant et imperatorem custodiebant. Οἱ μὲν γὰρ σωματοφύλακες καὶ δορυφόροι ἀποδέν που τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος νυκτὸς κατηύναζον, ait ille in Andronico. l. ii. Ergo isti proprius, ad fores nimirum principis ac juxta cubiculum, qui hac de causa κοιτῶνεται a Leone Grammatico

et πρόκοιτοι a Zonara dicuntur in Theophili Vita, a Niceta in Joanne Comneno οὐκίδοι καὶ πρόκοιτοι, a Theophane in Justiniano κουβικουλάριοι καὶ σπαθάριοι: armati quippe spathiis sacrum cubiculum observabant. Eam ob rem somnio. quod interitus fuit oraculum, exterritus Mauricius apud Theophanem διυπνισθεὶς ἐκάλει τὸν παρακειμώμενον αὐτοῦ, ut qui dormienti principi juxta nomen excubias agens accubaret. GOAR.]

Ib. Logotheta ararii generalis. Ita vertit Glossarium Græco-barbarum secutus, Junius, logotheta publicæ rei. Longe aptius quam interpres Joannis Curopalatae historici, cui Nicephorus ὁ ἀπὸ γενικῶν est Nicephorus a Genicis. Interpres Juris GR curatorem genici indigital. Wolfius vertit generalem. absolute, et generalem logothetam, quia Zonaras in imperio Irenes et Constantini filii Nicephorum γενικῶν λογοθέτην appellat. Theodori Metochitæ maximus encomiastes est Nicephorus Gregoras in sua historia, præcipue l. vii, non procul a fine. Hic Metochites etiam hujus logothetæ munere functus est. GRETS.

[Ὁ λογοθέτης τοῦ γενικῶ. Lucem sibi mutua accendunt hæ voces. Γενικὸν locus est Cpoli, quo jus tributorum subditi exsolvent et negotiatoris vectigalia pensant, quem Zonaras περιφραστικῶς; τὰ ἀρχαῖα τοῦ φορολόγου λογοπρακτοῦντα scripsit in Constantino Duca; de quo Cedrenus in Basilio: Καὶ εἰς τὸ λεγόμενον Γενικὸν κατῶν τοὺς εἰσπρατομένους ἐσκόπει παρὰ τοῦ δημοσίου, μὴ ποῦ τι; ἀδίκως εἰσπράττετο, καὶ οὕτως τοῖς ἀδικουμένοις ἐπήμυνε. Et descendens ad Genicum, ararii sedem, eos qui ab ararii ministris vectigalia exigebantur, ne quis quid injuste persolveret, speculabatur, ac ita injuriam passis opitulabatur. Γενικὸς; exinde portorii vectigaliumque exactor est, ut aiunt, generalis. Suidas v. Γενικὸς; : Ἀναστάσιος βασιλεὺς Ῥωμαίων αἰσθόμενος στολήν Σαρακηνῶν εἶρθεσθαι κατὰ τῆς πόλεως, Ἰωάννην 187 ἐπέστησεν ἡγεμόνα τοῦ πολέμου, διάκονον τῆς μεγάλης ἐκκλησίας καὶ λογισθῆν τῶν φόρων, ὃν Γενικὸν καλοῦσιν. Cedrenus quoque Nicephorum exgenicum, ἀπὸ γενικῶ, vel ut scribit Curopalates ἀπὸ γενικῶν, imperatorem factum testatur in historiae limine: hinc ipse audivit γενικὸς λογοθέτης, qualem Theodotum quoque iniquissimum monachum reperies apud Theophanem et Cedrenum in Justiniano posteriore. Jam quo constet logothetam hunc a cancellario longe diversum, nec ejus aut similis alterius munere fuisse implicitum, sed summam ararii præfecturam gessisse, observo, λόγον computum, ratioœmia, rationem, fiscum, que ac alia referre; qua de causa dixit Theophanes in Copronymo: Τὰ δὲ λεγόμενα πατριμῶνια τῶν ἐν Ῥώμῃ ναῶν τῶν ἁγίων καὶ κορυφαίων ἀποστέλλων, τὰ ἐκπαλαί τελούμενα τάλαντα τρία ἡμῖς, τῷ δημοσίῳ, λόγω τελεῖσθαι προσέταξεν, publico arario vendi, in fiscum referri, publicis rationibus accenseri jussit. Λογοθέτης, ἀπὸ τοῦ λόγου, publicas rationes componit, quo pa-

cio Ciriilii τελωνάρχαις et πρακτοφφισταῖς λογοθέτας adnunciat, et λογοθετῆσαι *rationem reddere, ratiocinia instituere* ex Photio reddidit Stephanus. Eam ob rem rapax et iniquus logotheta Theodotus scribitur a Theophane, ἐπὶ τοὺς πλείστους τῆς πολιτείας ἔρχοντας καὶ ἐμφανεῖς ἄνδρας, οὐκ ἐκ τῶν διοικητῶν μόνων, ἀλλὰ ἐκ τῶν τῆς πόλεως οἰκητόρων, εἰχῆ καὶ μάτην ἀπροφασίστως ἀπατήσεις καὶ ἐκταγὸς καὶ δημεύσεις ποιούμενος. *A pluribus reipublicæ proceribus illustribusque viris, non qui agris modo et rura, sed et qui præcipuam imperii civilitatem incoterent, indicta causa, nullo demerito, absque rationis prætextu pecunias exigere, multas eis imponere, bona publicata rapere.* Apud eundem Nicephorus Phocas ἀναγίττις rapacitatisque deditus imperator ἐπέλευσεν Νικήτορα πατρικίῳ καὶ γενικῷ λογοθέτῃ τὰ δημόσια τέλη τῆς ἐκκλησίας καὶ μοναστηρίων ἀναβιάσασθαι. Alius Nicephorus ipse logotheta, referente Europate ad historiam calcem, inquiritur ab adversariis peritῶν τῆ βασιλίδι διαφερόντων χρημάτων. Subdit: Οὐ τοσοῦτον ἐμελεν αὐτοῖς τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν, quam ut logothetam sibi infensum e medio tollerent; ad eum siquidem, ut hoc ex Theophane addimus cumuli gratia, pertinent τὰ τοῦ γενικοῦ λογοθετοῦ πράγματα, *generalium computorum negotia quævis*, et ut idem inferius habet, δημόσιοι τῶν λογοθεσιῶν κώδικες, *publici computorum libri*, δημόσια χειροθέσια, *publica ratiociniorum scrinia*. Illi ministri ascribebantur ἐκλήπτωρες τῶν δημοσίων φόρων, *vestigialium receptores*; διοικηταί, *thesaurarii*, eidem et; Paulo Diacono dicti in Leone Isauro; ἐξισωταί *pendendorum æquatōres*, quos memorat Cedrenus in Basilio et alii. Ultimi inter generales logothetas Theodori Metochitæ merita et honores, quem hic auctor memorat, reperies descripta Gregoræ l. vii. GOAR.]

P. 9. *Protovestiarites*. Diversus hic a protovestiarario, ut tum ex catalogis, tum ex diversis officiis manifestum evadit. GRETS.

[Ὁ πρωτοβεστιαρίτης. Errant qui protovestiarium et protovestiaritem unum putant, quibus, sub non absimili penitus nomine, munus et ordo penitus diversa. Βεστιαρίτης *cubicularius* est, cujus onus ut vestibis sibi a vestiarario prolatis principem induat et exuat. Indicat id βεστῆτορος *vestitoris* dictio Latina, prioris vice posita: ubi enim scribit Cedrenus Justiniani anno 22 ἀπόλεσαν οἱ βεστιαρίται τὸ στέμμα τοῦ βασιλέως, Theophanes habet ἀπόλεσαν οἱ βεστῆτορες τὸ στέμμα τοῦ βασιλέως. Eucherium: ἐκάλει τὸ χλαμύδιον ὁ πατριάρχης καὶ ἐπιβίβωσεν αὐτὸ τοῖς βεστῆτορσιν (ita scribit illud) καὶ τὴν φίδαν. Πρωτοβεστιαρίτην *naque regis cubiculari magistrum, sive regiorum cubiculariorum principem* interpretabere; eumque opus ἀδέσποτον jam referendum εἰς οἶκον βασιλέως πράττειν, in *imperatoris cubiculo ministrare*, describit. GOAR.]

188 Qui sequuntur, domesticus mensæ et præfectus mensæ, satis noti sunt. GRETS.

P. 9. Præfecturam ac primatum super ejusdem

A ordinis reliquus constat ex dictis superius domesticum sortiri. Qua de causa domesticus mensæ; et ut Gregoras, viii, 7 habet, ὁ τοῦ δημοσίου τῆς τραπέζης τῆς βασιλικῆς ἀκινυόμενος ἐπικλήσει, censetur is quem Pancirollus in Notitiam imperli Occidentis c. 44, castrensem sacri palatii vocat, qui mensam principis et totum palatium curat, quem nos *magnum hospitii magistrum*, regie mensæ structoribus præpositum ac in cæteros aulæ regie ministros jus exercentem, conspicimus. GOAR.]

P. 10. Ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης, qui τραπέζοποιός; mensæ structorem ac dapiferum, τὸν τῆς πάσης περὶ συμπόσια παρασκευῆς ἐπιμελούμενον, ex Hesycho intelligimus; cuius officii titulo, jam a Constantini temporibus, Russiæ principem in imperatoris palatio gavisum auctor est Gregoras, l. vii, et certe unus est testis ubi ait: ὁ δὲ Ῥωσικὸς ἡγεμῶν τὴν τε στάσιν καὶ τὸ ἀξίωμα τοῦ ἐπὶ τῆς τραπέζης παρὰ τοῦ μεγάλου κεκλήρωται Κωνσταντινοῦ.

P. 10. [*Magnus pappias*. Pappias absolute pater, est idem quod πάπας seu πάππας. Palladius in Lausiaca Historia, in Paulo Simplicio: Καὶ δύνοντος τοῦ ἡλίου λέγει αὐτῷ ὁ Ἀντώνιος· Παπία (nam et simplicio π scribitur), θέλεις φάγωμεν ἄρτου κλάσμα; hic nomen palatinæ dignitatis est, de qua Codinus infra c. 5. GRETS.

[Abblaudientium et balbutientium puerorum, patres et seniores appellantium, vox est παπίας. Eustathius in Iliados v: Κατὰ βρέφους προσρώνησιν καὶ κατὰ ἀναδιπλασιασµὸν λέγομεν πάππας καὶ παπίας, πάτερ nimirum vice. Ille monachus apud Palladium in Lausiaca blandè: Παπία, θέλεις φάγωμεν ἄρτου κλάσμα; et ille alius: Τί λυπεῖς καὶ ἀδημονεῖς, παπία; A privatis domibus et familiis aulæ CP reddita familiaris vox fidum et senioreni significat ministrum, cuius custodiæ palatium committeretur et integritati claves noctu traderentur asservandæ. Ita ne monet Georgius Coresius in rescriptis; nec temere aut ignare: Constantini namque Manassis auctoritate sulciatur: Πρὸς τὸν τῶν οἰκῶν φύλακα τῶν ἐν τοῖς ἀνακτόροις, παπίαν λέγομεν αὐτὴν κατὰ Ῥωμαίων γλῶσσαν. Αἰδὶς Coresius idem αὐτῆς clericis palatinisque ecclesiis fuisse præpositum, ac protopapæ (archipresbyterorum intellige) nonnunquam munere donatum Egrege: nam et pro hujusmodi sententiæ hæc militant auctoritates. Prima, Irenes devotæ imperatricis in lecto duas imagines reperit impius conjux Leo Copronymi illius, ait Cedrenus, quas inquisitione facta εὔρεν ὅτι ὁ παπίας τοῦ παλατίου εἰσερχόμενος αὐτὸς, a clerico utique fidem et cultum imaginibus servante; altera: Leoni Armenio necem illaturi Michaelis Balbi socji, sacerdotum ornatibus assumptis simulataque religionis specie, simul cum palatinis clericis matutinas laudes in palatio decantaturis admissi sunt: Τῆ νυκτὶ ὀπισθόντες, ἔνδοθεν τὰ εἴφη φοροῦντες, τοῦ παπίου ἀνοίξαντος, ὡς οἱ ἱερεῖς, μετὰ φιλωνίων εἰσῆλθον. Pappias itaque, seu eos admittere solitus, ex eorum numero fuit

uans. At cum patriæ dignitate promoti (quo. l. nefas ecclesiasticis, ut optime disserit Anna Comnena) acies eduxerint in hostes et frequenter cum eis manus conseruerint, frustra clero conjiciuntur affecti; quin a clero quoque alieni sacras imagines inferre et palatii portas clericis, non segnus quam ipsi, reserare potuerunt. Clericus itaque sive fuerit seu etiam ecclesiastici ordinis exsors, nonnunquam claves palatii teste Leone Grammatico suæ fidei commendatas tenuit. Hoc ejus verba declarant in Basilio Macedone: Ὁ Ἀρτάσασδος εἰσδραμὴν πρὸς τὸν πατρίαν καὶ ἄρας ἀπ' αὐτοῦ τὰς κλεῖς βιαίως ἤκοιξε τῷ Βασιλεῖω· καὶ γενόμενος **189** ἔνδοθεν Βασιλειος ἤρε τὰς κλεῖς τοῦ παλατίου ἐπὶ χεῖρας, καὶ τῇ ἔωθεν Γρηγόριον τὸν ἐπιλεγόμενον τοῦ Φιλήμονος ἐποίησε πατρίαν. Eum in palatio habitasse, et facilem imperatori ad ejus sedem accessum fuisse, narrat Cedrenus in Leone Armenio. Cæterum pappiam vel papiam scribere, ne morarer in re nullius momenti, mihi semper pro variis auctoribus aut exemplaribus perinde fuit, seu negotium in discrimen haud vocandum.

P. 10. [Ὁ Ἐπαρχος. *Præfectus urbis*. Nicetas in Alexio III, l. iii: εἰς δ' Ἐπαρχον τῆς βασιλίδος σχηματίζεται πόλεως, Cedrenus in Theophilo: Ὁ Ἐπαρχος ἐκ Θεοῦ καὶ τοῦ βασιλέως γαληνότατος τὸ κρίνειν λαδῶν καὶ τοῖς πολιτικοῖς χρῆσασθαι νόμοις: ex quo Ἐπαρχικὸν βῆμα apud Leonem Grammaticum. Hoc ejus munus latius alio loco proseguendum. Circa nomen ejus ἀπὸ τοῦ ὑπάρχου discrimen observat Blastares Elementi E, c. 15: Ὑπαρχοὶ δὲ λέγονται οἱ τῶν Ἐπαρχιῶν ἐξάρχοντες, Ἐπαρχος δὲ ὁ τῆς Κωνσταντινουπόλεως. Hinc obscurior Cedreni locus in Justino II lucem accipit, et eparchum hyparchum fieri intelligimus: Καὶ ὁ Ἐπαρχος ἔφη τῷ βασιλεῖ· «Νῦν, δέσποτα, ὅπερ ὑπεσχόμην ἐτελείωσα.» Καὶ ὁ βασιλεὺς πατρίκιον αὐτὸν ἐποίησε καὶ ὑπαρχον μέχρι τέλους τῆς ζωῆς αὐτοῦ, quia nimirum provinciæ vel urbis alterius præsidem officio non amovendum constituit. Vel ne dignitatem ejus qui præmiura meruerat imminutam affirmem, *prætorio præfectum* eadem voce denotari asseram. Theophanes in Leone: Ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς; ἐξετασθῆναι Ἰσοκάσιον πρὸς τῷ ὑπάρχω τῶν πραιτωρίων ἐν Κωνσταντινουπόλει. In Justino: Τὸν Ἀπίωνα πατρίκιον ἐποίησεν ὑπαρχον πραιτωρίων. In Theodosio seniore: Τὸν ὑπαρχον ἐφόνευσαν. Sozomenus hunc ἠγοούμενον τῶν τότε παρὰ τοῖς Ἰλλυριοῖς στρατιωτῶν asserit: ego *prætorio Illyrici præfectum* commode interpretor: ejus enim erat locus Thessalonicensium populo, de quibus ibi sermo, exhibere. Iterum Theophanes in Phoca: Θεόδωρος ὑπαρχος τοῦ πραιτωρίου. Correctius tamen videtur scripsisse Simocatta, viii, 8: Ἐπαρχον τὴν ἡγεμονίαν τῶν φέρων τῆς ἐπῆρας πρὸ τινος καιροῦ ἀπὸ τινος καιροῦ ἀπεκλήφει, ὃν Ἐπαρχον πραιτωρίων ὀνομάζωμεν εἰώθασιν οἱ Ῥωμαῖοι. Ὑπαρχον demum pro urbis præfecto surdendum semel mihi apud Theophanem occurrisse non diffiteor, ubi de Phoca

scripsit: ἐπέτριψεν Κώνσταν τὸν ὑπαρχον τῆς πόλεως. GOAR]

P. 10. *Magnus drungarius* τῆς βίγλης. Detortum ex Latino *vigilia*. Δρουγγάριος, qui etiam δρουγγάρης, παρὰ τὸ δρουγγος: *drungus* globus militum; vox n. e. Latini ignota. Vopiscus in Aureliano: *Omnium gentium drungos usque ad quinquagenos homines in triumphum duxit*. Ubi Casaubonus: *In tacticis Græcorum libris omnis adunatio militum appellatur δρουγγος, sive plurium sive etiam paucissimorum: nam et tres aut quatuor drungum faciunt. Inde est δρουγγιστὴ τάττεσθαι, quod Mauricius imperator libris opponit τῇ μακρῇ τάξει et continuæ atque in longum porrectæ aciei*. Vide Rigaltium in Glossario v. δρουγγος. Leunclavius *druncarium* vocat a *trunco*, a *baculo regiminis, bastone del reggimento*, magistratus insigni; nec pauciores milites mille nec plures 4000 suo *druncario* subijcit, in altero Onomastico, quod Historiæ Musulmannicæ adjunxit. Verum hæc exigui ponderis sunt, 1 quia *drungus* vox antiqua est, non nuper in recentiore Græcia nata; 2, quia recentiores Græci virgam seu baculum ejus qui magistratu bellico fungitur non vocant *druncum*, sed *δικακίον* vel *sceptrum*; 3, quia reclamant tactici scriptores, Constantinus de Thematibus, Leo in suis *Tacticis*, Mauricius *Strategic*. ii, 3, **190** Codinus nosier et alii. Hinc *δρουγγιστὴ glabatim, rutenweise*. Quoniam ipsum quoque vocabulum *rott* pure Germanicum. Nicetas in Balduino Flandro: *μοῖρην ἠνρούταν ὠνόμαζον*. Neubrigensis ii, 27: *copius quas ruitas vocant*. GRÆTS.

P. 10. [*Præfectum vigillum* ab Augusto Romæ institutum, qui 7 cohortibus per 14 regiones dispositis a nocturnis grassatoribus et subitis incendiis urbem tutarentur, eī Suetonio et Dione demonstrat Dempsterus Ant. Rom. vii, 34. Hic cognoscebat de incendiariis, furibus, receptatoribus et aliis per vias et domos admissis flagitiis, nisi forte quam atrociam famosaque forent, ut ad urbis præfectum deferrentur, de quibus Pancirollus in Notitiis Orientis, c. 27. Officiū hujusmodi tribunal Cpoli fuisse δρουγγαρίκον δικαστήριον vocatum ex Alexii Comneni Nov. Juris GR. tom. II conjicio. Aliæ vigiliæ erant in castris, de quibus Dempsterus idem 10, 15, quarum appellatio profertur a Græcis βίγλα, Græce magis a Simocatta *σκοπή, κατασκοπή, ἐπισκοπή*. Præfectus, ὃς τῆς ἐπισκοπῆς τὰς φρουρὰς ἐγχειρίζεται eidem Simocattæ ii, 9, præfectus, inquam, earum δρουγγάριος, quod ex militum drungo sive turma (δρουγγος enim turma est) constarentur. De ejus ministerio auctor in sequentibus: de nomine docte fuseque Rigaltius, Meursius, Græterus, Bullengerus, Fabrotus in Cedrenum, et alii. Officiū antiquum et notum: circa Copronymi tempora nomen vulgare primo scriptum in Theophane reperio. GOAR]

CAPUT III.

Percurruntur reliqua officialium nomina, quæ continentur in catalogo capituli 2.

P. 10. *Magnus hetæriarcha.* Apud Tyrium 21, 16, *megaltriarcha.* Emendat Glossarium *magætæriarcha.* Forte nulla emendatione opus est, quia Tyrius forsau ex communi consuetudine vulgi hoc nomen extulit et in historiam intulit. Notum est autem a vulgo longe aliter hæc talia proferri solere quam proferantur vel scribantur a doctis. Et nup̄ etiam Tyrji editio a viro valde docto curata vulgatam lectionem retinet. Codinus dicit eum *hetæriarcham* dictum, quod *ἑταίρους*, *socios et amicos*, Romano imperio pararet, susceptis etiam profugis. Alii ab *hetæria*, militari cohorte, eum hoc nomen accepisse autumant; cujus cohortis mentio apud Joannem europalitam in Michael Rancabe; et duplex erat, major et minor: illius dux et præfectus magnus hetæriarcha dictus, hujus absolutè hetæriarcha. Consule Glossarium. GRETS.

[Gothos belli socios Constantinum sibi adjunxisse ac *fœderatos* vocitasse scribit Jornandes; renovato deinde cum iis fœdere ad sua usque tempora perseverasse eorum agmina subjungit: Erant fœderatorum sociæ illæ turmæ in Tiberli-secundi castris: Ἀγοράσας γὰρ σώματα ἔθνικῶν κατέστησε στρατευμασὶς ἑνομασίῳν, ἀμφιθέσας καὶ καθοπλίσας αὐτοὺς, χιλιᾶδᾶς δεκαπέντε, δεδωκῶς αὐτοῖς καὶ στρατηγὸν Μαυρίκιον τὸν κόμητα τῶν φοιδεράτων. Hæc sermo ad verbum ex Theophane Cedrenus, apud quem Leonem Armenium a Nicephoro κόμητα τῶν 191 φοιδεράτων Θεωμῆτιν ab eodem Leone τουρμαρχὴν τοῦ φοιδεράτου τάγματος institutum legimus. Successu temporis φοιδεράτοι in ἑταίρας mutati, quorum duci *ἑταίραρχον* nomen impositum. L. O Grammaticus de Michael Theophili filio: Παρέδωκεν Βασίλειον, αἰτ. Ἀνδρέζ ἑταίραρχη τοῦ εἶναι εἰς τὴν ἑταιρίαν. Ex Scythia siquidem, parentibus licet Mædonibus, oriundus erat Basilius. Hetæriarches itaque exteris belli sociis præfectus, ut turmam ex militibus variis nationibus ortis collegit, ita fœderatis κατὰ διαφόρον καὶ συμμιγοῦς φερομένοις πληθῶς, αἰτ Olympiodorus apud Photium, succedit. Itaud tamen omnibus imperabat: Franci enim constabulario, Barangi Angli acolutho etc. suberant. Reperitur hetæriarches Persa Persis imperitens apud Leonem Grammaticum in Michael Theophili. Vide Ca itacuzeni 1, 20. GOAR.]

P. 10 *Magnus chartularius.* Scribitur etiam χαρτουλλάριος, a charta nique nomine ducto; qui et in ecclesia, ut supra meminimus, et in aula, ut iste de quo in præsentī; quem Zonaras in Leone Isaurico vocat τῶν βασιλικῶν ἱερῶν ἐπιστατοῦντα. Erat etiam dignitas cubicularia. Hinc Novella 8 Justiniani χαρτουλλάριος τῶν θείων κοιτώνων. Et in notitia Consuetudinum habes χαρτουλλάριους τοῦ θείου κουβουκλήτου. Chartularius hellicus militem conquirebat et conscribebat, ut liquet ex Constant. 3 Leonis imp. GRETS.

A [Scribaniarius, inquit Meursius. Optime: nam et Etymologicum vetus chartularios commentarienses, publicis litteris, tabulis, instrumentis scribendis retractandis præfuisse docet. At cum plures numerare possis hujusmodi, hunc qui cursus publici, τοῦ ὀξέως δρόμου, in Constantino Porphyrogeneta; alium divini cubiculi Novell. 25, τοῦ θείου κουβουκλήτου, qui et τῶν θείων κοιτώνων in Ecloga I. L. Leonis et Constantini; magistri equitum alium l. 5 cod. Theod. de divers. Offic. et Apparito. et proba. l. viii; quartum Θεόδωρον τὸν Κοῦμον χαρτουλλάριον ὄντα τῶν ἱπποστάθμων apud Nicetam l. iii Isaacii, et apud Zonaram in Leone Isaurico βασιλικῶν ἱερῶν ἐπιστατοῦντα; in exercitu alium qui τοῦ θέματος, ex Constantino in Tacticis; alios magno λογοθητᾶς subditos apud Nicetam Manuelis. l. 1, quos describit ὑπουργοὺς (λογοθέτου) οὐκ ὀλίγους τῶν γραφομένων καὶ λεγομένων, λογίους ἄνδρας et quotquot alios scribaniarios ex imperii Notitia assignabis: hic tamen μέγας, ad quem cætera referrentur, sicut qui reliques honore præcederet. De ecclesie chartulario, ut alterius ordinis, nil in præsentī. Magno huic exercitus commissos legimus apud Nicetam in Manuele l. iii, in Alexio ejus filio, in Isaacio Angelo l. iii. GOAR.]

Sed quid in Legibus Francicis, l. vi, 108, *homo chartularius?* Est, inquit Pithecius in Glossario, *homo per chartam sive per epistolam liber factus. Liberti ecclesiastici erant,* ait alius in notis ad Parneses, *quibus archidiaconus jubebat scribi chartas tabulasve missionis seu manumissionis. Unde chartularii et tabularii nominati.* GRETS.

Ib. [Ὁ λογοθέτης τοῦ δρόμου, *rationalis cursus, summus cursorum præses.* De cursu publico Procopius ἐν ἀνεκδότοις: *Romani imperatores qui antea fuerunt modum excogitarunt quæ cuncta sibi quam telerrime possent nuntiari, et ut scirent quæ ubique inter hostes agerentur, et si qua in civitatibus seditio vel quid aliud improvisum e præsidibus vel aliud quomodocunque oriretur, et ut annua tributa velociter et tuto transmitterentur. Publicum ergo et celerem quemdam ubique cursum hoc modo instituerunt. Viro expedito ad iter diei stationes constituerunt, quandoque octo, quandoque pauciores, non tamen minus quinque, quod plurimum 192 eveniebat. Quadraginta vera equi in singulis mansionibus stabulabantur, et ibidem hippocomi ad curandos quot poterant equos erant destinati. Succedentibus vero sibi ad stationes probatissimis equis, qui eos agebant, decem ferme dierum iter vicissim conficiebant, agentes quomodo significavius. Hæc ille. Qui rationes cursorum habebat, λογοθέτης appellabatur sæpissime τοῦ δρόμου, ut apud Theophanem Cedrenum, Zonaram, Nicetam et alios occurrit; nonnunquam τοῦ ὀξέτου δρόμου, quod scripsit Theophanes in Copronymi filio Leone, correctius τοῦ ὀξέως δρόμου, quod Constantinus in Chorographia posuit. Latini e Græco logetham tu dromu et tu dromi cum Paulo diacono pronuntiabant. Theopha-*

nes. iterum in Justiniano : Καὶ ὁ τοῦ δημοσίου δρόμου ἐπιμελούμενος ἠτόμοδλῃσε πικροδούς τοὺς δημοσίους ἵππους. Habebat ille sub sua dispositione protonotarium, de quo Constantinus citatus : Ἀπέστειλε χαρτουλάριον τὸν ὄξως δρόμου. Qui nimirum cursorum equitationes, tradita, recepta annotaret. Theophanes in Michaele Theophili filio : Ἐν τούτῳ δὲ τὰ γράμματα τῷ πρωτονοταρίῳ τοῦ δρόμου παρὰ τοῦ πεφθακότος ἀρτί ἐνεχειρίσθησαν, ὡς ἐν τοῖς Μελαγγείοις ἐστρατοπεδεύσαν· οἱ Σιρακηνοὶ διαγγέλλοντα. Ὁ γοῦν πρωτονοτάριος σκυθρωπήσας ἐπὶ τῇ ἀγγελίᾳ προσῆλθε τῷ βασιλεῖ καὶ ὑπεδείκνυε τὰ γράμματα. De logotheta hoc divinat Leunclavius in Onomastico : *Arbitror, ait, ita dictum cancellarium dromi, cujusdam scilicet palatii CP, quod dromum vocabant.* Reperio in Jure Gr. p. 132, δικαστήριον τοῦ Ἴπποδρόμου, ad Hippodromum nempe situm. Quid si de rebus in ipso Hippodromo contingentibus judicaret, ac λογοθέτης τοῦ δρόμου non cursus molis publici sed et equestris in circensibus ludis certaminis sumptus, rationes, census discuteret? Suspiciam suggerunt ansam ea l. v Anthologiae Epigrammatum quæ composuit Thomas patricius κρητῆς τοῦ δρόμου in Anastasium ac plures alios quatuor factionum in Circo de palma decertantium aurigas. Argoi suspicionem Turnebus Advers. 11, 11, scribens : Erat et procurator dromi, quem ego credo ejus loci procuratoriem gessisse ubi equos suos Veneti aut alia factio exercere solebat. Dromus enim locum hic significat, ut in illa epigrapha, *Procuratori Dromi Factionis Venetæ.*

P. 10. [Qui πρωτοασκηρῆτις, πρωτοασκηρῆτις, nec non πρωτοασκηρῆτις scribitur, ut *primum secretarium* indicat, ita et *judicium omnium præstantissimum*. A secretis primum significat, *secreta* siquidem τὰ ἀπόρρητα Procopius interpretatur, et a secretis arcanorum notarium, l. II De bello Persico : Ἰουλιανὸν τὸν τῶν ἀπορρήτων γραμματέα ἀσκηρῆτις καλοῦσι τοῦτο τὸ ἀξίωμα Ῥωμαῖοι σηκρητὰ γὰρ τὰ ἀπόρρητα. Suidas : τῶν ἀπορρήτων γραμματέα, τοῦτέστι νοτάριον, ἀσκηρῆτις καλοῦσιν οἱ Ῥωμαῖοι. Manasses in politicis carnibus : ἀνάκτων ὑπόγραμματις, ὃν φασιν ἀσκηρῆτιν. Secretum secundo veteres glossæ δικαστήριον exponunt. Cassiodorus, l. XI præf. Quapropter administrator amplissimus (id est præfectus prætorio) si vacasse credatur, opprobrium est, cujus etiam secretum dicitur, quod tumultuosis actionibus verberatur. Vile secretum auditorium præfecti dictum ; ideo secretum quia in secretiore penitrali, minime tamen secretum, quia tumultuosis actionibus personans. Paulum Saosatenum damnat Eusebius VII, 25, quod σηκρητῶν, ὡς περ οἱ τοῦ κόσμου ἀρχοντες, εἶχεν τε καὶ ὠνόμαζεν : Secretarium idem Latinis audit, et Græcis ἀσκηρῆτιον. Cedrenus in Leone Armenio : δεξιάμενος τὰς μηχανάς τις βασιλεὺς ἐν τοῖς ἀσκηρῆταις ἐκάθισα, καὶ ἀκριβῆς ἐξεταστῆς τῶν μηχανῶν ἐγένετο. Curopalates in Michaele Theophili :

Ἴ φυχῇ δὲ πρὸς τὸν ἱπποδρόμον κατὰ τὰ ἀσκηρῆται· ἐκεῖ γὰρ τότε τὸ τῶν ἀσκηρῆτις κατὰ γῶγιον. Nicephorus et Ignatius patriarchæ sanctissimi a secretis fuerunt, ac ideo λατρεῖς a Cedreno scripti. Ex his colligo πρωτοασκηρῆτιν ab arcanis principis 193 præcipuum dicendum auctore Codino in Orig. Const. καθὼς φησι Πλούταρχος πρωτοασκηρῆτις καὶ ἐπιστολογράφος Ἰουστινιανοῦ. Senatorum insuper judiciumque præsidium hoc nomen mereri cœu πρώτων inter ἀσκηρῆτις, et quæ a Constantio lectore dicitur τὸν ἀσκηρῆτων πρώτιστος : qui etiam Hincmaro notissimus fuit epist. 3 16. Cui sociabatur summus cancellarius, qui a secretis olim appellabatur, etc. Verum quisnam hic de quo nos cum auctore πρωτοασκηρῆτις? An arcana inter cæteros delectus excepit, vel supremo jure exercuit judicium? Utrumque existimo, a quo et Menander in Eclogis τινὰ παρὰ Πέρσαις τοῖς βασιλικοῖς τε καὶ δημοσίοις πράγμασιν ἐξυπηρετούμενον, ὃν εἴ τις Λατίνων χρῆσταιτο φωνῇ, ἀσκηρῆτις προσαγορεύοιεν. Discrimen utriusque a secretis plura apud probos auctores confuse scripta perturbantique legenda dilucidat Dempsterus. Artemius Anastasius et Photius, uterque πρωτοασκηρῆτις assumpti sunt, ille in imperatorem, alius in patriarcham CP.

P. 10. [Ὁ ἐπὶ τοῦ στρατοῦ. Bullengerus exponit τὸν ἐπὶ τοῖς ὅπλοις, qui *armamentario præest*. Apud Nicetam Alexii, l. III ἐπὶ τῶν βασιλικῶν ὅπλων, apud Theophanem ἐπάνω τοῦ ἀρμαμέντου reperio scriptum : addit esse τοῦ στρατοπέδου κατὰ πάντα ἕπρεχον, ὃς τῆς δαπάνης χορηγὸς ὀνομάζεται. Τοῦ στρατοῦ φύλακα exercitus custodem vocat Nicetas. Metiendis castris præfectum ostendit auctor, c. 16.

Ib. [Ὁ μυστικὸς. Legebat olim Greiserus ὁ μυστικὸς τῶν σχολῶν : sed omnino prave. Legunt Regia absque addito ὁ μυστικὸς. Greiserus interpretatur nude vertit *mysticus* : mox domesticum scholarum addit. Perversa lectio ὁ μυστικὸς τῶν σχολῶν adegit me in Cedrenum, ut officium istud non civitati et legibus, sed castris ascriberem. Propius inspicientem, ut secretioris consilii senatorem τὸν μυστικὸν interpretarer, Joannis Tzetze epistolarum ultima compulit. Sic habet : Τῷ μυστικῷ, κυρίῳ Νικηφόρῳ τῷ Σεβίλλῳ. Ὄφθαλμὲ γερουσίας, ὑπεροχῆ τῆς ἀρχῆς, μυστηριώτις βουλή, τῶν πρὶν Καισάρων Σεβιλίλων ἀπόγονοι. Nil dilucidius offusas a Greisero tenebras potest discutere. Vini summam faciunt hæc duo verba, ὄφθαλμὲ γερουσίας ab ipsomet Tzetze Chil. 10 tit. 350, περὶ τοῦ ὄφθαλμοῦ γερουσίας exposita : Οἱ παλαῖοι μὲν ὄφθαλμοὺς ἐκάλουον βυβαίων τοὺς περιθλάπτους τῶν ἀνδρῶν, τοὺς πρώτους τῆς συγκλήτου. Potestas ejus in jure dicundo et bonis ecclesiæ vindicandis elucet Juris Gr. l. II, p. 155, et iterum, p. 168. Ex Mystico Nicolai patriarchæ factum legis apud Cedrenum in Leone Sapiente. Μυστογράφος scribitur Juris Gr. tom. II, p. 180. Forsan μυστικὸς, quod primum in secretiore consilio sisteret, quod *secretum* antiqui scripsere ; cui quadrat illud Achmetis apud Meursium · Μυστικὸς ἐστὶ τῷ Φαραῶ καὶ πρώτος

των ἀποκρύφων μυστηρίων αὐτοῦ. Clarius et aptius A cadit in hunc sensum versus opusculi jamjam adju-
 xendi, incerto licet auctore : Μυστικὸς βασιλικὸς
 πρώτιστος τοῦ σικρέτου. Suidas, v. Ἡγεμονεῖα · Ὁ
 βασιλεὺς καὶ τῶν μυστηρίων ἅμα τοῖς ἐπιτεληταῖς
 προσητάται. Causæ vero ad eum delatæ homicidia
 maxime erunt et sacrilegia, eodem Suida auctore.

Ib. [Ὁ δομῆστικὸς τῶν σχολῶν. Scholas mili-
 tantium ordines, κατ' ἀντίφρασιν ἀπὸ τῆς σχολῆς, *ab*
οἴο, cui nullatenus vacarent, dictas, quin perpetuæ
 armorum exercitationi tam palatinæ quam forensi
 iusudasse, notum est. *Domesticus* scholarum vlti-
 mis sæculis fuit, qui Theophani et aliis κόμη; : do-
 mesticum enim ἐξάρχοντα esse superius posuimus.
 Scholas initio undecim numeratas scribit Justinia-
 nus ad senatum. Præpositum uniuscujusque vocat
 Theophanes in Anastasio πρίγκιπα : ὁ Βυταλιανὸς
 προσέθηκεν ἑνα καὶ οἱ πρίγκιπες ἐκάστης σχολῆς
 ὀνόμασι. Domesticum omnibus præfectum reperio
 primum sub Nicephoro I, Bardanum videlicet, et
 mox Nicetam. Theophilus Manuelem ad se reversum
194 μάγιστρον αὐθις καὶ δομῆστικον τῶν σχολῶν
 ἐποίησε. Michael F. προβάλλεται Ἐάρθαν μάγιστρον
 καὶ δομῆστικον τῶν σχολῶν. Sub Constantino tamen
 Prophyrogenio legitur apud Theophañem Con-
 stantinus alius non δομῆστικὸς sed δοῦς τῶν σχολῶν.
 Nomen tandem rediisse, cum Alexium patrem Anna
 δομῆστικον τῶν σχολῶν προχειρισθέντα scribit I. i
 conjicimus.

P. 10. [Ὁ μέγας δρουγγάριος τοῦ στόλου. Quis C
 drungarius, ex alibi dictis notum : quis in Classe,
 exponit Leo Imperator in Tacticis περὶ ναυμαχίας
 c. 19 : Ἐπὶ δὲ τῶν θεματικῶν δρομῶνων καὶ δρουγ-
 γάριοι ἐπιστήσονται καὶ τουρμάρχαι · καὶ αὐτοὶ τῶ
 στρατηγῶ ὑποταγήσονται, καὶ τοῖς ἐκείνου παραγ-
 γέλμασιν εἴξουσιν. Οὐκ ἄγνωθόν δὲ ὅτι περὶ κατὰ τὴν
 ὁμοιωσιν τοῦ βασιλικοῦ πλωῖμου καὶ οἱ τῶν ἄλλων
 θεμάτων πλωῖμοι στρατηγοὶ δρουγγάριοι ἐκαλοῦντό
 ποτε τοῖς ἀνω χρόνοις, καὶ οἱ ὑπ' αὐτοῖς κόμητες
 μόνον καὶ κένταρχοι · ἀλλὰ νῦν εἰς στρατηγίδα ἢ
 ἐκάστην τῶν δρουγγαρίων ἀρχὴ ἀναβέβηκε (hoc est
 cum prius hoc nomen non assumerent, postmodum
 se στρατηγούς τοῦ πλωῖμου inscripserunt) καὶ κα-
 λουμένη ταῖς στρατηγικαῖς καταμερίζεται τάξει.

*Celocibus quoque per themata divisio drungarii et tur-
 marchæ præficiuntur.* Erat namque classis impera-
 toria toti mari Imperans : ad custodiam provincie
 sive thematis uniuscujusque certus celocium nume-
 rus deputabatur. Totius classis imperator erat mag-
 nus dux, de quo in præmissis ; celocibus per the-
 mata divisio drungarii præponebantur, inter quos
 nominatissimus Cibyræotarum (a Cibyra civitate se-
 lecto navali instructa) occurrit sexcentis in locis
 apud Theophañem, Leonem Grammaticum, Cedre-
 num, Zonaram et alios. Drungarium τοῦ βασιλικοῦ
 στόλου magni ducis vires gerentem scribit Nicetas
 Paphlago in Ignatii vita, quem τοῦ πλωῖμου quoque
 δρουγγάριον dicit ; hic μέγας δρουγγάριος est, et
 δρουγγάριος τῶν Κιβυρραίων, de quo super, a

Theophane nominatur: Zonaras autem tum στρατη-
 γοῦ tum δρουγγαρίου τῶν Κιβυρραίων meminit
 in Justiniano Rinotmeto.

Ib. [Ὁ κριμμηκήριος τῆς αὐλῆς. A *caeremoniis*,
magister caeremoniarum, qui a Philotheo patriarcha
 εὐταξίας dicitur in ecclesia, primicerius εὐταξτε
 τοῦ; ἐν αὐλῇ πάντα; , *cunctos in aula componit*,
cunctis ordinem, locum, tempus ministeriorum
distribuit. Lege, si lubet, auctoris caput quintum.

Ib. [Ὁ πρωτοσπαθάριος, *spathariorum dux*. Illi
 satellites, *spatha* ense armati. *Spatha* latior gladius.
 Σπαθίον et σπαθί vocant recentiores, quod ob æspe-
 ram τοῦ θ pronuntiationem, nonnihil τοῦ φ similem,
 σπαθή scripsit Crusius in Turcogræcia. Protospa-
 tharios tam copiosos enumerat Eustratius in *Jure Gr.*

B ut quemcumque spatharium eo titulo fuisse ornatum
 conjiciam. Hos quatuor tot lineolis coartat : Πέτρον
 πρωτοσπαθάριον καὶ ἑπαρχον, Θεόδωρον πρωτοσπαθά-
 ριον μεγάλον οἰκονόμον, Θεοδόσιον πρωτοσπαθάριον
 καὶ οἰκονόμον τῶν εὐαγῶν οἰκων, Ἰωάννην πρωτο-
 σπαθάριον καὶ χαρτουλάριον. Spatharios intelligit Ni-
 cetas ubi habet σωματοζύλακας τὰ ξίφη κραδαίνον-
 τας.

Ib. [Ὁ μέγας ἄρχων. Hunc, quis sit, historiae ta-
 cent, conjecturae indicant. Petitur præcipua ex Eclo-
 ga Leonis et Constantini AA. tit. 6 : Τὸ τοῦ ἀρχον-
 τος ὄνομα γενικόν ἐστίν, καὶ σημαίνει καὶ στρατηγὸν
 καὶ ἀνθύπατον καὶ πάντα; τοὺς ἐπαρχίων διοικη-
 τὰς, εἰ καὶ συγκλητικὸν ὡσιν. Τὸ δὲ ὄνομα τοῦ ἀνθυ-
 πάτου εἰδικόν ἐστίν. Celebrat Cedrenus in Basilio et
 Constantino Romani FF ἀρχοντα Ἀντιοχείας et ἀρ-
 χοντα Ἀδασίας, in Romano Argyro ἀρχοντα Παν-
 θίου, Novella 31 quatuor Armeniæ ἀρχοντας, Cedre-
 nus iterum in Theophilo et Zoe ἀρχοντα ἀρχόντων :
 quem Saracenicum principem autumc, de quo
 Constantinus in Chorographia : Ἐκαθίζετο εἰς με-
 γάλην Ἀρμενίαν δούλος αὐτοῦ **195** βασιλεὺς τῶν
 Ῥωμαίων, ὡς παρ' αὐτοῦ περιβαλλόμενος καὶ τὸ
 τοιοῦτον δεχόμενος ἄξιωμα, καὶ τὰ ὑπ' αὐτοῦ διαπο-
 τούμενα κάστρα καὶ πολιτεία καὶ χωρία τοῦ βασι-
 λείως τῶν Ῥωμαίων εἶσι. Hunc nostrum μέγαν
 ἀρχοντα talem esse nusquam affirmarim, sed ali-
 quem inter provinciarum rectores præcipuum, ob
 nomen vel præposituram a cæteris eolendum. Τῶ
 ἀρχοντι τὰς τῶν ὄρφανῶν καὶ τὰς τῆς παρνοίας
 καὶ τὰς τῶν ἀποκλήρων ἐπιδικασίας reservatas
 asserit Suidas. V. ἡγεμονεῖα. GOAR.]

P. 10. Tatas seu tata aulæ. Nomen est a patre,
 sicut et παππίας. Unde Germanis quoque *ein alter*
Tatel, et *Atta athe*. GRETZ.

[Nomen a Theodoro Lascari videtur inventum :
 quæ dignitas fuerit, vix constat. Lascaris ille cum
 Theodoro Callimani Prilapi vicinarumque regio-
 num custodiam commisisset, τατῶν τῆς αὐλῆς
 κατωνόμαζεν. At quis tatas? an quasi ἐπὶ τὰ
 τῆς αὐλῆς et τὰ τῆς αὐλῆς ἐπιμελούμενος? Codex
 enim Regius ita semel legi, τὰ τῆς αὐλῆς; et in
 eam lectionem propendit Coresius. Tā; τῆ; αὐλῆς
 legit Matthæus monachus, et opusculum incerti;

operis mox exscribendum ταύτης αὐτῆς. An ita latas sicut pappias? Ὑπάρχει σιγὴν δὲ dictione pueri appellat avos, παππίας, τατάς. Atque ita quibusdam ablandiri voluerint imperatores, ut puerili voce, quos patrum nomine vellent insignitis, τατάς quasi patres aulae constituerent. En Marcianus, ait Theophanes, Tatianum et Julium prius heros, in aulam deinde vocatos, πατέρας αὐτοῦ ἀνεκήρυξεν; et hunc quidem Lihya (Zonaras scribit Ilyrici), alium urbis praefectum constituit Theodosius Helionem ὡς πατέρα διὰ τῆς ἡγεύης, filiis Arsenium, scribit Cedreus, βασιλεοπάτορα dedit. Leo Sapiens apud Grammaticum προεχειρίσται Ζαοῦτζαν εἰς βασιλεοπάτορα. Constantinus Leonis filius ad Romanum scribit: Ὡς φύλακα τῆς ἐμῆς βασιλείας ἐγγηγορώτατον καὶ πιστότατον οὐδένα τῶν ὑπὸ χεῖρα ἢ Ῥωμανὸν εὐρηκώς, τοῦτω τὴν ἐμὴν ψυακὴν μετὰ γε Θεὸν ἐπίστευσα, καὶ ἀντιπατὴρ αὐτὸν ἔχειν ἔκρινα, σπλάγγνα μητρικὰ πρὸς ἐμὲ καὶ ἐτάθεισιν ἐνδείξιμένον. Omitto a Francorum regibus pietissimis pates inatutos quasi patres; Turcarumque principem superbia licet et ferocia insolentem seniores aulicos babas, patres, nonnunquam vocitare solitum. GOLA.]

Ib. Magnus tzausius. Retinent hodie hoc nomen Turcae in sua aula. Leunclavius in Onomastico: *Tzaus commissarius aulicus, hoc est cui variae res a saltano et veziribus committuntur, ut eas expediat. Cujusmodi sunt diversae legationes, exteriorum legatorum deductiones, aut cum litteras ad principes extraneos et alios proceres perferre jubentur.* GRETS.

[Barbara vox in aulam CP inducta: a mandatis, cursor, commissarius aulicus, cui variae res committuntur, est τζαούσιος, Theophani in Phoca πρωτοκορσωρ. Officium nomenque a Turcis acceptum. Leunclavius in Onomastico: *Tzaus-bassa, sive praefectus nobilitatis aulicorum, quibus variae res expediendae committuntur. Nomen est dignitatis in aula Sultanea magnae, cum sub hoc bassa tzausii plus minus septingenti militent. Graeci quoque τζαουσιος habuerunt in aulis imperatorum suorum, Barbaros in hoc imitati; tzausiorumque bassam sua lingua dixere idem μέγαν τζαούσιον.* De tzausis Turcicis Busbequius: *Hi vicem accensorum apparitorumque implent, et mandata pleraque omnia seu principis Turcarum seu bassarum ferunt.* Amplius quid in: u'a CP. gessisse arbitror: nam et imperatoris conuilatium in ordinem coegisse refert infcrius melior, εὐτακτοῦσα τὴν τοῦ βασιλέως σύνταξιν. Eapropter satellites sive stipatores fuisse Meursio constans negem: satellitibus tamen adjunctos **196** Meursio perceptus: Ζητητέον περὶ ἀσματοφυλάκων καὶ τζαουσιῶν τί βουλευτέον. Pontanus ex Pirantze: *Tzauchides (tzausii) et rabdouchi aulae virgines ferris et scuticis eos urgebant.*

P. 10. [Ὁ πραιτωρ τοῦ δήμου. De praetore in communi Justinianus: Πραιτωρὰς ἐκάλεον ἐκ τοῦ τῶν ἄλλων ἀπάντων προΐνασι καὶ προτάττεσθαι ταῦ-

νητ αὐτοῖς δόντες προσηγορίαν, ἐπιτρέψαντες ταῦτοῖς καὶ τὰ πολεμικὰ διοικεῖν καὶ τοὺς νόμους γράφειν ὄθεν καὶ τὰ δικαστικὰ καὶ καταγώγια πραιτωρὶ καλεῖν ἔταξαν, καὶ πολλοὺς νόμους ἐκ τῆς τῶν πραιτωρῶν ἐνεσχόθησαν φωνῆς. Potestas ejus cum militaris simul esset ac civilis, processus temporis divisa est; et politica quidem mansit penes hunc τοῦ δήμου, quem Simocatta, 6, 10 τῶν δήμων scribit; penes thematum praetores, militaris. Leo in Tacl.: Προσέτι δὲ καὶ ὁ πραιτωρ ἦγον οὐ τοῦ θέματος δικαστής. De primis Cpolis praetoribus fuse Pancirolus in Notit. Imp. Or. c. 29.

Ib. [Ὁ λογοθέτης τῶν οἰκειακῶν. Sanctioris aetarii praefectus, sacratorius gazae custos, qui olim comes privatarum, quem Zosimus I, in τῶν ἀνηκότων ἰδίᾳ τῷ βασιλεὶ ταμιεῖον προβεβλημένον, Theodoretus Eccles. hist. in, 12, τῶν ἰδίων τοῦ βασιλέως χρημάτων καὶ κτημάτων ἡγεμονίαν πεπιστευμένον, recentior Nicetas Alexii Comneni, I, in, τῶν ἔσω λεγομένων ταμιεῖων φύλακα vocat. Publicas enim pecunias, quae et regii thesauri arariumque generale (τὸ βασιλικὸν ταμιεῖον ἢ τὸ κοινὸν πρωταγεῖον Zonarae dictum), logotheta τοῦ γενικοῦ vel, ut Nicetas in Isaacio Angelo, ὁ ἐπὶ τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν ταχθεὶς curabat. Duplex hoc ararium prodit Cantacuzenus, II, 1: Ἀναλωμάτων ἕνεκα αὐτοῦ τε καὶ οἰκειακῶν ἀπὸ τε τῶν δημοσίων φόρων τὴν λεγομένην παρέσχετο τοπικὴν, φέρουσαν ἐπ' ἐναυτὸν δυσχλίους ἐπὶ μυριοῖς χρυσοῦς, καὶ ἕτερα χρέματα ἔσα ἐκ τοῦ βασιλικῶν ἐκέλευσε χορηγεῖσθαι ταμιεῖον. Tribunal aedese ejus erat τὸ σέκρητον τῶν οἰκειακῶν, secretum domestici fisci, de quo Jus GR. p. 375 et Nicetas in Alexio Manuele, F. Comes privatarum cognoscit περὶ τῶν ἀδεμιτογαμιῶν, ait Novella 12. In puerum contractarium hujuscemodi ὁ δημόσιος, ait Alexius Comnenus Novell. 3, Juris GR. I, 2, διὰ τοῦ σερκρέτου τῶν οἰκειακῶν τὸ τοῖς συμβολαίοις ἔγκειμενον ἐξ ἐπερωτήσεως πρόστιμον ἀφ' ἐκάστου αὐτῶν εἰσπράζεται κατὰ τὸ ὀλόκληρον. Manuel ejus nepos ibi lem Novell. 2: Δώσει πρόστιμον λιτρῶν τριάκοντα νομισμάτων ἀπατηθησομένων ἀσυμπαθῶς ἐξ αὐτοῦ παρὰ τοῦ σερκρέτου τῶν οἰκειακῶν.

Ib. [Ὁ μέγας λογαριαστής. Rationum fisci magister, rationum aetarii disceptator, exedrae rationum praefectus. Idem qui λογιστής, alienum a logotheta, Meursius licet cum aliis doctis utrumque confundat. Nicetas Manuelis I, 1: Καὶ τῶν μὲν δημοσίων εἰσφορῶν φροντιστὴν καὶ λογιστὴν μέγιστον τὸν ἐκ Πούτζης Ἰωάννην προβάλλεται, ubi vulgaris lectio ponit λογαριαστήν. Subdit Nicetas: Ἦν δὲ ὁ ἐκ Πούτζης Ἰωάννης δεινότατος τὰ δημόσια, φορολογίας πιπάλημα καὶ ἐπιτρίμμα, καὶ τῶν μὲν δυντῶν δοσοφορημάτων συζητητής ἀκριδέστατος, τῶν δὲ οὐκ ὄντων εὐρετής ἀπαράμιλλος. Auctor grammaticae Basilii nomine: Λογιστής ὁ λογαριαστής. Moschorulus apud Meursium: Λογίζομαι τὸ διανοοῦμαι καὶ τὸ λογαριάζω. Λογισμὸς ὀλογαριασμὸς. Λογιστής ἢ λογαριαστής.

Ib. [Ὁ πρωτοκυνηγός. Gallia magnus venator, A regie venationi præest; de quo Meursius. Πρωτοκυνηγὸν Θεόδωρον memorat Gregoras III, 7.

P. 11. [Ὁ σκουτέριος. Italicum *scudiero* Græco-barbarum *σκουτέριον* procreavit. Eum denotat qui principis in publicum vel in aciem procedentis scutum gerit, et *scutigerulus* sive *scutifer* audit. Auctor de 197 illo c. 5. Officium obibat eo tempore præcipuum quo scuta coloratis insignibus et ænigmatibus depicta viri principes et nobiles ad cruenta ludicraque certamina vel ad solemnēs conventus deferrebant. Onabat imperatoris Orientis scutum coccinus color, cui crux aurea eminebat: angulos sive spatia inter cruceis ramis expansa littera *Bauro* pariter exarata decorabat, hæc tamen ut his ad sinistrum latus posita gibbos verteret in exteriorē et sinistram partem, ac penitus inversa videretur, et quatuor dictiones, quarum singularem est initialis, indicaret: Βασιλεὺς Βασιλέων Βασιλέων Βασιλεύσαι: Ita Marcus Vulsónius in Heroica scientia. At de his iterum. Consule interim opusculum retro notas præsentēs ponendum, in quo non *σκουτέριον*, sed *σκουτάριον* (ἐκ τῆς ἀσπίδος; τῆς βασιλικῆς λαχόντα τὴν ἀξίαν) lego.

Ib. [Ὁ ἀμυράλιος. Est qui putet vocem omnino Græcam, et quia classis magistratus est appellatio, ἀπὸ τοῦ ἀλμυροῦ et ἄλατος; quasi ἀλμυράλιος formatῶν. Et vere opusculum nuperime laudatum ἀλλῶς ἀλμυρῶν ναυαρχῶντα, *almiram salis*, id est maris, *navarcham præpositum* scribit. Itæ sal ipsum sale condendum, ἀλμυρὸν ἄλας; an sal infatuatum est, ut sale indigeat? Autumat alius Arabicam simul et Græcam, et quasi emir ἄλατος, *dominum principemque salis* significare, emir siquidem dominus est et præpositus. Ita sentit Junius apud Gretserum. Verum, cum alia sit Arabum, alia Græcorum lingua, qui conveniant dialectum in unam? Suspicerer esse τοὺς ἀλμυροὺς quibuscumque et ἄλατι præpositum, *salarium* nempe *mancipem* et *salinarum custodem* fuit enim Alexius quidam Hypocæneus apud Gregoram VIII, 6 τῶν ἀλῶν τὴν διοίκησιν ταμιουλικῶν. Nec moratur *fidem*, quod idem domesticus fuerit occiduosum thematium: simul enim utrumque munus obire poterat. Et certe vox ad classis præturam et magistratum maritimum spectans, eumque qui magno duce et classis drungario primas teneantibus sit minor, ut auctor c. 5 declarat; ac mihi nisi Arabicum sonat, et quem *emir hulem* Leunclavius exponit in Onomastico, *dominum flammæolorum et vexillorum, quæ scilicet supremus est sultani vexillifer*. Omnibus etenim *beglerbegis*, et *sansacbegis* cum creantur, *vexilla* porrigit sultanus. *Magnus flammæolaris*, *magnus flammularius* dicitur apud Græcos. Nivvero Saracenis nonnulla sunt inuati, ut ipsis propria rapuerunt illi. Amoralius itaque cum classis sub magno duce præturam sortiretur, regio simul vexillo ceu insigni cunctis conspiciendo donabatur, ejus usum haud parce describit Leo in Tacticis c. 49: Εἶνα: δεῖ σημεῖον ἰσχυρόν ἐν τῷ σφῆ δρόμων:

A εἶτε βάνδον εἶτε φλάμουλον εἶτε τι ἕτερον, εἰς τόπον περιόπτον, ἵνα δι' αὐτοῦ σηµαίνοντός σου τί δεῖ πράττειν εὐθέως; ἐπιλαμβάνωνται τοῦ δόξαντος ἔργου οἱ λοιποί. Ac equidem si auctorem inspicias c. 5, scutifero, de quo nuper sermo, vexillum imperatoris commendatum referentem, quid obstat quo minus ille in terra, hic in mari regium vexillum sine fidei commissum teneat? Cumque dicat auctor potestatem omnem eam sub magno duce adeptum, potuit et regium in mari vexillum gerere: cum lem enim Georgium inter sanctos nominatissimum modo δοῦκα modo φλαμουλάρην vocat Damascenus Studites in ejus Vita.

Ib. [Ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων. Insignitos hoc officio memorat Nicetas in Alexio II, et Andronico I, II, δεήσεις vocat Zonaras in Alexio δεητήρια δ.δ.α.κ.τ.α.κ.α., et quo proposito præsentarentur enarrat. Τεταγμένας ἡμέρας ὠρίσται, καθ' ἃ; ἐκείσε δεησιῶς προῦκᾶθητο, ἀφορῶν πρὸς πεδιάδα πλατεῖαν. Τῷ βουλομένῳ δὲ εἰ; ἐκείνον πάροδος συγκεχώρητο, καὶ ἕκαστος τῶν δεομένων ἐπανατείνετο δεητήριον διδασκτικὸν οὗτο δέοιτο. Καὶ ταῦτα ἐνώπιον αὐτοῦ τεθέμενα ὑπέσταντε τοῖς ὑπογραµµατεῦσιν ἐπίσταναι καὶ γνωρίζειν αὐτῷ τὰς ἐκάστων αἰτήσεις. Καὶ αὐτίκα τὴν ἐφ' ἐκάστῳ ἀντιγραφὴν προσέσταντε γίνεσθαι καὶ βεβαιουμένην 198 τοῖς δεομένοις παρέχεσθαι. Congruam magis hujus officii expositionem opusculo inferiori subdendo reperies.

P. 11. [Ὁ κοιίστωρ. Ut Theophanes, *κοιστωρ*, ut Leo Grammaticus et plures, *κοιαίστωρ*, ut Latine pronuntiationi cum Simocatta vicinius, *κουαίστωρ*. Non ignorant Græci a quaerendo dictum. Moschorulus: Ἔστιν ὁ συζητῶν καὶ ἱρευνῶν ἐπὶ χρήμασι. Procopius, De bello Pers. I: Βασιλεὶ πάρεδρος, *κοιαίστωρα* τοῦτον καλοῦσιν. Leo Grammaticus in Theophilo: Ὁρίσθησαν ὅ τε *κοιαίστωρ* καὶ οἱ ἀντιγραφεῖς ὁπελθεῖν καὶ μέχρις ἡμερῶν ἐκλαφίσται τὰ αὐτοῦ οἰκῆματα. Simocatta Mauricianæ historiæ statim in limine: Βασιλέως γλώτταν τὸν Ἰωάννην ἰδεῖκνυεν, ἄνδρα ῥήτορά τε δεινὸν καὶ Ῥωμαϊκῶν νόμων ἐπιστήμονα, ὃς τοῦ βασιλέως τὰ προτάγματα τῷ διατόκῳ τῆς εὐγλωττίας ἐμεγαληγόρει μεγαλοπροσύνης ἐπάξια. Τοῦτον ἐπιχωρῶν Ῥωμαῖοι φωνῆ ἀποκαλοῦσαι *κοιαίστωρα*. *Κοιαίστωρα* τοῦ θεοῦ παλατίου vocat Ecloga Leonis et Constantini tit. 7. GOAR.]

Ib. *Magnus adnumiasta*. Ἄδνούμιον est *descriptio nominum apud Romanos*, inquit Suidas: et ut alius ait, ἀδνουμάζειν est κατ' ὄνομα διερχέσθαι. Est ergo delectus et census militum: unde actio ἀδνουμάζειν quasi dicas adnumerare; et ἀδνουμιστής *censor*, *lustrator*, quasi *adnumerator*. Non improbabile est a Græcis ex Latine hanc vocem petitam esse: sonus sano non abluat, ut nec significatio. Vide Rigaltium. GAETS.

[Glossarium bibliothecæ Reg. ἀδνούμιον κατάλογος στρατιωτῶν. Eos itaque censet adnumiastes. Exponit dictionem Rigaltius; ex eo plura mutuatur Meursius, ex Meursio Gretsetus, ex utroque cum

eta Ballengerus ad verbum. Eadem ingerere im-
portunum. Theophobus apud Cedrenum in Theo-
philo: Πολλοὺς ἐκ τούτων ἐμπρόκειν τοῖς βασιλι-
κοῖς ἀξιώμασι: πεποικηκώς κώδιξι στρατιωτικοῖς
(ἀδουμουίῳ) ἀναγράφεται, τάγμα Περσικὸν τούτοις
ὀνομάσας. Nicetas in Isaacio: Μετῆι δὲ τῶν
στρατιωτικῶν εἰσι καταλόγων.

Ib. Ὁ λογοθέτης τοῦ στρατιωτικοῦ. Quatuor æra-
ria numero apud Gregoriam, l. vi: Τὰ μὲν ἐκ τοῦ
βασιλικῆς πρυτανείου ἐδίδοντο, τὰ δὲ ἐκ τῶν στρα-
τιωτικῶν, τὰ δὲ ἐκ τῶν κοινῶν καὶ ἰδιωτικῶν. Ma-
gnus logotheta sacras omnes gazas recognoscerebat,
τὸν γενικῶς publicas, τὴν οἰκειῶν privatas, hic,
de quo sermo, in militis erogandas. *Ærarium* mi-
litare ab Augusto institutum scribit in ejus vita
Suetonius: *Utque perpetuo ac sine difficultate sum-*
ptus ad tuendos eos prosequendosque suppeteret, æra-
rium militare cum rectigalibus novis instituit. Cura-
verunt ærarium primo quæstores, teste Dione, l. xliiii,
aliquando adites, narrante Suetonio in Augusto,
nonnunquam prætores, eodem Suetonio referente:
rediit iterum ad quæstores, ait Dio in Claudio; ac
demum ejus omnis cura pene logothetas mansit.
Hujus adhuc στρατιωτικοῦ, nempe λογοθέτου, sexta
synodus act. 4 et septima act. 4 meminere: modo
imperiale logothetam, modo quæstorem militaris
ærarii reddidere interpretes. Laudes Cabasitæ logo-
thetæ militaris prosequitur Cantacuzenus, l. 49.

Ib. Ὁ πρωτοπαρακρίσιος. Aucupum regionum
præfectus, quique emutriendis accipitribus, aquilis,
falconibus et prædatricibus quibuscumque avibus
ex imperatoris mandato vacat: magnus falconarius
in ostris dicitur. Andronicum juniorem refert Phran-
zes, l. 12 accipitres supra mille quadringentos, to-
tidemque qui curarent, aluisse.

Ib. Ὁ λογοθέτης τῶν ἀγελῶν. Armenta greges-
que præcipuos fuisse regum antiquiorum census
sacra Litteræ narrant: erant etiam agri 199 domus
possessiones eorum divitiarum. Julianus Augustus in
epist.: Γαλιλαίων τὰ χρήματα ἐκέλευσάμεν ἀναληφ-
θῆναι δοθηζόμενα τοῖς στρατιωτικῶν, καὶ τὰ κτή-
ματα τοῖς ἡμετέροις προστεθῆναι κριθάτοις. Theo-
doretus, Hist. Eccles. iii, 12, memorat Elpidium
τῶν ἰδίων τοῦ βασιλέως χρημάτων καὶ κτημάτων
ἡγεμονίαν πεπιστευμένον. Ille, iniquus, privatarum,
hic de quo tractamus, gregum logotheta est. Verum
reges in agris et possessionibus illic censebat; et
jura nonnulla regia quibus equi, boves, camelii etc.
ad comitatus usum pararentur, potuit hic exigere.
Hinc equi curatoricij in codice Theodosiano memo-
rati, a colonis et obnoxiiis curatoricio nomine sig-
nificati; hinc oves, gallinæ, etc., eodem nomine patri-
archæ ostenduntur, de quibus Jus GR. abunde.

P. 11. Ὁ μέγας διερμηνευτής. Magnus et præ-
cipuus, eo quod plures in aula CP. interpretes as-
serit Tyrius, De bello sacro, xviii, 30: *Adsumt im-*
peratoris CP. legati, primus vir illustris Guido Ste-
phanus, ejusdem consanguineus; secundus maximus
palatinorum interpretum, Trisillus, homo raser et

A pro negotiis imperialibus valde sollicitus. Persiæ
linguæ memorat Procopius, De bello Persico: Ὅσπερ
αὐτῷ ἑρμηνεὺς εἶπετο, οὐν αὐτῷ ἐπὶ τῆς στιβάδος
κατέκλιτε, πρῶγμα οὐποτε γενοῦς πρότερον ἐκ τοῦ
παντὸς χρόνου. Loquitur de Chorois legato a Ju-
stiniano convivio excerpto. Simocatta, ii, 9: Ἑρμη-
νεὺς δ' οὕτως τοῦ Σαρακηνοῦ φύλου τοῦ ἐπικουροῦν-
τος: Ῥωμαίοις. *Δραγόμενον vel δραγούμενον hodie*
vocant, voce Chaldaeorum: Chaldaeis enim *ἰερῶν*
est interpretari. *Drugemens* scripsit Villahardoni-
us antiqua Gallia jamque antiquata dictione, cui pu-
rior successit *truchement*.

Ib. Ὁ ἀκόλουθος. Anglorum sive Barangorum
sub imperatoris signis promerentium ipsiusque sa-
tellitum dux, ipsum Imperatorem pone sequens, ac
quos regebat Angliæ præcedens, de quo rursus c. 5,
cum auctore Cedrenus in Constantino Monacho:
Δὲ καὶ κατὰ σπουδὴν ὁ βασιλεὺς τὸν ἀκόλουθον Mi-
χαὴλ μεταπεμπάμενος ἐκ τῆς ἑσπέρας ἐς Ἴδηριαν
ἐκπέμπει: ὅς ἐκαὶ γινόμενος, καὶ τοὺς διασπαρμύ-
νους ἐν τῇ Χαλδίᾳ καὶ Ἴδηρίᾳ φράγγους καὶ Βαράγ-
γους ἀγχοῶς, κωλύειν ἠπειγετο τὴν ἐνόητα τρόπον
τὰς ἐκδρομὰς τοῦ σουλτάνου. De Barangis inferius.

Ib. [Φοσσάτου. Scribitur etiam φωσάτον, φωσά-
τον et φουσσάτον, exercitus, acies, a fossato sive
vallo quo castra muniuntur; unde fossatum et val-
lum nonnunquam significat, sæpius et fere semper
exercitum. Fossatum indicat in illa Cedreni senten-
tia: Βελισάριος λαβὼν τοὺς ἵππους τῶν πολιτῶν καὶ
ἐξοπλισας λαὸν ἤλαθεν εἰς Χίτου κόμην, καὶ ποιήσας
φοσσάτον, ἕσους ἐκράτησεν ἐς αὐτῶν, ἀπέκτεινε.
In hac Leonis in Fact. const. 11: Κυρίως φοσσά-
τον τὸ ἀπληκτον τοῦ ὄλου στρατοῦ καλεῖται. Et in-
fra: Ἀσφαλίζεσθαι δρυγμασιν ἢ πάλαις, ὀλοκλή-
ροις τάφρω δ' λέγουσι φούσα. Exercitum vero in-
jicit apud Leonem eundem, Constantinum de Adm-
imp., Turco-Græciam, Jus GR. et alios locis pene
indefinitis. Κριτής τοῦ φοσσάτου, qui jurgia, lites et di-
sceptationes inter milites et exercitus duces ortas
componit et in fontes animadvertit. Leo per totam
constitutionem in judicia ab eo exercenda defuit,
que tamen non ad κρίτην, sed ad ipsum ducem re-
fert. Et μέντοι ἀδικηθῆναι παρά τινος, τῷ ἀρχοντι τῷ
τάγματος προσεθίτω. Εἰ δὲ παρὰ τοῦ ἀρχοντος αὐ-
τοῦ ἀδικηθῆναι, τῷ μάλιστ' ἀρχοντι προσεθίτω. Suidas
quoque v. ἡγεμονία: Τῷ πολεμάρχῳ εἰσαγγονται
ἐπιδικασίαι ἕσαι ἀποστασιῶν γραφῆν ἔφερον. Imper-
ator Leo nihilominus inferiores judices in exercitu
constitutos testatur Fact. constit. iv: Ὁ κρατῶν
ἡγουν ὁ τοῦ θέματος δικαστής, ὁ δὲ τὰς δίκας τῶν δι-
καζομένων διαλύει, ὁ δὲ εἰ καὶ τῷ στρατηγῷ ἐν τισὶν
ὀποτάσεισθαι χρῆ, ἀλλ' οὐν τοὺς λόγους τῶν ἱδικῶν
αὐτῶν διοικήσων πρὸς τὸν βασιλέα ἀφορῶν. *GOAR.*]

200 P. 11. *Præfectus alogii et p. 11, Protaloga-*
tor. Vitiose ἀλλάγιον, et longe adhuc vitiosius προ-
ταλλαγάτωρ. Glossario tamen placet ἀλλάγιον et
πρωταλλαγάτωρ, quia ἀλλαγαί sunt loca mutandis
equis in publico cursu destinata. Hinc ἀλλάγιον cur-
sus publicus. Post, et ὁ ἀρχων τοῦ ἀλλάγιου præfe-

cius publici cursus, Postmeister, et πρωταλλαγάτωρ A generalis publici cursus. Subscribat qui volet, ego quod edidi amplector, cum etiam Glossarium v. πρωταλογάτωρ a nobis stet, vertatque *præfectus generalis equitum. Quo tamen*, inquit, *major erat ὁ ἄρχων τοῦ ἀλογίου, princeps equitum vel equorum: ἄλογον enim Græcia est equus seu jumentum.* GRETS.

Ibid. [*Ὁ ἄρχων τοῦ ἀλογίου.* Officium haud explicatu difficile, ex vocis nihilominus ἀλογίου dubietate et obscuritate jam pene incertum et ignotum. Legunt hic quidam ἀλόγιον, at ἀλόγως: et ex voce ἄλογον sibi nota (quis enim equum ignoraret) τὸν ἄρχοντα τοῦ ἀλογίου veredariorum et cursorum præfectum creant. Lexica, auctoritates, conjecturæ quærentur: verum οὐδαὶ λόγος. Sanior lectio hic restituta certum proferet sensum, et abdicato jure alieno. proprium officio reparabit. Legendum itaque ἀλλαγίου, quod frequenter tum hic tum c. 5 posuerunt Regia cum duobus Mazarinis mss. exemplaribus postmodum proferendis, quod constanter habet Cantacuzeni, Regium item exemplar aliud, quod indubie retinendum censuit auctor Glossarii v. ἀλλαξιμάριον, ἀλλάγιον. Errat tamen, ut sæpe solet, dum ἀλλάγιον et ἀλλαγήν confundit, ac eo quod ἀλλαγή ζῶον δρομικόν, veredarium et equum mutatorium, indicat, ex propriis in eodem sensu τὸ ἀλλάγιον exponit. Errorem animadvertisse diceres, ubi subjungit: *Scholiastes Oppiani Halient. l. 1:* Τοῦ λόγους *interpretatur ἀλλάγια:* at, quasi repudiata veritate quam palpaverat, easilit confestim et ad equos publicumque cursum nervis omnibus contendit. Adhæremus nos λογίως sensui apud memoratum scholiastem reperto. Ἀλλάγιον itaque est λόγος, *agmen, turma, acies*, et ἄρχων τοῦ ἀλλαγίου, qui eam quavis ratione ducit et illi imperat. Verum quodnam agmen, inquires, regit hic ἄρχων τοῦ ἀλλαγίου, ut cum domestico, comite stabuli, stratope-darcha et aliis potestatem exercent et obtineat dignitatem? Respondet auctor c. 5: Ὁ ἄρχων τοῦ ἀλλαγίου εἰς τὴν τοῦ βασιλείως εὐρίσκειται μὲν σύνταξιν, καὶ ὑπὸ μέγαν δὲ πριμικιήριον: *Præfectus allagii locum obtinet in imperatoris comitatu, et subest magno primicerio.* Observa prætermissos silentio equos et σύνταξιν memoratam. At quid σύνταξις quam comitatus, agmen, acies? Quid igitur ἄρχων τοῦ ἀλλαγίου quam ἄρχων τῆς συντάξεως, et εὐρίσκεισθαι ducis more εἰς τὴν βασιλικὴν σύνταξιν? Βασιλικὴ vero σύνταξις imperatorius vel sacer est comitatus, cujus magnus primicerius est caput, ex auctore c. 5 κεφαλὴ τῆς βασιλικῆς συντάξεως: illi supponitur ὁ ἄρχων τοῦ ἀλλαγίου, ac ejus vices gerit. Ergo non equorum, sed comitatus, sub primicerio ductor fatendus, qui nonnullis primipilus.

Ib. Ὁ πρωταλογάτωρ. Verius ac communius, in Regiis, apud Meursium, Mattheum monachum infra referendum, et Cantacuzenum superiori nota memoratum, lego πρωταλλαγάτωρ, vocem ab eadem radice qua præcedens deductam, ἀπὸ τοῦ ἀλλαγίου nimirum, ita tamen ut ἄρχων τοῦ ἀλλαγίου et πρω-

ταλλαγάτωρ sic se habeant ut ille præcedat agmen hic sequatur; ille milites ducat, hic ordinet: ille paratos in aciem et hostes exemplo provocet, hic militiam deserturos, ut in ordine stent, vi compellat; ille recta fronte in hostes pergit, hic a tergo imperitis et sola facie conversis confestim, ex pedisequo, ductor apparet; unde ex honore quem tunc assequitur, et quia μετὰ τοῦ ἄρχοντος τοῦ ἀλλαγίου dignitatem et onus bellandi ducendique dividit, πρωταλλαγάτωρος ei nomen in conditum.

201 Ille Leoni λοχηγίς, hic οὐραγός dicitur in Tact. constil. 7: Στρατιώται τροφεύμενοι ὡς ἴστανται ἀντιβλέπουσι κατὰ τοῦ νότου, ἤγουν τὸ ὀπίσω μέρος, οὐκέτι τοῦ λοχαγοῦ εὐρισκομένου, ἀλλὰ τῆ ἐξκαιδεκάτου οὐραγοῦ. *Milites quemadmodum ante stabant conversi, solum ad tergum extremam aciem respiciant, lochago sive præcile in anteriorem partem minime, sed ultimam jam in fronte constituto, quem οὐραγόν, id est caudanum, nominant.* Superius dictis attestatur idem: Χρὴ δὲ τοὺς οὐραγούς παραγγέλλεσθαι, καὶ ἐκ τῶν ὀπισθεν προῦθειν καὶ ἀποροῦν αὐτάς εἰς τὴν χεῖραν, ἵνα μὴ ἀπομένωσι τινες, ὡς εἰς τὴν δεξιῶντες. Πρωταλλαγάτωρα Senmacherim laudat Cantacuzenus 1, 26; quem dum equis cursoribus præfectum autumat in margine interpres, in errorem equo celeritate contendit.

P. 11. [*Ὁ μέγας διοικητής, collector tributorum* est. Leo Novella 61: Τοῦς ἐπὶ συλλογὴν τῶν δημοσίων φόρων καθισταμένους διοικητὰς ἢ συνήδους ὀμίλια καλεῖσθαι. Cedrenus in Leone Isauro, cujus præcessor Theodosius fuerat διοικητής, quem modo procuratorem, modo quæstorem reddidit interpres: Προετίξαμεν τοῖς διοικηταῖς τῶν θεμάτων ἀπατεῖν εἰς τὸν κανόνα, κατὰ νόμισμα, μιλιαρσίον ἕν, καὶ λαμβάνει αὐτὸ ἡ βασιλεία, καὶ κτελεῖ τὰ τεύχεα. Κάνταυθεν ἀπεκράτησεν ἡ συνήθεια, παρέχειν τὰ δικάρατα τοῖς διοικηταῖς. Frequentius quam ut referatur legitur apud Cedrenum eundem, Theophanem, Leonem Grammaticum, Nicetam et alios recentiores historia Græcæ scriptores. Graphice τὸν ἐπὶ τῶν εισόδων τῆς πόλεως depingit ultimo memoratus auctor in Joanne Comneno, *qui specialim urbica tributa legit; cui favet Cedrenus jam productus.*

Ib. [*Ὁ ὄρφανοτρόφος.* Clarior est dictio quam ut eam dicamus orphanis nutriendis præpositum, tanquam tutorem et curatorem minorum, significare: clarissimum quoque officium, quod jura non silent in Leg. *Orphanotrophos* in principio cod. de episcopis et clericis, et in lege, *Omnia privilegia.* Primus ei instituendo dedit ansam Constantinus qui ex Theophane σιτομέτριον κατὰ πόλιν ἐχαρίσατο ταῖς ἐκκλησίαις εἰς διατροφὴν διηνεκῶς χήραις καὶ ὄρφανοῖς καὶ ξένοις πένησι τε καὶ κληρικοῖς. Palatinum insuper, non ecclesiasticum fuit hoc munus, ut commode orphani educarentur. Alia vero pleraque misericordiæ, quæ circa corpus occupatur, exercendæ munia ecclesiastica fuere et episcopi recognitioni subjecta. Ecloga Leonis et Constantini AA. tit. 8: Ὅσπερ κληρικῶν οἶον δῆποτε

βιολογίου ἐπὶ χρήμασι προβάλλεσθαι οὐκ ἀνεχόμεθα, οὐδὲ ξενοδόχον ἢ πτωχοτρόφον ἢ νοσοκόμον ἢ ἄλλου οἴου δὴποτε εὐαγούς οἴκου διοικητὴν ἢ οἶον ἔχηποτε ἐκκλησιαστικὸν φρόνησιμα χειρίζοντα. Et infra tit. 9 : Τοὺς οἰκονόμους, καὶ ξενοδόχους καὶ νοσοκόμους καὶ πτωχοτρόφους καὶ τοὺς τῶν ἄλλων εὐαγῶν οἴκων διοικητὰς καὶ τοὺς ἅπαντας κληρικούς κελεύομεν ὑπὲρ τῶν ἐμπιστευθειῶν αὐτοῖς διοικήσεων παρὰ τῷ ἰδίῳ ἐπισκόπῳ, ᾧ ὑπόκειται, ἀποκρίνεσθαι καὶ τοὺς λογισμούς τῆς ἰδίης διοικήσεως πληροῦσθαι καὶ εἰσπράττεσθαι. Orphanotropheum locum orphanis educandis deputatum memorat Cedrenus in Leone Armenio ad S. Pauli caesem locatum.

Ib. [Ὁ πρωτοτάριος, ita vocatus jam ab antiquo a Socrate quidem Graeco, vii, 23, et a Marcellino Latinae linguae scriptore, l. xv. Primicerium notariorum nuncupat Pancirollus in Notit. Imp. Or. c. 92, eidemque tres notariorum ordines, tribunorum, domesticorum et inferiorum tribunorum, supponit. Alios τοῦ βασιλέως, τῆς ὑπουργίας, τοῦ βασιλικοῦ ἰδίου lego in Theophane et Leone Grammatico : protonotarios non paucos in Jure Gr. τοῦ δρόμου spectatim in Joanne Comneno et Andronico apud Nicetam. Ταχυγράφους si legas, semper notarios reperta : verum cave ne valde dissitos scriptores ταχυγράφους et καλλιγράφους 202 confuderis : qui enim cito, prave, qui tardius, scribit quoque rectius et nitidius.]

P. 11. [Ὁ ἐπὶ τῶν δραμηρίων. Memorialium, quem magistrum memoriae vocat imperii Notitia, putat Meursius institutum, ut laudationes eorum qui militiae aut alibi fortiter se gessissent imperatori suggereret ac praemiiis cohonestandos admoneret ; clarumque istiusmodi officii se reperisse gaudet monumentum tum apud auctorem c. 5, tum apud Agathiam l. iv. his verbis : Ἐκ βασιλέως ; τῷ Ρουστίκῳ ἔχων ἐπίταγμα, ἐφ' ᾧ ἕκαστά τε τὰ ποιούμενα εἰς τὸ ἀκριβὲς διαγγέλλειν καὶ τὸ τῶν στρατιωτῶν τοὺς ἀριστεύοντας τοῖς βασιλεῖσι δῶροις φιλοφρονεῖσθαι. At non unicum hoc est memorialia munus, qui de omnibus ad rempublicam et principem spectantibus, de publico bono adaugeundo, removendis incommodis, puniendis sceleribus aequae ac virtute compensanda ipsum commonere ac commovere suscepit. Non repudiandum huic sententiae testimonium promit Cedrenus in Justino, ubi praefectus urbis loquitur : Συγχωρεῖτω με ἡ βασιλεία σου εἰσερχεσθαι πρὸς σε ἀκωλύτως τοῦ τὰ ἀνήκοντα ὑπομνησκειν τὸ κράτος σου, καὶ βεβαιῶ μετὰ τριάκοντα ἡμερῶν μὴ εὐρίσκεσθαι τὸν εἰδικόντα ἢ εἰδικόμενον· εἰ δέ τις ὑπομνήσει περὶ τίνος ὑποδείσεως ; ἥς ἤκουσα ἐγὼ καὶ οὐκ ἐξεδίχησα, κεφαλικῶς τιμωρηθήσομαι.]

Ib. [Ὁ δομέστικος τῶν τειχῶν. Reges, consules, imperatores muris urbes cinxisse non infrequenter legitur ; bellorum duces etiam hoc onus assumptisse. Belsarii Narsensium res gestae docent : trans hoc studium ad ipsos urbium populos, ac de-

mum plebis expensis, novo a Leone Issauro imposto tributo, nusquam tamen deinceps extincto, fuisse CPoli reparati. Theophanes in ejus Vita : Ἐπεκράτησεν ὁ σεισμὸς μῆνας δώδεκα. Ὁ οὖν βασιλεὺς ἰδὼν τὰ τεῖχη τῆς πόλεως πτωθέντα, διαδάλῃσεν τῷ λαῷ ὅτι ὅμεις οὐκ ἐκπονεῖτε τὰ τεῖχη κτίσαι. Ἄλλ' ἡμεῖς προσητάξαμεν τοῖς διοικηταῖς, καὶ ἀπαιτοῦσιν εἰς τὸν κανόνα ὀλοκοτίνην, μίλιαρσίην. Καὶ λαμβάνει αὐτὸ ἡ βασιλεία, καὶ κτίζει τὰ τεῖχη. Ἐντεῦθεν οὖν ἐπεκράτησεν ἡ συνήθεια διδῆναι τὰ δικέρατα τοῖς διοικηταῖς. Ac inde forsitan emanavit pariter ut muros praefectus institueretur ; tunc enim primum occurrit, in Theophane, Nicoetas quidam Anthrax ἀρχων τοῦ τειχοῦς, qui, ut ex dictis de domestico patet, domesticus murorum non inepte potest scribi.]

Ib. [Ὁ προκαθήμενος τοῦ κοιτῶνος. Praecipuus cubiculariorum ac sacri cubiculi praefectus, cujus curam et custodiam παρακοιμωμένων suppositis demandatam habet. Ita auctor ipse infra c. 5. Letum etiam somno capiendo ac imperatori noctu custodiendo in sacro cubiculo habuisse constat ex Leone Grammatico in Michaele Theophili filio : Ἰγνάτιος δὲ κοιτωνίτης ἀπελθὼν τοῦ κλισίαι ἐπὶ θύραν τοῦ κοιτῶνος εὗρε διαστραμμένην, καὶ ἀπογνοὺς ἐκαθέσθη ἐπὶ τῆς κλίνης, πλῆθον τὰ ; τρίγας αὐτοῦ. Τοῦ δὲ βασιλέως ὕπνον θανάτῳ παραπλήσιον κοιμωμένου ἀδρόως ἐλθὼν βασιλεὺς μετὰ καὶ ἐτέρων τὰς θύρας ἀνέμψεν. Καὶ ἐμφοδῶ ; ἐξελθὼν Ἰγνάτιος ἀντέπιπτεν βασιλεῖ μὴ εἰσελθεῖν. Curabat hic imperatoris defuncti corpus. Idem Leo paulo infra : Ἀπέστειλε δὲ βασιλεὺς καὶ Παῦλον κοιτωνίτην τοῦ ἐνταφίσαι τὸν Μιχαήλ. Callicrinitem προκαθήμενον τοῦ κοιτῶνος memorat Cantacuzenus, i, 19.]

Ib. [Ὁ προκαθήμενος τοῦ βεστιαρίου. De vestiario Hesychius : Βεστιαρίον τόπος ἐν ᾧ τὰ χρήματα τίθενται καὶ τὰ ἱμάτια τοῦ κοινοῦ. Ut vestes asservat, vocatur alibi ab auctore τὸ ἐντὸς ἀλλαξιμάριον ; penetrabile vestibulum mutandis dispositum, quasi dicas mutatorium ; ut ararii munere defungitur, a Niceta l. iii Alexii Comneni τὸ ἔσω ταμιεῖον, internum ararium. Latinis idem praestat vestiarius, ex bibliothecariis Guilielmo et Anastasio, illo quidem in Stephano VI scribente : Quid mirum si vestiariorum gazas reperit ? Hoc autem in Severino : Sigillaverunt 203 omne vestiarii ecclesiae seu cimelia episcopi. Nec superflue duas istas significantias conjunctim ponendas censui : huic enim vestiarii curatorum ut vestium custodia nullatenus deneganda, ita regia thesauri cura nec non rei domesticae, aequae ac privatarum, logothetae et aliis tribuenda cum auctore c. 5, ubi postquam protovestiarii subjectum asseruit : Ὑπηρετεῖ δὲ, inquit, εἰς τὰς προσφερομένας ; καὶ ἐξερχομένας εἰσόδους ; τε καὶ ἐξόδους. Confirmat Anna Comnena Alexiados in vestiarii sive cubiculum imperatoris idem fuisse quo l et ejusdem ararium : Βυζαντίῳ δὲ τινὲ καθ' ὄψιν ἐντοχῶν, χρυσοῦ βαλάν-

τα ἱκανὰ ἐπιφερομένῃ καὶ πρὸς τὴν μεγαλόπολιν ἀπίοντι, ἤρετο αὐτὸν τοῦτο δὴ τὸ Ὀμηρικόν· Τίς πόθεν εἰ ἀνδρῶν; καὶ ἐπειδὴ παρ' αὐτοῦ ἐμάνθανεν ὅτι τὸν πάλιν χρυσὸν ἐπιφέρεται ἀπὸ τινῶν εἰσπράξεων, καὶ ὅτι· πρὸς τὸν κοίτωνά τοῦτον διαχομίζεται. Hodie pariter ærarium et fiscus pontificius *camera apostolica* nomine indigitatur, *la camera*; summusque camerarius apostolicis quoque gazis præficitur; ὁ προκαθήμενος τοῦ βεστιαρίου, quem Leo Grammaticus in Constantino Leonis filio πριμμικήριον τοῦ βασιλικῆ βεστιαρίου dixit.

P. 11. [Ὁ βεστιαρίος. Vestiarium hunc cense protovestiario et vestiarii præfecto subjectum. Ejus præcipuum munus est summa circa vestiarium vigilantia ac ejus perpetua cura; unde et expeditione marina suscepta triremi illud deportanti imperat, ac ejus triremis velut apotheca vestiaria imperatoriam sequitur. Auctor, c. 5.]

P. 12. [Ὁ ἐταιριάρχης idem officio ac μέγας ἐταιριάρχης, verum ei suppositus.]

Ib. [Ὁ λογαριαστής τῆς αὐλῆς aulicus thesaurarius, qui meritis et obsequiis stipendia exæquat. At non tam rationum ærarii quam ministeriorum discussor ac disceptator existit. Auctor de illo uberius c. 9, nos de logariasta, ubi de magno hujus nominis officio.]

Ib. [Ὁ στρατοπεδάρχης τῶν Μουρτάων. Qui sint Murtati conjicere quidem, at non certo probare possumus. Est certe μούλτων *seditio, tumultus*, apud Constantinum Porphyrogenitum in Nov. Ἐπιβουλαὶ ἐπιχειρεῖν ἢ μούλτω. Cujus sententiam referens Mattheus Blastares Elementi Σ c. 11, in Nomoc. scribit μούρτω vice μούλτω; recentioribus enim λ in ρ mutare quam familiare, ut ἤρθεσ vice ἤλθεσ, ἀρμυρόν vice ἀλμυρόν. An vero ἀπὸ μούρτου Μουρτάτοι, non qui tumultum excitent, sed qui compassent silentiariorum vice, vel etiam si tumultum edant, ad reverentiam imperatori exhibendam, velut præsentia majestatis signum edunt, literatus lector judicabit. Murtatos porro stationarium militum agmen esse nulli dubium, ut eorum ducem στρατοπεδάρχην, qui Leoni in Tacticis καμπόδωρ.

Ib. [Τῶν Τζακόνων. Laconas hodie vocari Tzacones recte observarunt ex Gregora l. iv Meursius Gretserus, Bullæggerus: corrupte tamen τζ vice λ substitui invidior. Sunt itaque Tzacones germana popularique pronuntiatione a Tzaconia Peloponnesi monte, qui antiquis Cronium est vocatus, oriundi. Ita Gemistus apud Ortelium et Georgius Corenius in rescriptis. Magistrum porro Tzaconitam, de quo Luitprandus in legatione, esse hunc τῶν Τζακόνων στρατοπεδάρχην nullo auctore Meursius affirmat.]

Ib. Μονοκάβιλλο iidem qui μόνιπποι, unico pugnantibus equo. Hos Παλæρβατος κλέητας vocat, Plinius xxiv, 5, *celetes*, Seneca *singulatores* ab equo singulari quo utebantur. Κέλης Suidæ μόνος ἵππος, καὶ ὁ ἐπὶ τοῦτου φερόμενος ὁ σελλάριος, ὁ γυμνός. Καὶ ἵππος δὲ κέλης; ὁ γυμνός. Scholiastes Græcus,

κέλης ἵππος; μόνάμπυς. Plura Heilmannus Hugo de militia equestri, iii, 4.

204 P. 12. [Τζάγγρα *arcus*, τζαγγράτορας *sagittarios* quidam cum Meursio reddunt: quos autem *arcus*, quos *sagittarios* intelligant non exponunt. Breviter et sincere: Τζάγγρα *balistæ* sunt, de quibus Cantacæzenus, i, 36: Ἐκ τόξων Λατινικῶν τῶν λεγομένων τζάγγρων ἀρίντες βέλη. Bello interpretes in margine: *Inde tzangratores, qui arcubularii fuerunt, quorum usus in bellis tunc temporis plurimus*. Sunt et testimonia quæ *arcus* hujusmodi iudicent, Annæ, l. viii: Τὸ ἀπὸ τῆς τζάγγρας (femineum reddidit femina) βέλος ἐμπέσον. Nusquam hoc de usitato arcu diceretur, sicut nec illa Heronis μαγγανότζαγγρα, *machinæ balistaricæ*.

Sunt et alia quæ balistarios ingerant, Nicetæ in Manuele Comneno, l. ii: Φραξάμενολ τε, ὡς εἶχον, τὰ τεῖχη τοξόταις καὶ τζαγγράτορσι. At nisi τζαγγράτορας balistarii forent ab aliis sagittariis diversi, ut quid utrorumque mentio, ut ex iis incensibus utamen accederet? *Arcus* tamen est *balista*, balistarii quoque sagittarii sunt, quos proinde τζαγγροτοξότας nominat Nicetas in Alexio l. iii. At Phranzis interpretes Pontanus belle rursus de illis xi, 14: *zangratores* (quidam enim codices habent τζαγγράτορας, alii τζαγγράτορες) *genus sagittariorum, alterius generis vestes et insignia habebant, ab aliis nempe sagittariis Tzaconibus sive Laconibus diversa*.

Ib. [Τῶν μεγάλων παλατιῶν. Plura fuerunt Cpoli palatia ab historicis ac speciatim Originum CP. auctore memorata: qui supremus omnium curator et custos, is est προκαθήμενος, de quo in præsentia. Legantur Gillius et Pancirollus de 14 regionibus urbis CP. Unum fuit inter reliqua præcipuum. Leo Grammaticus βασιλείων, Nicetas, l. i Isaacii μέγιστον ἀρχεῖον, Manuclis l. i μέγα ἀρχεῖον, ἔνθα τῶν γρημάτων αὶ σωραῖται καὶ τὰ τῶν κρατούστων γνωριστικὰ περιβλήματα. Alibi μέγα βασιλείων, rursus ἱερὸν ἀρχεῖον vocat. In eo regium satellitium ac solemnes excubiæ: ea propter occiso Michaelæ silentio illud occupare studuit Basilius Macedo, in Leone citato; Manuel vero Joannis Comneni filius a patre quantumvis renuntiatus, hoc unum sollicitus ambiebat, ut palatium imperii arcem teneret, in Niceta loco jam memorato.]

Ib. [Erant Blachernæ ad maris sinum CPoli: τὸν ἐν Βλαχέρναις κόλπον memorat Cedrenus in Michaelæ Balbo, in eo non sacras nisi το Deiparæ, sed et regias imperatoribus Pulcheria construxit aedes, quarum custodiæ fuit sollicitus hic προκαθήμενος. Nicetas in Alexio Manuelis F. τοῦ Ἀνδρονίκου καταδάντος: ἐκ τοῦ τυραννείου εἰς τὸν Βλαχέρναις βασιλείων, καὶ γενόμενου κατὰ τὴν ἐντὸς τοῦτου ὑψηρῆ δόμον, ὃς Πολύτιος λέγεται. In ultum ruinæque vicinum describit Gregoras, iv, 7: Τὸ γὰρ ἐν Βλαχέρναις ἡμέλητο ἐκ πολλοῦ, καὶ ἦν τὸ πλείστον γε ἐκ πολλοῦ καπνοῦ καὶ κόνεως ἐμπεπλημένον, quapropter urbe recuperata in eo habitare negle-

xit Michael Palæologus. Tandem sub imperio Tur- A
cico misere conflagravit. Lego Cantacuzeni, i. 56 :
Πεπνόν τινα τῶν ἐν Βλαχέρναις προκαθήμενον β-
σιλείων, τῶν ἤϊδε τευχῶν τὴν φυλακὴν πεπιστευ-
μένον. Hoc προκαθήμενον hujus officium.

Ib. [Ὁ δομῆστικὸς τῶν ἀνατολικῶν θεμάτων.
Magistorum, ducum, comitum, Orientis et Occiden-
tis prætorio præfectorum deplorandæ reliquæ suere
hi duo domestici Orientalium ac Occidentalium co-
piarum, sub magno domestico, vix et pene nomine
præpositi. Itaque præter δούκας, κόμητας ac στρα-
τηλάτας τῆς ἐφῆας καὶ τῆς ἐσπέρας, obviam apud
Theophanem, Cedrenum, Zonaram, Annam et alios
pissim reperiendos, observo etiam στρατηγούς am-
pliori potestate donatos, hos quidem in Oriente, B
illos in Occidente imperitasse. De Orientis præfe-
cto loquitur Theophanes in Zenone : Ὁ βσιλεύς
Θέλων τὸν Ἴλλον πληροφορησάμενος ἐποίησεν αὐτὸν στρα-
τηγὸν τῆς ἐφῆας πάσης, δού; αὐτῷ ἐξουσίαν πᾶσαν,
ὥστε καὶ δούκας ποιεῖν. Ἀνατολικούς στρατηγου-
μένους; ὑπὸ Λογγίνου celebrat idem Theophanes in
Coproponimo, et sub ejus filio Leone, 205 Ῥομανὸν
στρατηγὸν τῶν ἀνατολικῶν ; Leo Grammaticus
Bardæ consobrinum μονοστράτηγον εἰς τὰ δυτικὰ
θέματα. Exin domesticatis nomine inducto, de
quo superius, occurrit in Oriente δομῆστικὸς τῆς
ἀνατολῆς τιμηθείς, apud Nicetam in Isaacio Angelo
apud Annam l. viii, quemdam τὸ δομῆστικόν
αἰτούμενον τῆ; ἀνατολῆς, apud eandem, l. ii, δομῆ-
στικὸν τῆς ἐσπέρας, l. vii προκεκριθέντα μεγάλον
δομῆστικὸν τῆς δύσεως, apud Nicetam laudatum et
Cantacuzenum δομῆστικὸν τῶν δυτικῶν θεμάτων
reperies.

P. 12. [Ὁ μέγας μιστρατής. Georgius Coresius
jeune quamvis, solus tamen hanc vocem exponit
in epistolis, et vult esse ducem satellitum, quorum
insigne fuit myrti ramus in pileo gestatus.

Ib. [Ὁ πρωτοκόμης. Qui principem ducem vel
agminis bellici caput hic intelligit, errat. Comes,
de quo sermo, θαλάσσιος, officium habet in classe,
ait auctor c. 5, versus finem, et magnum ducem,
drungarium magnum et admiratum pone sequitur,
juxta dignitatis gradum. Uno verbo retarcha est,
remigii præfectus, qui remiges agit, et dux est im-
pellendis remis, adestque gubernatori in regenda
triremi : comite, officier de galère. Leo in Tacticis
const. 19 : Οὐχ ὡς; ἔτυχε πάντων τῶν δρομίωνων
πορευομένων, ἀλλ' ἐπιστήσεις αὐτοῖς; ἄρχοντας ἢ
κατὰ πέντε ἢ κατὰ τρεῖς δρόμωνα; ἕνα τὸν λεγόμε-
νον κόμητα, ὅστις; ναύαρχός; τε καὶ ἡγεμὼν τῶν ὑπ'
αὐτὸν δρομίωνων ὑπάρχων φροντίζει προσεχέστερον
περὶ πάντων εὐκόλως, καὶ διατίθει; πρὸς; ἕκαστα.
Et paulo infra : Στρατηγοὶ δρουγγάριοι ἐκαλοῦντο;
ποτε τοῖς; ἄνω χρόνοις, καὶ οἱ ὑπ' αὐτοῖς; κόμητας
καὶ κένταρχοι. Eustathius quoque Iliad. i : Ναύα-
ρχον τὸν τοιοῦτον φασίν, εἴη δ' ἄν δ' τοιοῦτος δ' καὶ
κόμης; παρὰ τοῖς; ὑστερον. Qui cunctis hujusmodi
præest, πρωτοκόμης. Matthæo monacho jam exscri-
bendo πρωτοκόμης τῶν ναυτικῶν dicitur.

Ib. [Ὁ παπίας. Minor hic alio qui μέγας πα-
πίας. Intellige idem de eo qui sequitur, drungario
et myrtaite.

Ib. [Δρουγγάριος. Leo in Tact. const. 4 : Δρουγ-
γάριος λέγεται δ' μιᾶς; μοίρας; ἄρχων. Μοῖρα δὲ
ἔστι δρουγγος; τὸ ἐκ ταγμάτων ἔστι ἀνδρῶν τῶν
λεγομένων κομητῶν συγκαίμενον πλῆθος. Κόμης δὲ
ἔστιν δ' τοῦ ἐνὸς; τάγματος ἔστι βάνδου ἀφηγούμενος.
Drungarius itaque chiliarchus est sive tribunus,
nobis maistre de camp.

Ib. [Ὁ σεβαστός. Imperator Latinis Augustus
quondam dictus, Græcis σεβαστός. Aleium nihilo
secius ante tyrannidem arreptam reperio hoc no-
mine ab imperatore et senatu decoratum. Anna
ejus filia, l. i : Ταῦτα μὲν ἔστω; πλεονεκτήματα καὶ
πρὸ τοῦ θρόνου κατορθώματα, ὧν ἁπάντων γάρ;
ἀπέλαθε; παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος; τὴν τοῦ σεβαστοῦ
ἀξίαν, σεβαστός; ἀναρρόηθεις; ἐκ μέσης; συκλήτου.
Erat adhuc sub Constantino Monomacho non multis
annis Alexio superiore honoris plena σεβαστή; ὀ
appellatio. Alanam enim pellicem ille σεβαστή;
ἠνόμασεν, inquit Zonaras, καὶ εἰ μὴ τὴν βασιλίδα,
τὴν Θεοδώραν λέγω, πεποίητο δι' αἰδοῦς; βασιλίσσαν
τὴν ἐρωμένην ταύτην ἂν εἶπει. Iterum : τιτίμητο; δι'
ἡ γυνὴ σεβαστή, αὐτῆ; πρώτῃ τῆς; πρώτης; βασιλίσσης;
ἀπονεμηθείσης; καὶ ἀξίας; καὶ κλήσεως, καὶ ὀνομάζετο;
δέσποινα. Alexius tertium fratrem Nicephorum
renuntiavit sebastum, et iterum Zonaras, et Anna
in patris Vita : Νικηφόρος; δ' ὕστατος; ἀδελφός; μέγας;
δρουγγάριος; τοῦ στόλου; προέβληται, τῆ; τῶν σεβ-
C στῶν καὶ οὕτως; ἀνάκλησιν μετακλητός;. A sanguin :
regio alienis dignitas hæc postmodum collata :
recenset enim Nicetas quosdam Georgium σεβ-
στὸν, fratrem Andronici nondum Imperium adepti
uxoris; viluitque deinceps magis ac magis, legi-
turque in Isaacio Angelo, l. iii : Σταλαῖς; δ' σεβ-
στός; κύριος; Θεόδωρος; δ' Χοῦμος; χαρτουλάριος; ὧν
τῶν ἱποσταθμῶν. In hac dignitatum notitia 208
οὐραγοῦ vices obtinet, qui Alexii tertii tempore
circa CP captam πανσεβαστός; σεβαστός; ridicule
audiebat, Juris GR p. 285 in suprema margine,
GOAR.]

P. 12. Ἐπὶ τοῦ; κανακλειῶν ἦν. Male Junius :
Canicleo socer imperatoris præerat atque vehebatur.
D Sensus verus est quem expressi : tanta enim erat
caniclei dignitas ut posset impetrare filio suo filiam
imperatoris et filiam sibi. Exemplum invenies apud
Gregoram l. vii, et Cantacuzenum l. i. Græcis unico
vocabulo dicitur κανακλειῶν canacleus. Apud Ty-
rium, 22, 6, Canacelinus appellatur, ut et in Ligu-
rino Guntheri l. 8 : Græci cognominis usu Hinc
caniclinus erat, nobis camerarius idem Esse potest.
Radevicus cancellarium interpretatur l. i De gestis
Friderici imp. c. 47 : Unus de servis palatii, cana-
clinus videlicet, quem nos cancellarium dicere pos-
sumus. Verum nec camerarius nec cancellarius
erat, sed ordinis longe celsioris et augustioris. Erat
canacleum augustissimum et magnificentissimum
palatium, cui sub Theophilo imperatore iconοπα-

cho caniclei titulo præerat Theoctistus, tanta gratia apud Theophilum pollens ut quasi secundus imperator esset, teste Zonara in Theophilo. Ad junctum erat ejusdem nominis monasterium, in quod Nicephorus Botoniatæ Alexii Comneni et aliorum conjuratorum matrem et conjugem amandavit, ut scribit idem Zonaras in Alexio Comneno.

De canicleo seu præfecto caniclei Codinus p. 17 ed. Jun. : Ὁ ἐπὶ τοῦ κανικλείου ὄνομαστος, equo scilicet vel alio vehiculo intra aulam Cpolititanam; quod nulli alteri concessum. Magna erat dignitas, cujus passim sit mentio apud historicos Græcos. Joannes Curopalata in Michæle Rarabe : *Animæ quasdam maculas simulat se cuidam religioso explicare velle per Theoctistum, quem postea caniclei dignitate honoravit.* Eadem de caniclei præfecto Theoctisto Cedrenus, ubi de cæde Leonis Armeni agit. Idem Cedrenus scribit occiso prædicto Theoctisto a Barda, Bardam dignitatem caniclei in se transtulisse. Curopalata in Constantino Leonis filio : *Paulo post missus est ab Augusta patricius Basilus caniclei præfectus.* De eodem caniclei præfecto Theoctisto Zonaras in Theophilo imperatore : *Uxorem et caniclei præfectum multum obtestatus est (Theophilus) ne paterentur venerandas imagines reponi.* Idem Zonaras in Alexio Comneno : *Comneni rebus suis jam in tuto collocatis, matrem et conjugem ἐκ τῆς μονῆς τοῦ κανικλείου, ex monasterio caniclei, ad regiam accersiverunt.* Ubi Wolfius interpres, ex Canicleo monasterio. Ex qua versione suspicari quis posset canicleum fuisse monasterium, tametsi adjuncto palatio : nam monasterii, nominatim ei quod Hodegetria nominabatur, et templis præcipuis, ut Blacherniano, adungebantur palatia, in quibus imperatores vel pietatis vel recreationis causa aliquando versabantur. Hinc Junius τὸν ἐπὶ τοῦ κανικλείου putat præfectum fuisse arcis et monasterii hoc nomine in urbe Cpolitana. Quæ fuit etiam sententia Wolfii in indice ad Zonaram. *Canicleum*, inquit, *monasterium* 207 p. 123 et 224. Xylænder in notis ad Cedrenum num. 196 ingenue fatetur se nescire quid sit *caniclei dignitas*. Nicephorus Gregoras, lib. vii : *Erat tum procurator negotiorum imperii vir prudens et ob industriam et rei publicæ gerendæ scientiam imperatori charus, unde et auctoritate et opibus pollebat, Nicephorus caniclii præfectus. Is blandis sermonibus et obsequiis lenitate imperatoris conciliata, petit et accipit generum filiam ejus Joannem, indignante quidem et refragante imperatrice, sed tamen accipit.* De eodem Nicephoro caniclei præfecto Cantacuzenus, 1, 14 : *De senatu palatino præsentibus aderant magnus logotheta Metochites, onjus antea meminimus, et Nicephorus qui canicleo præerat et veli solebat, admirabili sapientia consilioque præditus, et ab imperatore benevolentia honoreque singulari dignatus, ita ut etiam Irenem filiam ejus Joanni despota filio suo nuptiis conjungeret. Hic Nicephorus prius imperatoris domesticæ administrabat : tum autem postea conflic-*

tatus functione illa abierat. Nihilominus summo enim honore imperator prosequeretur.

Ex hoc et prædicto Gregoræ loco intelligis quare præfectus caniclei *consocer* imperatoris appellatur; quia tanta erat hæc dignitas, ut præfectus caniclei posset filio suo impetrare filiam imperatoris et filiz filium. Hinc συμπεύθερος; nam præfectus caniclei a filia imperatoris, si nupta filio esset, vocabatur socer, et imperator a filia præfecti caniclei socer. Idem factum quando filius imperatoris in matrimonio habebat filiam præfecti canicleo.

Idem Cantacuzenus, iv, 40 : *Palæologus præsidem caniclei Angelum legatum mittit.* Nicetas Choniates lib. 1 de rebus gestis Manuelis Comneni, de Styp-piota agens : *Tandem ad caniclei magnificentum munus et intimam etiam imperatoris familiaritatem promotum magis etiam extulit.* Hanc tamen tantam dignitatem sua granditate inferiorem duxit Constantinus Mesopotamita, ut libro ii de Alexio Comneno scribit idem Nicetas : *Caniclei officium, inquit, quod Isaaco imperante obtinuerat, et rursus offerebatur, ut suo fastigio inferius renuit.* Georgius logotheta Acropolita in Chronico Cpolitano, non procul a fine : *Misit imperator ad regem Siciliae apostatæ generum per Nicephorum canicleum;* ubi ipse canicleo præfectus *canicleus* appellatur, ut et in disputatione Gregentii κανικλείων.

Duravit hæc dignitas ad imperii Cpolitani extrema usque tempora. Palæologus apud Phranzem, ii, 17 : *Duxi ego uxorem Helenam filiam Alexii Palæologi Exemplaconis, qui canicleo præerat.* In disputatione Gregentii imperator : *Erbæ seu Herbario patrius seu susceptor in baptismo factus Leonis nomen imposuit, et hypoclesionem (ὕπαρχλησιον) eum fecit, quem Romani patricium et caniclionem appellant.* Exstat hæc disputatio t. IV Biblioth. Patrum, cujus occasione Meursius varia philosophatur in suo Lexico, v. Πατρικίος. Observa non omnem patricium fuisse caniclionem, sicut hæc disputatio Gregentii affirmare videtur, quia unus canicleo præfectus erat, multi autem 208 patricii. Contingere quidem poterat ut canicleo præfectus patricius esset, sed id non erat necessarium.

Observa secundo falsum esse quod Meursius scribit : *imperatorem ecclesiæ et rebus ecclesiasticis præfuisse veluti supremum caput.* Nullus imperator orthodoxus hunc titulum sibi arrogavit : schismaticorum et hæreticorum hoc proprium est. Orthodoxi imperatores norunt se esse oves Ecclesiæ, non pastores, subditos, non capita. Defensores itidem ecclesiæ sunt : capitis nomen summo pontifici, Christi vicario Petrique successori non inviti relinquunt. Ne Calvinistæ quidem Puritani capitis ecclesiastici nomen regibus tribui ferunt. Notum est quam limis oculis Calvinus regem Angliæ ob hunc titulum assumptum aspexerit, et in Belgio quam ferventiores Calvinistæ obsistant ne fœderati

ordines pro capite ecclesie efferantur et agnoscantur.

Observe tertio salum esse quod Meursius dicit, patricium aliquem ὑπαρχλογοζα dictum tenuisse vicem imperatoris in hoc, ut ita loquar, capitaneatu ecclesie. Sed ut fictitium est vltim imperatorem catholicum pro capite Ecclesie sese venditasse, ita fictitius est iste patricius vicarius imperatoris in rebus ecclesiasticis. Et tamen hoc semel effudisse non contentus, id v. ὑπαρχλογοζα recinit. Scilicet imperator Judæum recentem a baptismo suum in rebus ecclesiasticis vicarium constituisset, etiamsi pro capite ecclesie se venditasset, rudem adhuc rituum Christianorum et ecclesiasticæ politie ignarum. Politica igitur dignitas erat, non ecclesiastica, quemadmodum et patricatus et præfectura caniculi.

P. 22. [Φακιώλιθα explicant quidem erudite Meursius et pressim ejus vestigia secutus Grotscrus, at non lucido. Lumen eorum dictis adhibeo. Φακιώλις (scribunt alii, φακιόλιον, φακιώλιον, φακιόλιον et φακιάλιον) æqualis est et fascia longior ex lino maximo. Palladius in Lausiaco: Οὐκ ἔθδθην ἐφόρειεν ἐκτὸς φακιάλου, linteum tulit nullum præter mantile oblongius. Hinc stola candidam collo sacerdotum circumpositam et a pectore pendentem (quam cum pileo, cum Batavis theologis, confundit Meursius) significat apud Germanum in Mystagogia (prave dixit idem Ilist. Eccles.) : Τὸ πετραχλιόν ἐστὶ τὸ φακιώλιον μεθ' οὗ ἐπιφέρειτο ὁ Χριστὸς ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως δεδεμένος καὶ συρόμενος ἐμπροσθεν. Stola sacerdotalis lorum est (funem dicere nequeo) quo vincitur et in anteriora tractus Christus deducebatur. Cidarius tamen sive tlaram capiti impositam, si ab inferiori parte circumcingat et involvat, Turcicum pileum jurda de vulgo dictum componit; ne propterea rogatus a me de phaceolide Goresius Chiensis rescripsit: Φακιώλις tiara est et militum pileus, propriæ, inquam, capitis καλύπτρα, Turcicæ περιαιδής, qua caput velut zona vel cingulo circumcingitur. Argente militum scripsit proprium. Turcorum nomen præcores duplicem habent pileum, hunc paci, illum militum æconomium: ille angustior, latio et sonansquam sine pileis vel panno nictolito, levis et expansus, qui nusquam φακιώλις audiat; strictior et magis brevior hic, at semper in fasces complicato linteo caput involvit. Ex quo illud Achmetis c. 226 a Meursio relatam sic expromes: Ἐάν τις φακιώλιον, εἰρήσει ἀξίωμα στρατηγικὸν μέγιστον, ἀναλόγως τεῦ τῆς ἐκ μήκους κυκλώσεως τοῦ φακιώλιου. majorem nimium, quo pro quæsiuatio longius circa caput φακιώλις circumducetur. Pileos et involucre ejusmodi capitis equosum a victoribus Francis, capta Spoli, imposita desit Nicetas circa calcem Historiæ: Τὰς ἀγυλὰς περιέβρασαν. καὶ τὰς ἔθδονσκεπαί: περιβρανοῦς καλύπτρας τὰς κορυφαί: τῶν ἐχημάτων περιτιθέντες

καὶ τὰ κατὰ νότου κεχυμένα λευκλίνα τὰς ἱππαιαίς γένουσι ἀυτῶν περιθόντες, ἀλλῆ καὶ ἀλλῆ τῆς πλεως ἐξίππάζοντο. Ex puro lino non fuisse phaceolides, sed auro interto ditatas, conjicio ex ejusdem loci lectione Græcobarbara: Τὰ χρυσοφάν:α σινδόνια, σάβανα καὶ προσώψια. Προσώψιον linteum quadratum est ulnæ cum media longitudinis, a mulieribus lectum ducentibus capiti impositum, tunc senatorum humeris præcipuum ornamentum. GOAA.]

Ib. Ἀπρωτοασηκρήτις. Scribitur etiam πρωτοασηκρήτης, πρωτοσηκρήτης, et extra compositionem ἀσηκρήτης, ἀσηκρήτις. Nomen ex Latio in Græciam translatum, dignitatis palatinæ index, et quidem multo majoris quam habeat is quem nos *primum secretarium* seu primum a secretis nominamus. Est enim iste primus in secreto seu senatu (σέκρετον Græci appellant), tam ut locum ubi senatus cogitur, quam ut ipsum cœtum seu concillium senatorum significat. Et σεκρετικοί sunt secretorum ministri, qui *secretariis*, hoc est senatoribus, a manu erant; tametsi secretarius Græcis itidem sæpius est quem Latini hoc nomine denotant, nempe scriba, actarius. Évagr. l. II: Ἀνέγνω Κωνσταντίνος σεκρετάριο: ἀπὸ σχίδου. Illud observatione dignum est, Latinos Græcorum imitatione scripsisse et usurpasse voculam *asecreta*, ut videre est l. IV, c. 19 ejus operis quod Carolo Magno perperam attribuitur; ubi est Leontius **242** *asecreta*. Apud Hincmarum, epist. 3, c. 16, habes *asecretis*, quod olim summi cancellarii nomen fuisse ait.

Adiamus et hoc propter cognationem. Σιλεντιάδης et σιλεντιάριος crebro occurrit in Græcorum libris, ut et σιλέντιον. Duplices statuit Glossarium, alteros minores, quorum munus fuerit populo silentium indicere, et ut silentium teneretur sedulo curare; alteros majores, quippe senatores: ut enim a secreto dicebantur *secretarii*, sic a silentio *silentiarii* dicebantur: nam quia senatores secreta tegere debebant et silere de rebus in senatu actis, ideo *secretarii* et *silentiarii* nomen eis ad hæsit; quamvis *silentium* dicebatur etiam oratio quam in silentio, hoc est in senatu, initio quadragesimæ imperator habebat. Zonaras Leonem phileosophum imperatorem adeo liliacis doloribus vexatum esse commemorat ut nequiverit habere in senatu περί ηησετέας τὴν συνήθη διάλεξιν, ἣ καλεῖται σιλέντιον. Cedrenus: σιλεντίου γενομένου, *congregato senatu*. Miscella historia in Leone: *Silentium contra sanctas ac venerabiles celebravit iconas*. Nec Græci his contenti fuerunt: etiam suas in chartas translatoant hæc mere Latina nomina σένάτων sive σένάτων, σένάτωρ, σινάτωρ; δηνάτωρ. Vide Glossar. Græco-Barb.

Ib. Reipmū nomina *blatus* et *blatina* et *trullæ*, quia aptiora non occurrebant: nam quæ Jamis affert de *hura* et *lora*, non unius assis æstimo; adeo sunt frivola. Codinus *trullæ* nomine intelligit pilei summam partem, qua clauditur et quasi concavo-

ratur : est enim *trulla* seu *trullon* seu *trullus* fornix sive concameratio, ut patet ex Codino l. de Originib. Cpolitianis, ubi agit de trulla Magnæ ecclesiæ constructa a Justiniano et reparata a Justino. Hinc etiam synodus Trullana seu in Trullo, quia habita est in secretario palatii, quod trullatum, ut sic dicam, seu concameratum erat. Verbo *τρουλλοῦσθαι* pro *trullam* aedificare utitur Codinus l. c. GRETS.

[*Τροῦλλαν* sive *τροῦλλαν* et *τροῦλλον* concameratum opus referre nullus ignorat. Eam ob rem pilei quæ clauditur et quasi concameratur, non modo summam partem *τροῦλα* significat, sed totum pileum, qui totus *τροῦλα*; cujus descriptionem satis ample posuimus cæpitâ superioris notis prima et secunda; ἀήρque in secunda memoratus, est qui dicitur in præsentî ἀκρον τοῦ σκιαδίου, γῦρος τῆς *τρούλης*. GOAR.]

P. 23. Variant hic codices Boici, ut notavi olim in notis ad Codinum. Sed res tanti non est; vulgata lectio proba mihi.

P. 24. *Siromasten*. Junius non recte interpretatur *ferream clavam*, ut patet ex c. 25 Numerorum, ubi Scriptura de Phinees : Καὶ λαβὼν σειρομάστην ἐν τῇ χειρὶ, etc. Καὶ ἀπεκέντησεν ἀμφοτέροισ, τὸν τε ἀνδρῶπον τὸν Ἰσραηλιτὴν καὶ τὴν γυναῖκα διὰ τῆς μήτρας αὐτῆς. Non ergo fuit clava, sed vel jaculum vel hasta. Hinc Aquila vertit *κοντόν*, Symmachus *δόρυ*. Vulgata editio: *Arrepto pugione confodit ambo*. Notavit hunc Junii errorem Rigaltius in Glossar. v. *Siromastis*. Apud Cedrenum, p. 700, Leo Melissenus increpat fratrem 243 Theognostum, ne imperatori maledicat; non obtemperanti imposuit aliquot plagas seu ictus, τὸν σειρομάστην ἐνταίνας. S. Hieronymus, epist. 53: *Legi enim siromastem Phinees, austeritatem Helix*; ubi et ipse pro *hasta* videtur *siromasten* accipere. Joseph. Antiq. iv, 6, vertit *romphæam* : Παίων τῇ ῥομφαίᾳ ἀπέκτεινε. Hesyichius ait *σειρομάστην* esse εἶδος λόγχης. S. Hier. in c. 2 Malach. interpretatur *σειρομάστην pugionem*, ut et Num. xxv; at III Reg. 18, et l. IV, c. 11, *hastam*. Suidas : Σειρομάστης εἶδος ἀκόντιου, λόγχη. Joannes Tzetzes : Πολλοὶ μὲν τὸ ἀκόντιον κλοῦσι σειρομάστην ὡσπερ κὰν τῇ Φινεὶς νοεῖται ἱστορίᾳ, etc., κυρίως δὲ σιδηρὸν τῶν τελωνῶν ὑπάρχει, ὡς μέγας ὀδελίσκος τις ᾧ πληττοντες τοὺς σάκκους τὰ κλεπτοτελωνούμενα νοοῦσι καὶ κρατοῦσιν. Videtur omnium commodissime verti apud Curopalatam *telum* seu *pugio*, quandoquidem *siromastes* ferebatur a magno tzausio ex sinistra parte zônæ. Ait Codinus hunc *siromastem* vulgo vocari *salibam*. Leo imp. Constitut. 7 : Εἰς τὸ ῥίψαι μηκόθεν ῥιπτάριον καὶ ματζοδάρθουλον, ὅπερ λέγεται νῦν σαλίβα ἢ καὶ τζηκῦριον. Glossarium scribit *ματζοδάρθουλον*. Anonymus de bello sacro : Σαλίβας εἶχον τουρκεϊκὰς. Junius dicit *σαλίβαν* esse vocem Arabicam. At quomodo scit esse Arabicam, cum nesciat quid significet? Non enim est militaris clava, ut ante diximus. GRETS.

[Indicant qui Meursium sequuntur, at non attin-

gunt vocis hujus sensum. *Siromaste* s'romasten exploro, et velut κλεπτοτελωνούμενον in obscuris Tzetzi carminibus (Chil. 13, tit. 492) νόω καὶ κρατῶ. Mercatoribus ex Oriente merces exportantibus non prius licet eas in naves congerere vel e portu abducere, quam vectigalibus colligendis præfecti sagmas omnes et vasa examinent, ne pretiosiores vel exportari prohibitas sub vilioribus et licitis occultent illi, ut ita vel de vectigalium pretio defraudent vel principi legem ferenti subtilius illudant. Explorant itaque publicani sagmas et strues sarcinarias, et colligatas quantumvis strictissime vel tenacissime junctas longo acutoque ferro perfodiunt, et sensu duce experientiaque magistra, quod ipse visu sum expertus, num serica fila verbi causa sub gossipinis vel metalla sub cere massa lateant, inquirunt et deprehendunt; ut fraude comperta multa pecuniaria vel verberibus dolorum artifices puniantur, ac regio jure detineantur merces et addicantur fisco. Verutum autem illud longius et acutius, ex aliqua cum *pugione*, *telo*, *hasta* similitudine, *σειρομάστης* vel *σειρομάστις* audit: quia veso præcipitem mercatorum in exportandis mercibus diligentiam reprimit et fraudes coercet, *σαλίβαν* vel *σαλιδάρι* vulgus appellat, *frenum* videlicet. Hisce perspectis nil difficultatis remanet in Tzetze absque interpretatione a Rigaltio Meursio et Gretsero, relato, nil obscuritatis in Hesychio, nil quod moram faciat in Codino. Hesyichius : Σειρομάστης σκεῦός τι σιδηροῦν, ὅπερ οἱ τελῶναι πρὸς ἔρευναν ἔχουσι, λαβὴν ξυλίην ἔχον. Cur illud in zona gerat tzausius, alibi discutimus. GOAR.]

Ib. Ἀμυράλιος et ἀμυράλης *præfectus maris*, ex Arabico *amira* seu *amirus*, inquit Junius, et Græco ἄλιος; *marinus*. Credat qui volet: ego assensum cohibeo. Transiit vox hæc ad Gallos, Italos et alios, quibus *amiral* est præfectus maris seu thalassiar-chus. Quod nomen sive absolute pro principe gentis sive pro præfecto maris accipiatur, mirifice a Latinis scriptoribus variatur, ut ostendi 244 (v. m). Il de S. Cruce, c. 12. Ἀμυράς princeps est, usitatum nomen apud Mahometanos Arabes, ut et ἀμυραῖος, quamvis et hoc sub amera minores duces denotet. Sigebertus in Chronico: *In regno Saracenorum, quatuor prætores statuit, qui omirai vocabantur, ipse vero amiras vocabatur vel protosymbulus.*

Ib. Ἐπὶ τῶν δεήσεων. Ita omnino legendam, et illud ἐπὶ τῶν δικάσεων procul relegandum. GRETS.

Ib. [Χειρῶρειον. Simon Portius : *Chirothecu*, χειρόκτι, χειρόρτι, χειροθήκη. Ἐγγερίων διεσχισμένην εἰς δάκτυλον vocavit Nicetas in Alexio Comnenno l. iii : Ἡ δ' αὐτὴ καὶ δορὰν χρυσόπαστον ἀγγερίων ἔχουσα, διεσχισμένην εἰς δάκτυλον, κωνητήναν εἶχεν ἕρνια, καὶ ἐξιοῦσα πρὸς θήραν ἐπέκλωζε τὰ καὶ ἐπαθῶζε. Vulgaris textus habet : Ἡ δὲ αὐτὴ τὸ χειρῶρειον χρυσόπαστον ἔχουσα, διεσχισμένην εἰς δάκτυλον, κωνητήναν εἶχεν ἕρνια. Carpit his verbis Nicetas ipdecens imperatricis factum: probrum tamen quo eam, velut *αἴας* ipsa, populus insecta-

hatur, non advertit interpres Nicotæ. Locum ne ignoretur adduco: relatum antecedit proxime. Ἐνιοὶ δὲ τῶν ἀγοράων καὶ τὰ μεμῆλα τῶν πτηνῶν, καὶ ὅσα ἢ φύσις ἐστόμωσε πρὸς μουσουργίον ἀεὶ μίαν ὑποβάλλοντες μάθησιν, καὶ ταύτην κοινόλαστρον, ἔδειν ἐπὶ στενωπῶν καὶ τριόδων. « Πολιτικὴ τὴ δίκαιον » ἐξεπαίδευσαν. *Edocuerunt ut canerent, Meretricis pretium*: subintelliges, *exige prostituti corporis*. Vertit interpres inepte: *Politica justitiam, πολιτικὴν* siquidem vocant hodierni *meretricem* ceu tota urbe publice expositam ac toti curiæ ob corporis prostibulum notam, Galli *courtisane*. Δίκαιον id est quod auctor non uno loco vocat *δικαίωμα pretium jure reddendum*. GOAR.]

Ib. Pro χαρτίον legendum videtur χασδίον, quæ vox vestem ex pilis vel villis confectam denotat. Est et χασειδίον apud Achmetem Oniropolam, c. 220, ubi invenies χασειδίον ἀπ' ἐρίων. In synodo Florentina: *Sedebat in equo pulcherrimo, nigro, καὶ εὐτρεπισμένον μετ' ἐρυθροῦ καὶ χρυσοῦφάντου χασδίον, qui ornatus erat rubro et aureis filis infecto tegumento*; ut proinde locus iste Codini ita reddendus videatur: *Scaranicum ejus indutum seu suffultum est panno ex pilis seu lana confecto*. GRETS.

[Χασδίον villosum sericum. Vocem refert concilii Florentini textus Græcus; verum ab interprete ommissam: Ὁ μὲν βασιλεὺς ἐκαθέζετο ἐφ' ἔπτου ὠραιότητος μέλανος καὶ εὐτρεπισμένου μετὰ ἐρυθροῦ καὶ χρυσοῦφάντου χασδίον. *Insidabat imperator equo pulcherrimo nigro, qui purpureo et auro texto bombyce heteromallo constratus erat*. Interpres: *Qui purpureo aureoque intertexto constratus erat tegumento*. Nihil melius qui posuit *ornatus erat rubro et aureis filis infecto tegumento*. Pessime omnium qui *χασδίον pannum ex pileis seu lana confectum* putat, et ἐνδεδυμένον *suffultum* vertit.

Ib. [Χρυσῶν ἢ ἀργυρῶν πετάλιον ζωγραφικόν, aurum vel argentum foliatum, subtilibus nimirum bracteis operi pictorio tenuatum. GOAR.]

Ib. Φουσατόν. Scribitur etiam φουσατόν, a fossa. Proprie significat castra fossis munita, item exercitum ipsum. Moschopolus: Φουσατόν ὁ στρατός. Hinc φουσατεύειν sive φουσατεύειν *exercitum ducere, et φουσατικῶς instar exercitus*. Inde etiam translatum est, præsertim a Latinis, ad fossas quascunque munitionis **245** causa factas. Robertus de Monte in Chronico: *Rex Henricus fecit fossata alta et lata inter Franciam et Normanniam ad prædones arcæidos*. Andreas presbyter in Chronico Bavarico: *Ratisponæ a porta S. Petri usque portam occidentalem fossatum exterius (der stadigraben) in toto perficitur*. Invenies hinc φουσατόν et φουσατόν. Quin et simplex vocabulum *fossa* suum fecere; et φουσατὴν *sedere, fossam facere*. Eadem notione usurpant σέδεται, pro castris scilicet. Suidas: Σίδεται τὸ φουσατόν. Ab eadem notione est ἀπληκτρον (significat enim castra) et ἀπληκτεύειν, ex Latino *applicare, castra metari*. Vide Rigaltium in suo Mixohar-

A baro et Meursium in suo Græco-Barbaro Glossario

P. 25. *Præfectus alogii*. Non satis mirari possum quid Junio in mentem venerit, ut vocem ἄλογον ab Hebræa *halac* (quod est *ire*) deduxerit, cum luce clarius sit ἄλογον esse vocem Græcam, quasi *dicos irrationale*; quo nomine recentiores Græci *dicos* significant. Anonymus apud Rigaltium: Ἄλογα ζῶα νοτοφόρα, ἀχοφόρα. Et absolute pro equis invenies apud Mauricium, Lennem et alios. Itaque Junianam *halocum* ablegetur ad nuntium seu viatorem, quem, ut Junius inquit, Turcæ appellant *hulac*.

Ib. *Matzuca* Junio est clava, ex Italico *Massa* vel potius Gallico *Massue*, ut inquit. Scribitur etiam ματζούκιον. Ibidem στηλειόν scriptio pro conto seu hastili matzucæ, *der stiel*; in ejus vertice erat βουτίον, butta, *cupa* seu *cupella*. Scribitur quoque βουτίον seu, ut Rigaltius, βούτιον, βούτζη, βούτζον, βούτις; quæ non tantum cupam seu cupellam, sed ipsa etiam integra vasa vinaria significant, ut te in Glossariis suis auctorum testimoniis docebunt Rigaltius, Meursius et Casaubonus a Capitolinum et Flavium Vopiscum p. 412, 522. Germanis inde venit *butten*, de vase dorsuario, quo uvæ jam a vindemiatoribus resectæ per destinatos ad id homines colliguntur et ad torcular deferuntur: quantum *buttas* iidem vocant alia dorsualia instrumenta, ad similitudinem vinarii illius facta. Quid? quod Græci cupam quoque in suam linguam translulerunt, κούπα. Assertur etiam βούτινον, *butina* pro lagena. Butto sacre suppellectili adiungitur ab Anastasio in Leone IV: *Obtulit in basilica b. Petri apostoli buttonem de argento purissimo*. Igitur, ut hinc aheamus, *contus dicitur iudicis protalogarioris* habebat in vertice βουτίον, id nimirum quod Germani dicunt *ein kiippelien*. Verum hæc omnia eversum it Meursius, qui in Glossario v. βουλλιον affirmat legendum non βουτίον sed βουλλίον, quod est *orbiculus, circulus*. Sed cum hoc sine ullius nob. codicis auctoritate asserat, non est cur nostræ lectionis, quæ calamo exaratis exemplaribus fultur, nos aut pœniteat aut pigeat, nisi quis malit legere, τουφλον *flammulum* a tupa seu tufa. Suidas: Στελειδς τὴ τῆς ἀξίτης ξύλον, etc. *stiel an der axl*. Et forte hic etiam scribendum *στελειδς*, non *στηλειδς*. GRETS.

Ibid. [Ἡρ ἰδιωτικῶς καλοῦσι ματζούκιον. Ita est: *clava* ἰδιωτικῶς et vulgo *ματζούκα*, et ut erudite Greterus, e Gallico *massue*, vocatur: **246** at non ἰδιωτικῆ et vulgaris *clava* est hæc πρωταρχάτορος ματζούκα, sed honoraria, eaque capitata virga, quam apparitores seu accensi gestant ante principes, cardinales, rectores, in potestatis symbolum et excellentiæ argumentum, *la masse*; unde et ipsi *clavati apparitores et clavigeri accensi* nuncupati. Nil itaque hic ad propositum castrense ματζούκιον, de quo Rigaltius et Meursius, qui ματζούκιον et ματουκάκιον Theodori cujusdam cognomen apud Nicetam in Manuelis I. vii cum appellativa hac dictione temere confundit. Ad rem. Virgæ hujus capitata ma-

manubrium scribitur correcte στηλειός, quod *columellam* imitetur, quamvis apud Crispinum securis manubrium στηλειός, στελειός, στελεός, σταλειόν, σταλειόν et σταλειά scribatur. Βουτιον εἰς τὸ ἄκρον quid sit inquirendum: *butta* enim et *caprae*, ac *integra quoque vasa vinaria*, de quibus Gretserus, Meursius, Rigaltius, ab hoc insigni removenda. An vero βουτιον quasi φοῦτιον diminutivum φοῦτας, cujus inter varias capituli præcedentis lectiones est mentio, cujus idem est ac τούφας sensus, ita ut caput et apicem claviculae istius crassiorem et extremum nodum significet? an iterum βουτιον, quod nodus ille oblongior *buttam* et *vegetem* sua figura imitetur? An denique βουτιον non in claviculae superiori vertice, sed in imo extremo inspicendum, ita ut velut os in acetabulo, imum illud manubrium ἐν βουτίῳ seu in craterculo et cupella includatur, quo et firmiter teneatur et ei, quod panno coccineo superindutum sit ornamentum auro addito crescat? Minus displicebit indutum illud manubrium, si summa in parte caput deauratum, in ima craterculum huic proferat, in media tandem δέμα ὁμοίως κεχρωσμένον, non *ligamentum* quolibet, sed vinculum, sive *laminam auratam* illud ornate ambientem ostendet. Βουτίετιν porro est *immergere* vel *immittere*, videlicet in rem profundam; ac propterea acetabulum aureum, cui commissa fuerit extrema claviculae pars, βουτιον non immerito nomen assequetur.

P. 26. Χρυσάφου Simon. Portius: Χρυσάφι vice χρυσάφιον, χρυσάφι, χρυσίον, χρυσός, *aurum*. Meursius corruptissime legiit χρυσάφη, nusquam usitatum. Dicitur χρυσάφι: *flum aureum*, et aurum quodcumque alteri rei additum, quasi χρυσάπτον; quod hic etiamnum clarissime deprehenditur. GOAR.]

Ib. Mirum est quomodo Junius hic βεστιαρίον interpretatus sit *vestibulum*, et τὸ πρωτοβεστιαρίτην *principem vestibuli*. *Errant viri docti*, id est Junius, ut ait Meursius, *qui ita interpretantur*; ubi iterum Junianum delirium viris doctis ascribitur. Sed quid vestiarium? Suidas: Βεστιαρίον παρὰ Ῥωμαίους τόπος ἐνθα ἡ ἀναγκαία ἀπόκειται ἐσθῆς. Moschopolus: Βεστια παρὰ Ῥωμαίους ἱμάτια, ἐξ οὗ καὶ βεστιαρίον κυρίως, ἐν ᾧ τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα φυλάσσονται. Dicebatur vestiarium praeses etiam *abestarius*; et vestiarium generalius ταμιεῖον βασιλικόν, *ærarium imperatorium*, apud Choniatem, citante Rigaltio.

P. 27. Tzangratorum (ita ubique scribendum, non *tzangatores*) a tzangris, arcus cujusdam genere, ut ex Cantacuzeno liquet l. 1, ubi de machina quadam bellica agens dicit in quolibet καταστρώματι εἰς (erant autem quinque) fuisse octo τῶν ἐκ τῶν Ἰαταρινικῶν τῶν λεγομένων τζαγγρῶν ἀφιέντων βέλη. Ibidem: Καὶ τῶν ἀπὸ τῶν τζαγγρῶν ἀφιεμένων βέλων. Male ergo Junius p. 313 facit ex tzangratoribus *milites spatharios*, cum fuerint sagittarii et arcitenentes. Male etiam nomen ipsum deducit a voce orientali *saga*, quæ, 247 ut inquit, *significat copiam, densum et confertum esse*. Nimirum, quoties Junius non habet quod dicat, ex Oriente dicendi

A occasionem quaerit. Quanto verisimilius deduceret ab Germanico *zangen*?

Ib. Τῶν μουρτάτων. Originem hujus nominis, non explicant auctores.

Ib. Τῶν τζακόνων. Nomen hoc ex Hebræa lingua deducit Junius in schol. p. 304, quidquid dicat Gregoras, l. iv hist. Byzantinæ, qui quos veteres vocabant *Laconas*, a recentioribus istis Græcis *Tzaconas* appellatos scribit, exigua eaque quotidiana litterarum immutatione. Nec absterretur Junius, quamvis hodie quoque regio Peloponnesi, olim Laconia, dicatur Tzaconia, et incolæ (Paucelet. Turc. p. 30 et Turcogr. l. vii, p. 489) Zacones seu Tzacones; valdeque usitata sit Græcis recentioribus litterarum TZ in aliarum locum substitutio; hinc τζακίζω pro λακίζω, *lacero, rumpo*. Quare qui Tzacones ab Hebræo *tzuck* potius quam a veteri Laconum appellatione dictos existimat, is cur non quidvis sibi persuadeat causam dicere non potest.

Ib. *Orientalium thematum*. Exstat libellus Constantinii Porphyrogeniti Περὶ θεμάτων ἀνατολικῶν, quem Græce et Latine edidit Vulcanius Batavus, notisque illustravit; in quibus, præter cætera: *Varias esse τοῦ θέματος significationes nemo ignorat. Glosse veteres interdum interpretantur θέμα positionem, casum, interdum θέμα τοῦ ἀνθρώπου constellationem, quod idem est ac positio, interlum legio τάξις, θέμα. Ex quo liquet θέμα idem esse quod τάξις vel τάγμα, hoc est legionem. Justinianus imperator in Novellis plerumque hæc τάγματα vocat στρατιωτικούς καταλόγους*. Subjungit: *Quo fit ut Hier. Wolfso non assentiar, qui θέματα provincias vertit in Zonara; ut nec Enimundo Bonifidio, et doctori innumato, cui id acceptum fert, qui adnotationibus suis in jus Orientale locum illum ex constitutione Isaacii Comneni, καὶ ἡ σύμφωνος κατάθεσις τῶν δλων θεματικῶν παρέστησε τῇ βασιλεῖα μου, interpretatur θεματικῶν provincialium: quos ego potius legionarios verterim. Inter τάγματα vero sive legiones et θέματα hoc tantum est differentie, quod illa florente imperio Romano ut justæ legiones ita dicte fuerant, quæ postea imminuto truncatoque Heraclii temporibus eodem imperio θεμάτων appellationem, descendentibus a veteri amplitudine legionibus, sint consecuta. Quod ipsum testatur hic noster dicens: Ἄλλὰ πρόην καὶ κατ' ἀρχὰς τάγματα τινὰ καὶ λεγεῶνες ὑπῆρχον ἀναγεγραμμένα κατ' ἔθνος. Equibus legionibus recenset legionem 40 martyrum, de quibus Basilius: Οὗτοι ἡλικίας ἀκμῆ καὶ δυνάμει τῶν κατ' ἑαυτοὺς πάντων διενεγκόντες εἰς τοὺς στρατιωτικούς τελεῖν ἐτάχθησαν καταλόγους, hoc est, ut vertit Budæus, in cohortes et numeros legionum alloci sunt. Apud Cedrenum p. 466 in Copronymo accipitur θέμα pro præfectura, εἰν πflug: τοὺς ὑπὸ θέμα τῶν θρακησιῶν ὄντας. Paulo post, ὥστε ἐν ὄλφ τῷ ὑπ' αὐτῶν θέματι. Edidit Fridericus Morellus, professor Parisiensis, libellum Græco-Latinum de Occidentalibus Thematibus.*

248 P. 27. *Magni myrtaitæ*. Junius *murtatos* et *myrtatam* ab Hebræo repetit, eadem felicitate qua *tzacones* ex iisdem *runabulis* educti. At quis *myrtaites*? *audiamus Glossarium*. *Viri docti*, id est Junius, *putant fuisse magnum præfectum τῶν μουρτάτων, de quibus paulo ante diximus. Sed falluntur; nam in eodem Codino est p. 43: Τὸ τοῦ μεγάλου μυρταίτου ὑπέρηγμα ἀνεπίγνωστών ἐστίν. Imo præfectus eorum στρατοπεδάρχης dicebatur. Idem Codinus, p. 27: Τὰ τοῦ στρατοπεδάρχου τῶν μουρτάτων, εἶα τὰ τοῦ στρατοπεδάρχου τῶν τζαγγατόρων. Iterum: Καὶ ὁ τῶν μουρτάτων στρατοπεδάρχης ὁμοίως. Itaque de eorum errore satis liquet. Hæc Glossariographus in Junium. GRÆC.*

Ib. Γαμματίζον. Retorta in transversum baculi extremitate in rectum angulum, littera Γ et διακρίσιον γαμματίζον elucet. Sunt et pontificum φανώλια γαμματίζοντα *casulæ*, ut ita dicam, *gammatae*, illæ nimirum quæ *gammaton* quaternariis *crucem* componentibus totæ respurguntur, $\begin{matrix} \text{II} \\ \text{II} \\ \text{II} \\ \text{II} \end{matrix}$ ex quo *σταυρίων* sortiuntur *appellationem*, qualem *Ludovici Adeodati regii nummi* promerentur, et littera L *nomini suo sacra*, quater ac semper *diversimode picta*, *crucem*, *insigne Christi γαμματίζον*, *oculis objiciunt*. Στεχάριον διὰ γαμμάτων in *meditatione* de *patriarcharum privilegiis* apud *Balsamonem* lectum hinc patet. *Constare etiam potest γράμματα, de quibus Balsamon idem ad 27 canonem Trullanum, cum gammatis non esse confundenda; hæc enim non nisi tertiæ uniusque litteræ figuram, alia quamlibet opere Phrygionico vel penicillo delineandam devotant. GOAR*]

CAPUT VI.

Observationes et explicationes in caput 5 Codini quod est de ministeriis aulicorum.

P. 28. [*Οὐδέμιαρ ὑπηρεσιὰρ ἔχουσιν*. Quod alibi dictum, hic observandum rursus: aliud *ὄφφικιον*, aliud *ἀξίωμα*. Hoc dignitas est solummodo, et honorem promeretur: illud obsequium præstat, et mercedem stipendii que requirit. *Despota, sebasocrator et Cæsar* nullo munere funguntur, quia non *ὄφφικίου*, sed *ἀξιώματος* honore ultimis temporibus gaudebant; unde *ἀξιώματικοί* sincerius quam *ὄφφικιαλοὶ* censendi. Ex *ms. regii* unum *ἀξιώματα* ἀπὸ τῶν *ὄφφικίων* manifeste dividit, et illa quidem esse *despotæ, sebastocratoris, Cæsaris, panhypersobasti* et *protovestiarii*, quod sum miratus, asserit; sub *domestico* reliqua inter officia receaset.

Ib. [*Ἐγερσιὰρ βαλλικὰν πρæfecturam* interpretor: officii etenim *alicujus onus* principibus hujusmodi *impositum nusquam affirmaveris*. *Leo const. Tact. 4: Στρατηγὸς ταῖνον προσαγορεύεται ὁ τοῦ παντὸς στρατοῦ κορυφαῖος τε καὶ ἡγεμῶν.*

Ib. [*Ὁ παρυσπερθέβατος οὐδεμίαν ὑπηρεσιὰρ ἔχει*. Est enim honores, non ministerii, titulus ab *Alexio Comneno* adiuentus.

Ib. [*Ὁσπερ ὁ μέγας δομίστικος*. Existat præcla-

rum hujusce loci non adeo *testimonium* quam *commentarium* apud *Nicetam* in *Manuele Comneno*, l. 2, ubi *copiosa classe navium, hominum, armorum, victuum* 249 *descripta*, Οὕτω τοῖνον, *inquit, καὶ ὡς ἔφατο καλῶς, τὰ κατὰ τὸν Σικελικὸν πόλεμον παρασκευασάμενον ἀνάγεσθαι μὲν κελεύει τὸν στόλον τοῖς ἐρέταις καὶ κελευσταῖς λύσαι τὰ καρχήσια, μέγαν δούκων προβαλόμενος τὸν ἐπ' ἀδελφῇ γαμβρὸν τὸν Κοντεστέφανον Στέφανον, ἀπαίρειν δὲ καὶ τὴν περὶ τὴν στρατιάν ὑπ' ἀρχηγῶς ἐτέροις, ἀλλὰ θη καὶ Ἰωάννη τῷ Ἀξούχῳ τῷ μεγάλῳ δομίστικῳ. GOAR.]*

Ib. *Flammulum* sive *crucem*, etc., ἢ τὸ τοῦ στρατοῦ μετὰ *κυροδόλων*. Junius: *Auf exercitus flammum cum ignitis telis*. Inepte; cui longe adhuc *ineptior explicatio* additur p. 286: *Ποσ αλιεῖον ἐστὶν flammum, quod archistratego, ut appellatur, c. 6, præferri solet, siquidem hic alijs quam imperator est; quomobrem exercitus flammum appellatur, in quo expressa erat fulgurationis et fulminationis species*. *Nugæ*. Legendum *επιμ ἦτοι τὸν σταυρὸν μετὰ κυροδόλων*, ut *habet codex Bavaricus et Lautherianus*. Hoc enim dicit: *Τοὺς ἄρχοντας ὦ; κεφαλὰς præferre, erigere et statuere solito consuetum flammum seu vexillum regium vel crucem radiantem seu radios instar ignis emittentem*. Sed Junius ex hoc *scripturæ compendio* *στρον* fecit *στρατόν*, et ex ἦτοι, quod in omnibus nostris *colicibus legitur*, ἢ τὸ, *affecto etiam articulo τοῦ*. *Quo consilio?* licet tandem in *additionibus* hanc *codicum nostrorum germanam lectionem* ipse quoque *annotarit, sed sine approbatione et explicatione*. GRÆC.

Ibid. [*Φλάμουρον*. Non dubium quin *φλάμουρον* sit *legendum*, ut ex *positis* apud *Rigaltium* et *Meursium* *exemplis* constat: hæc tamen est *linguæ corruptio*, ut *addito π* ex ea quam *habet ad μ* *affinitate* etiam *λ* in *ρ* *mutetur*, quam *litterarum permutationem* demonstravimus *hodiernis familiarim*. An ita vero *cunctis σύνθητες βασιλικόν* hoc *φλάμουρον*, ut in *singulis cohortibus, legionibus, acholis unum tantum explicaretur, ac unius coloris et figuræ* esset in omnibus? Ita præcipit *Leo in Tacticis const. 6*, licet in *similibus vexillis colorum varietatem* non *omittendam* suadeat: *Προστάσομεν δὴ καὶ τῆς κεφαλῆς τῶν βάνδων ἐκάστου τάγματος ὁμοχρότους γίνεσθαι, καὶ τὰ φλάμουλα ἐκάστης τούρμας ἢ δροῦγγου ἰδιόχροα εἶναι. Ἐνα δὲ καὶ καθ' ἕκαστον τάγμα εὐκόλως ἐπιγινώσκῃ τὸ ἴδιον βάνδον, δεῖ ἕτερα εἶδη καὶ σημεῖα προστιθέναι ταῖς κεφαλῆς τῶν βάνδων, τοῦ γινώσκεισθαι αὐτὰ, καὶ κατὰ τὰς τούρμας καὶ κατὰ τοὺς δροῦγγους καὶ κατὰ τὰς βάνδας. Bandum a flammulo discriminat: illud enim quadrum, hoc longius, fissum in medio ac in acumen desinens, quo flammam sive *κυρμίδα* sursum latam imitetur, et *Francorum flammum originnum*, *Francisique vexillis, bannières*, nomen imponat.*

Ibid. [*Τὸν σταυρὸν μετὰ κυροδόλων*. Hæc sunt *Cropolis insignia, crux aurea* in *coccinei coloris* *seno* *posita, ac in spatii inter crucis ramos*

vacuis littera B quater descripta, quæ cum πυρξ A
 ὄψω, chalybi ex quo excutitur ignis (igniarium
 vocant, *fusil*) sit non absimilis, exinde Orientis
 Imperatorum quatuor chalybes igniaris in insigni-
 bus genere creditum. Est tamen littera B quater
 picta, quatuor sequentium verborum initialis, βα-
 σιλεὺς βασιλέων βασιλεύσει. Vide Mar-
 cum Vulsonium in Scientia Heroica.

Ibid. [*Ἐμπικρον*. Ut in mari, etiam quod habet
 Imperator in terra robur, effulgeat. De vexillo
 ejusmodi videtur Nicetas locutus in Alexio II: Ὁ τοῦ
 βασιλέως στρατὸς τὰς σημαίας τῶν ἡψίδων ἄνωθεν
 ἐστησαν, αἱ τοὺς βασιλεῖς εἰκονίζουσι.

Ib. Ἐχει δὲ ὅρα αὐτόν. Hic est omnium ordo. Ma-
 gnus dux toti classi imperat; magnus drungarius,
 seu vices gerens, singulos triremium 250 drun-
 gos ordinat; amiralius toti navali exercitui vexil-
 lum sive regium flammulum præfert; protocomes
 remiges omnes sub sua dispositione tenet; drun-
 garius certum triremium vel navium numerum
 gubernat, duodecim nimirum aut quindecim; co-
 mes quatuor aut quinque triremes gubernat. Hæc
 ex hucusque sparsim dictis: ad alia properandum.

P. 29. [Φέρει τὴν τοῦ βασιλέως σπάθη. Fran-
 ciorum exercituum summo prætori (*connestable*),
 qui Græcorum magnum domesticum exornat po-
 testate, ac regis equis et equis omnibus præfecto
 (*grand escuyer*), qui protostratorem in Christianis-
 sima curia agit, juris hoc concessum ut uterque
 regium enses tractet, ille quidem nudum, hic va-
 gina lætium et balteo serico liliis aureis resper-
 sudentem; de quo de *Hailan*, Vulsonius et alii.

Ib. [Τοῦ κόμητος τῶν βασιλικῶν ἵππων.
 Ἰσὸς στρατορῶν πρωτοστράτορι subiectos præcipuus
 est κόμης τῶν βασιλικῶν ἵππων, idem qui *equiso*
regius.

Ib. [Ὁ πρωτοστράτωρ ἀπὸ τοῦ χαλινοῦ λαβῶν.
 Donatio Constantini: Ἡμεῖς δὲ στρατοροῦ ὀφει-
 κιον ὑπελθόντες, καὶ τὰ χαλινὰ τοῦ ἵππου αὐτοῦ
 κατέχοντες, τῆς αὐλῆς τῶν ἱερῶν αὐτοῦ ἔξιμεν ἀ-
 ακτόρων, αἰβοὶ καὶ φῶψ τοῦ κυρίου μου τοῦ ἁγίου
 συνεχόμενοι Πέτρου. Nicetas in Alexio III: Ὁ μὲν
 ἵππος προσάγεται παρὰ τοῦ πρωτοστράτορος ἀπὸ
 τοῦ χαλινοῦ ἔλκυσθεῖς.

Ib. [Ὁ μέγας χαρτουλάριος. E chartulariorum nu-
 mero pene immenso, quorum alii cursus, alii sacri
 cubiculi, alii magistrorum pedum et equitum, hic qui
 stabulorum intelligitur. Alias quodam viri togati et
 tabulas tractantis ad militiam equos et arma consorti-
 um? Suggestit testimonium Zonaras in Isauro:
 Παῦλον τὸν τῶν βασιλικῶν ἵππων ἐπιστατοῦντα
 (χαρτουλάριον ἢ Ῥωμαίων οἰδὲ τοῦτον λέγειν φωνῇ)
 πατρικιον τιμῆσας καὶ στρατηγὸν Σικελίας. Pro-
 fert Nicetas aliud in Isaacio Angelo: Χοῦμνος χαρ-
 τουλάριος ὢν τῶν ἵπποστάθμων. Subest protostra-
 tori et administrat. Hanc palatii portam nulli, nisi
 donaverit imperator, equiti præterire licet. Nicetas
 in Manuele: Ἐστειν ἀσμένως τὰ βασιλεῖα. Ἐν δὲ

τῷ παρίναί μεθ' ἵππου Ἄραβος ἑριαύχενος, τὰ ἀνά-
 κτορα καὶ μέλλειν εἰσέναι διὰ τῆς πύλης μεθ' ἧν ἡ
 ἐκ τῆς Ἰβρίας ἀπόδοσις ἐφέται μόνοις τοῖς αὐτοκρά-
 τορσιν.

Ib. [*Πεζεύειν*. Ex equo in terram desillire, et
 πέζυμα locus in quo relinquitur equus et pedibus
 via conficitur. *GOAN*]

Ib. Στρώσια καὶ συρτά. *Hind* a στρώνσιω, quod
 est *sterno*; hoc a σύρω, quod est *traho*. *Mit* tam
 quoque equi, quos vacuos sæcum ducebant, appel-
 labantur *συρτοί*, ut docet Glossarium ex Constanti-
 nini Tactis. *GRETS.*

Ib. [Quibus sternentur ephippiis et phaleris,
 docet post Theophanem Cedrenus in Mauricio: Ὁ
 ἵππος τοῦ βασιλέως ὁ τὸν χρυσοῦν περιειμένος
 κόσμον. Describit Anna Vitæ patris I. 1: Ὅρα τὸν
 ἵπποκῆμον τοῦ Βρυεννίου ἵππον ἐπισυρῶμενον, τῇ τε
 ἀλουργῷ ἐπεστρίβει κακοσημένον καὶ κατάχρυσα
 τὰ φάλαρα ἔχοντα. Uno verbo χρυσοφάλαρον ἵπ-
 πον vocat paulo inferius, ut et Nicetas I. VII Ma-
 nuelis. Gregoras, IX, 7: Μετ' ἐρυθροβαφῶν ποση-
 μάτων sect. 10: Μετὰ τῶν ἐρυθρῶν ἐπεστρίδων.
 Στρώσιον autem, quod et ἐπεστρίς, dicit nomen
 equo, diciturque ὑπόστρωμα apud Annam citatam
 I. IV, adeoque longum et lateribus pendens asserit
 ut etiam calcearis ferrum illi referat infixum: Ναὶ
 μὴν καὶ ἡ τοῦ μύσπος ἀκμή τοῦ ἀριστεροῦ ποδὸς
 ἐνδακούσα τὸ ἄκρον τῆς ἐπεστρίδος, ὃ ὑπόστρωμα
 λέγουσιν, ἀκλινέστερον τὸν ἵππότην ἔπολε. Loquitur
 de regio eodem equo, quem I. I narraverat
 Bryennio tyrannidem 251 audenti ereptum μετὰ
 τῆς ἐρυθροβαφοῦς ἐπεστρίδος, ut ipsa iterum I. IV
 testatur.

Ib. [Περὶ τῶν συρτῶν Meursius eruditus.

Ib. [Καβαλλαρικιον *caladromus*, *domitica arena*,
manège. In palatio, id est in aræ parte.

P. 30. [*Stragulum ephippium* est ἀάγισμα. Leo
 Grammaticus in Michaelē Theophili: Εὐρην ἀεὶ ἐν
 ἐντετυλιγμένον ἐν τῷ σαγίσματι τοῦ δεξιῦ ἵππου,
 οὗ ἤλαυνεν. *Alia* apud Meursium. *GOAN*]

Ibid. Σκαπουλλῶν. Ita legendum loco illius xa-
 πουλλῶν. *GRETS.*

Ibid. [Σκαπουλλῶν. Sensus, non vocis eous
 venandus. Σκαπούλιον quidem Latine *scapula* sono
 simile, at sensu longe semotum, cum oppositam
 fere animalis partem referat, *tergum* videlicet ac
imos lumbos. Σκαπούλα vulgus profert; de qui-
 bus Simon Portius: Σκαπούλα οὐροπύγιον τοῦ
 ἵππου, *tergum equi*; nos *la croupe du cheval*. Hieronymus
 Germanus in Italo-Græco vocabulario: *la gropa del cavallo*,
 τὰ ἑκαπούλα. Auctor porro
 equorum comiti, regio equo iasidenti, nunquam
 totum ephippium sagulum ad armos et collum
 usque, sed ad mediam tantum ephippii sedem
 substerni scribit; quod etiam a pedissequis ho-
 noris erga dominos causa videmus observari, si
 quandoque heriles equos consendant. *GOAN*]

Ib. Στρατορικιον verti cum Glossario, locum, in
 quo strator imperatorem in equum sublevare so-

let; nisi mavis reddere locum in quo equi ster-
nuntur. GRETS.

Ibid. [Stratorum locus et statio est στρατορίκιον, non is quo illi sublevant imperatorem in equum, πέζωμα jam ab auctore vocatum.]

Ib. [Ephippiaria pila, qua apprehensa exsilit eques in equum, est κομπώσιον, quod sit εφίππι κóμπος, de quo supra. Adnumeratur vero ephippio, ut in comitis equorum jus transeat, eo quod ex auro lapillis ornato confici solet. Περί τῶν τουφῶν dictum est alibi. GOAR.]

Ib. Lego τουφῶν pro φορούντων, vel φουτῶν, de quo jam supra satis, c. 4.

Ib. De Theophilo imp. acerrimo iconoclasta lege Cedrenum, Zonaram, Manassem, Glycam. GRETS.

Ibid. [Θεόφιλον φασι. Diffusius, at in eandem mentem narrat historiam Cedrenus: diversam habet Leo Grammaticus in Theophilo. Conferet utrumque lector, ubi hic lucem aspexerit. GOAR.]

P. 31. Rucharium vestiarium. GRETS.

Ibid. [Vestiarium est, sicut et βεστάριον: ut nihilominus subindicatum ab auctore discrimen inter utrumque observemus, dicendum βουχαρείον esse cubiculariorum conclave ad sacrum cubiculum. Favet synodus Florentina ultimis pene verbis, quæ non in sacro cubiculo, sed in conclavi vicinior, ἐν τῷ βουχαρείῳ τοῦ βασιλέως, Græcos pontifices tomio unfonis subseribentes manifestat. GOAR.]

Ibid. Σπάθη *spatha*, ensis. Spatharius *ensisifer* vel *satelles*, σωματοφύλαξ. Protospatharius, primus inter spatharios, spatharocandidatus. Σπαθαροκουβικουλάριος, *spatharius cubicularius*. Spathatus, *spatha* munitus. Σπαθία *spatula*. De quibus vide Meursium et Rigaltium in Glossariis. Ex dialogis S. Gregorii non ignotus est spatharius regis Totilæ. Et apud nonnullos Germanos instrumentum quoddam fossorium *ein spath*.

252 P. 31. Τζαγγία. Melius τζαγκία, τζάγκα, *tzanca*. Proprie calcei Imperatorii; et calcearius, qui eas consiciebat, τζαγγάς vel potius τζαγκάς dicebatur, non ut alii sutores τζαγγαριος, seu τζαγκάριος. Ita enim hic legendum est, non τζαγκάριος, ut edidit Junius, cui *tzanca* et *tzancia* non placent, magis arrident *tzaggæ* et *tzaggia*, ut habeat occasionem nomen hoc deducendi ex Arabica lingua. Sed potior est apud me fides codicum Lautheriani et Bavaricorum et Simeonis magistri officiorum in Pandecte Turcæ. 199, qui τζαγκία et τζάγκας nobis exhibent; tametsi altera lectio illa τζάγκα, τζαγγία τζαγγάριος simpliciter rejici nec potest nec debet. Scribitur etiam τζαγκάρης: hinc τέχνη τζαγγαρχική, *ars sutoria*. Transiit hoc nomen ad Latinos. Trebellius Pollio: *Zanchas de nostris Parthicis paria tria*. Ubi Casaubonus: *Barbarici calceamenti genus tzangas vocarunt. Sed varie scribitur hoc verbum. In codice Theodosiano de habitu intra urbem leg. 2 tzangæ; in tertia tzanca. Græcis τζάγκα aut τζαγγία, et τζαγγάριος harum artifex apud Tzetzem in Chiliadibus. Acroni zungæ.*

Persarum vel Parthorum fuisse gestamen magni pretii ex hoc loco et similibus apparet. In fastis Græcis leguntur hæc de rege Lazorum: Τὰ τζαγγία αὐτοῦ ἦν ἀπὸ τῆς χώρας αὐτοῦ βουσατα, Περσικῶ σχήματι ἔχοντα μαργαριτας. Synodus Aurelianensis can. 22: Monacho orarium in monasterio vel zancas habere non liceat. GRETS.

Ibid. [Τζάγγια, Meursius *tzangæ*, alii *calceamenta barbarica*. Cujus formæ fuerint non exponunt. Illis etiamnum hodie utuntur in Oriente viri et mulieres promiscue; suntque cothurni ex varie coloratis pellibus tibiam adusque genu pressim et strictim tibialium more vestientes, quales jam suo tempore usitatos describit Procopius de ædific.

B Justiniani I. III: Ὑποδήματα μέχρι εἰς γόνα φόνικου χρώματος, ἃ δὴ βασιλεῖα μόνον Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν ὀποδεῖσθαι θέμις. Hinc Arabes Elpidium imperatorem in Sicilia renuntiatum apud Theophanem in Irene et Const. περιέθεντο αὐτῷ τζαγγιον καὶ στέφανον. Ex his, quæ Meursius et ex eo Gretserus de zangis congescit, plana relinquuntur et perspicua. GOAR.]

Ib. Equi *sagmarii* Græcis quidem noti et usitati sunt, sed educi non possunt ex illa Codini lectione τζαγκάριος, quia *vana* est: substituendum enim τζαγγάριος vel τζαγκάριος. Et ut prior scriptura retineretur, non *sagmarius*, ut Junius, sed potius *tzagmarius* vertendum esset: nam *sagmarius* Græcis non est sutor, cum a *sagmate* formetur. Est autem σάγμα vel θήκη τοῦ ὄπλου, *theca* seu *ragina armorum*, vel *onus juveni sarcinarii*. Hinc *sagmaria jumenta* vel *sagmataria* vel *samararia* Græcis, quæ nostris clitellaria; ad quorum ultimum alludit vox Germanica *saum-ross*, seu ut alii, *sammer ross*, et *saum*, id nimirum quod hujusmodi equus gestat. Suidas: Σαγμάρια τὸ παρ' ἡμῖν λεγόμενον τοῦλδον, τὰ βασιλεύοντα τὴν ἀποσκευὴν καὶ τὴν μετακομιδὴν τῶν ἱππευδῶν. Mauricius apud Rigaltium: Τοῦλδος ἦτοι τὰ σαγμάρια. Idem. I. I. c. 6, dixerat ἱππους σαγματάρους. Sic Isidorus *caballum sagmarium* et *mulam sagmarium*. Vegetius I. III: *Impedimenta, sagmarii, calones vehiculaque in medio collocentur. Nec Latinis ignoti sunt: equi*

D *sagmari*, ut patet ex S. Bernardo I. III **253** de considerat. c. 7, ubi Vossius *sagmarii*, loco vulgare lectionis *sammarii*. Etsi in Latinis *summarii*, *saumarii*, *scmmarii* lectio etiam defendi possit, quia *sagmarii* nomen varie varii corruerunt et ad idiotismum suum inflexerunt. Hinc in libello de miraculis S. Udalrici, nec ineleganti et satis antiquo, inquit Casaubonus in Lampridium, *obtulerunt de cera quantum unus fortis saumarium portare potuit. Deducit idem Casaubonus saumarium a sagmate et recte; et sagma ait esse id quod jumento imponitur, ut mollius vehat et sine noxa sua. Differt sagma a sella; nam sagma proprie est quod jumentis onera bajulantibus imponitur; sellu equorum est vel aliorum animalium, quibus homo vehitur. Dicitur etiam σαγή et *sagum*, quod significat omne ope-*

riumentum quod iumentis imponitur. Vide Casaubon. ad Lamprid. fol. 321, sed prior significatio potior est. Græci sicut *σάγμα τοῦ σάγματος*, Latini *sagma sagina* : quæ corrupte vulgo dicitur *salinus*, inquit Isidor. l. xx Etymol. GRETS.

Ibid. [*Τζυγγάριος*. Simon Portius cum auctore : *στυτεύς, στυτοτύμος, ὑποσημάτων δημιουργός; calcularius, sutor*. Apud Theophanem in Justiniano τὰ τζαγγάρια, officinæ sutoriæ. Rem totam profero, et alios in ordine compositurus extra chorum salto. Conquereretur populus in spectaculis coram imperatore de Calopodio cubiculario : *καλοπόδιον* autem (quod alii *καλαπόδιον* pronuntiant) *tyrum calcearium* sive *pedem ligneum*, quo sutores utuntur, indicat. Cum vero Calopodium de nomine non auderet populus dicere, nec se cognoscere internummatio mandatore responderet imperator, exclamavit populus : Ὁ πλεονεκτηῶν με, τρισαύγουσα, εἰς τὰ τζαγγάρια εἰσέρχεται, Καλοπόδιος; nimirum. Vide Justiniani ætate imperatores jam *tzangis* uos. GOAR.]

Ibid. *Τὰς προκύψεις*. Dubitat Meursius num viri docti, id est Junius, *πρόκυψιν* recte vertant *oratorium*. Si non recte vertunt, cur non melius quid suggeris? Si voculam ipsam nimis grammaticè urges, *πρόκυψις* non est oratorium, sed locus eminentior, unde imperator eminere, prospicere et prospectare seu despectare poterat. Si rem ipsam consideremus, *πρόκυψις* est *oratorium*, quia locus ille sine dubio non erat eo destinatus ut imperator inde tantum prospiceret, sed ut rei divinæ et precibus quoque fundendis operam daret. Unde ab oratione illic fieri solita *oratorii* appellatio loco accessit. GRETS.

Ib. [*Τζαγγός*. Quia commune et vile *τζαγγαρίου* nomen apud Græcos, *τζαγγάς*, quasi digniore honoris titulo donatus, *αυλικός sutor* vocatur. An non *ficus* semper *ficus* et *scapha* *scapha*?

Ib. [*Παιδόπουλος*. *Π* in *ou* commutato vox *πῶλος*; alteri adjuncta diminutivum quid semper sonat; hinc *παιδόπουλος* *adolescens, puer honorarius*, prout superius τὸ ἀετόπουλον et αὐθεντόπουλον *parvum aquilam, parvum dominum* referre dictum est. GOAR.]

Ibid. Junius legit τοῦ βεστιαρίου ἐντός, et hinc sicut scripturæ mira phrasata superstruit, ad verbum : *Vestiarium quod est intus* (nempe in cerebro Junii) et interioris. Et mox tria *vestiaria* adducit, *vestiarium* proprie dictum a veste, et *vestiarium* minus proprie *ταμείον*, et *vestiarium vestibulum palatii*, per catachresin seu abusum 254 vocis. Duo priora *vestiaria* agnoscimus; tertium summa *catachresi* confictum a l. suum auctorem remittimus. Dicit Codrius *vestiarium* hoc vulgo vocari *ἀλλαξιμάριον*, ab *ἀλλάττω* *muto*. Hinc *ἀλλαξις* *mutatio*, et *ἀλλαξιμάριον*, quasi dicas *mutatorium* GRETS.

Ib. [Quasi *mutatorium ἀλλαξιμάριον*, optime. At non ita vestes *mutare* significat τὴ ἀλλάσσειν,

A quin proprie novas easque *sacras accipere* indicet. *Euchologium* : Ἀλλάσσει ὁ ἱερεὺς. *Nicetas* : Ἐμφυς ἱερέα μετὰ τοῦ Ἐθαγγελίου ἀλλαγμένον : ita corrupte ἠλλαγμένον vice. Ἀλλαξιμάριον itaque est locus in quo vestes imperatoris, quæ et *sacra*, reponuntur. GOAR.]

Ib. *Anacara*. Junius, ut Arabismi specimen edat, *anacara* hinc ex Arabia advocat : nam vasa sive *cacabos* aut *lebetes* vocales vocari ab Arabibus *Anakara*. Ejusmodi ferme esse quæ in Germania appellantur *kesseltrommel*. Cur non *heerpauken*, quæ etiam in equis pulsari possunt et solent? *tympani* genus inferiore parte rotundum, quo principes hoc etiam ævo uti et delectari consueverunt. GRETS.

B *Ibid.* [*Tympana inferiori parte rotunda*. Ita Meursius. Cur *rotunda* potius quam *plana* vel quodvis aliud vox significet, edisserat. Lego apud *Nicetam* in *Manuele* l. v : Ἐβαρῶνται τὰ κύμβαλα, ubi alia lectio habet *ἀνακαράδα*. Sunt itaque τὰ ἀνάκαρα eadem quæ κύμβαλα : at *cymbala* a *tympanis* quam diversa, licet in *Cybeles* matris deorum a *Gallis* ad invicem juncta ; unde et *Apionem*, qui se *cymbalum* mundi jactabat, *tympanium* juventutis potius vocandum asseruit *Tiberius*. Quæ tandem κύμβαλα *Suidas* : Θυμελικὰ παλγνια, *histrionum musica et ludicra instrumenta*. In epigrammate, Καὶ κύμβαλ' ὀξύδοπα κοιλίχθια. *Turnebus* *Advers.* xxvi, 37, in hoc *Propertii* : *Cymbala Thebano concrepuiere deo*, Si quis me roget, inquit, quale *cymbalum* fuerit, eum mittam ad *herbam cotyledonem*, cujus folia *cymbali* speciem referunt. *Scribonius Largus* : *Item mentastrum vel radicem κοτυληδόνης* quæ *herba similia folia cymbalis* habet. Hinc ille. Addo *cotyledonem* etiam *cymbalion* apud *Tragum* vocari. Vide figuram apud *Matthiolum* et alios *physiologos Dioscoridis* commentatores.

P. 32. [**Οτι ὁ πρωτοστράτωρ*. Scriptis a *Gretsero* post *Meursium* de cursu et cursoribus addo ex *Tacticorum Leonis* cons. 7 locum auctoris de *protostratore* sententiam diserte explicantem : Ἐτέρα δὲ κίνησις, ὡς ἐπιδιώκης, ὅτε μὲν σὺν ἑλασίᾳ, ὡς κοῦρῳρας, οὗς οἱ νῦν προκλάστας λέγουσιν, ὅτε δὲ συντεταγμένως, ὡς διαφένσωρας, οὗς ἡμεῖς καλοῦμεν ἐκδίκους. Καὶ εἰ μὲν ὡς κοῦρῳρας κινεῖν, παράγγελλε Ἐδρόμῳ ἑλα, ἢ καὶ ἕως ἐνός μίλιου ἀποκινῶσι σὺν ἑλασίᾳ· ἐάν δὲ ὡς διαφένσωρας, παράγγελλε Ἐμετὰ τῆς τάξεως ἀκολουθεῖ, ἢ καὶ ἀκολουθῶσι συντεταγμένως. Ex hoc *Leonis* alium *Cedreni* percipies locum in *Michaelē* *Curopalate*. *Leonem Armenium* imperium auspicantem, regiam assumpturam vestem, communem quam deponerat τῶ τῶν ἱπποκόμων στρατεύοντι *Μιχαήλ, protostratori Michaeli*, Balbo nimirum, dedisse retulerat, eundemque dato intervallo de tyrannido affectata suspectum a Leone missum τακτικὰ διδάσκειν τὸν ἐπὶ χεῖρα λαόν describit. Ut quid nisi quia *cursores* et *defensores*, auctore teste, ducebant, ita τὰ τακτικὰ eos docere tenebatur? GOAR.]

Ibid. Κουρσεύδτωρ. Κουρσεύειν est *prædari*, *A* *prædas agere*. Possunt tamen hic per *κουρσεύοντας* etiam illi intelligi qui in hostes extra ordinem excursionses faciunt. Paulo post τὰ *κουρσεύόμενα* **255** sunt *spolia, prædæ*. Et infra c. 16 dicitur ἀπὸ τοῦ κοῦρσου dari pars quinta imperatori : inepte Junius *ex cursu*, verte *ex spoliis*. Quinta pars cedit rationibus seu ærario regis, πενταμοιρία ; pro quo codex vitio librarii πανταμοιρία. Vide Rigalt. in Gloss. V. Κούρση, ubi Junium reprehendit quod ἀπὸ τῶν κουρσευομένων, p. 59, c. 5, vertit a *cursoribus*, quia vertendum erat *ex spoliis, ex præda*. Hinc *κουρσεύειν*, et ut in Turco-Græcia *κουρσεύουν prædari, populari*, sic p. 57 δεφένσωρ τῶν κουρσευόντων rectius redditur *defensor eorum qui extra ordinem in hostes procurrendo dant impetum et ante omnes dimicant*. *B* *Cursores enim seu κουρσεύοντες sunt πρόμαχοι οἱ προτρέχοντες τῆς παρατάξεως ἐν τῇ συμβολῇ τοῦ πολέμου καὶ τοῖς φεύγουσιν ἐχθροῖς δέξως ἐπιτιθέμενοι*, ut ait in suis *Tacticis* Leo imperator. Item *cursores sunt ἑνέδροι*, ut idem imperator docet ; deque his loquitur *Europalata*, non autem de *cursoribus*, quos Græci *δρομαῖς*, Latini proprie *cursores* nominant. Etiam Latinis mediæ ætatis *curarii* sunt *prædones et piratæ*, qui terras et maria *prædarum gratia* percurrunt.

De *pentamœria* imperatori ex *spoliis* danda elegans exstat locus in *Historia Joannis Cantacuzeni* : nam cum de bello ab *Andronico* imperatore adversus *Albanos* gesto partitisque sine numero *spoliis* agit, sic præter cætera scribit : "Ἐθους δὲ ὄντος πρότερον τῆ στρατιᾶς, ἐπειδὴν τινοῦ κρατήσασι λείας ἢ κλειονος ἢ ἐλάττονος, τὴν πέμπτην μοῖραν παρέχειν ἀριστεροῦ βασιλεῖ, καὶ μετ' ἐκείνων τῶν μεγάλῳ δομιστικῳ ἰση, ὅσα δὴ τῆς συμπάσης ἡγουμένη στρατιᾶς, τότε οὐδὲν ἐποιοῦν τῶν εὐωδῶτων, οὐδέ τις ἠνώχλει αὐτοὺς περὶ τῆς πέμπτης μοῖρας, ἀλλ' ὡσπερ ἐξ ἀνεύδων ποταμῶν ἐξῆν ἐκάστην, ὅσων ἂν βούλοιο, κύριος γενέσθαι. Hæc *Cantacuzenus*.

Ib. Dicit *Codinus* *protostratorem* ex *præda* capere πάντα τὰ *ποιχίλια*, quæ appellatur *φτυλία*. Quæ sit ratio hujus nominis, nondum a viris doctis explicatum est : nam quod *Junius* *fulilia* vertit, id paucorum approbatione fecit. Sunt qui suspicentur legendum *βιτάλια*, hoc est *victualia*. *GRETS.*

Ibid. [Vere *fulilia* sunt et pueriliter a quibusdam ingesta circa τὸ *φτυλίον*, quod Græcis recentioribus, sicut et Turcis τὸ *filil*, quod primo refert *elychianum*; deinde *funam pyritem*, quo milites tormentis explodendis diutius servant ignem, *mèche* *Farquebuse*, ultimo vulnerarium *peniculum* a chirurgis ad vulnera probanda. *Spoliorum* itaque partem *protostratori* assignatam vocabant milites *φτυλία*, quasi ad *linea vel pyritem* comparanda *leve œdminiculum*. Sic officiorum præmia Græci iidem *μαντιλία*, Gallicum vulgus *chirothecas*, *puellarum sciculas* etc. dicunt, ut *grati* potius *animi monumentum* quam *debiti mercedem* et *vilia mercenariorum obsequia* compensata expriment. Quænam

autem *φτυλία* censenda, reparata ex *Regiis* vera germanaque *lectione* discimus esse τῶν *κουρσευομένων ζῶων πάντα τὰ ποιχίλια*, *animantium præda captorum quæcumque pitis et colore sunt varia* : quævis enim *discoloria* etiam *hodie* vocant *ποιχίλι*, eademque in *protostratoris* sortem ex *præda* obtinent : ceu *ejus φτυλία*.

Ib. [Τὰ προστάγματα. Ἐντάγματα vocat *Jus GR.* et *διατάξεις*. *GOAR.*]

256 P. 32. *Chrysobullas*. Græce τὰ *χρυσόβουλλα* et *χρυσόβουλλα*, *aurea bulla*. A sigillo nomen ad *integras litteras* venit. Hinc etiam *constitutiones pontificum Romanorum bullæ* dicuntur, et *bullarium* liber in quo illæ *litteræ seu bullæ* continentur. *Bulla* proprie est *orbiculus seu ornaamentum circularis formæ*, *superne clausura et intus cordis figuram habens*. Olim *pueritiæ* appendebatur tanquam *amuletum* contra *fascinationes*. Ab hæc *orbiculari figura bullæ* translatum est nomen ad *sigilla*, quæ *litteris* appenduntur ; sunt enim *circularis figuræ* et quia nonnullis *litteris* appendebatur *aurea bulla*, quibusdam *plumbea*, quibusdam *ceres*, hinc factum est ut ipsæ etiam *litteræ* ab hoc sigillo vocarentur *bullæ aureæ* vel *bullæ plumbeæ* vel *bullæ ceræ*, nimirum *χρυσόβουλλα*, *κηρόβουλλα*, *α χρυσόβουλλεν* et *κηρόβουλλον*. *Chrysobullæ* summam *auctoritatem* obtinebant, *subscriptæ manu imperatoris* *διδυχνάβαριω*; *cinnabari* (seu *rubrica*). Quia et *crucis* interdum addebant. *Phranzes* l. iii, 4 : *Imperator manu sua eo vidente tres crucis cinnabari in fronte bullæ ad confirmationem pro consuetudine exprimit bullamque auream legato in manus tradit*. Etiam *hodie* *litteris*, præsertim *contractuum*, apponi solet *thecula*, aliquando *lignea*, aliquando ex *lamina*, aliquando ex *pura cera*, in cuius medio *sigillum* exprimi solet. Hæc *thecula* æque recte vocabitur *bullæ* ac *theca* illa *imperatorum Græcorum*. Hinc *βουλλεύειν bullare* vel *generatim litteras signare*, sive hoc per *bullam* fiat sive *abque bulla* ; et *βουλλωτήριον sigillum*, forma, in qua *bullæ* exprimiuntur. *Incertus auctor apud Etymologum* : "Ὅσπερ εἰς τὸ βουλλωτήριον τυπούμενος ὁ μδυδὸς τύπον ποιῶ καὶ εἰκόνα ἀποτελεῖ. Et sine dubio *bullæ* *imperatoris* *imperatoris imaginem* representabant. *GRETS.*

Ibid. [Nil communius quam *χρυσόβουλον* sive *χρυσόβουλλον* *imperatoris mandatum, constitutionem, diploma, rescriptum, chirographum, codicillosigillicare*. At non ex eo quod *aureis litteris* scriberetur, ut innuit *Meursius*, sed quod *sigillo* sive *bullæ aureæ*, quod in eis scriptum, *maniretur* : quanquam olim etiam *aureis litteris* scripserit non denegandum *Luitprando* dicenti : *Χρυσόβουλίον, id est epistolam auro signatam, mihi dederunt vobis (regi) deferendam. Tulerunt autem et alias litteras argento signatas, a curopalate imperatoris fratre ad Romanum pontificem missas*. Deinceps vero *litteris purpureo liquore ductis* *subsignavit* *imperator*. His testimoniis utrumque liquet. *Nicetæ*

in Manue'e Comn. l. iv : Ἐρυθροδάνῳ ἰσημανθὲν ἀφ' ἧς γραμμάτιον, *cinnabari signatum emisit codicillum*. Inferius : Τῆς βασιλικῆς βαφῆς δελτάριον, *regii, id est purpurei, coloris tabulæ*. L. vii : Τῷ ἐρυθρῷ τῆς βασιλείου βαφῆς ὡς αἵματι ἀναβάλλας ἐζώσαν. Cedreni in Tiberio 1 : Ἀσφαλισάμενος διὰ σφραγίδος χρυσοῦς τοῦ μὴ πολεμικῶς ἐπέρχεσθαι. Basilii in porphyra nati : Καὶ ὥστε ἀσφαλῆ καὶ ἀμετάθετον εἶναι τὴν παρούσαν διάταξιν, οἰκεία χειρὶ ὑποσημηνάμενοι, χρυσοῦ σφραγιδι ταύτην ὑποσφραγισθῆναι διωρισάμεθα. Nicephori Botaniatæ : Καὶ γὰρ ἐπισφραγιζούσα ἡ βασιλεία μου τὰ κεκρυμμένα καλῶς καὶ οἰκονομηθέντα συνοδικῶς, καὶ τὸ παρὸν ἐξέθετο χρυσοδούλλον εἰς ἐπικύρωσίν τε καὶ σταρεσότητα, ὑποσημηναμένη ἐν αὐτῷ δι' ἐρυθρῶν γραμμάτων, καὶ διὰ τούτων τὴν ἀλήθειαν φανερωτέραν ὑπαγορεύουσα, κορώνην ὡσπερ δὴ τινα χρυσοῦ τὴν ἀληθῶς σφραγιδα τοῦτω ἀπαιρῆσασα, τὸ ἡμέτερον εὐσεβῆς καὶ θεοπροβλήτου ὑποσημηνατο κράτος. Alexii Comneni, qui et aureum 257 sigillum ceræ in presens testatur, Nov. 2 tom. 2 Juris GR : Κἀν διὰ κινναβάρειος ὑποσημασμένην τυγχάνη ἀντιγραφῆ, κἀν τὴν κηρόδούλλον σφραγιδα φέρηται. Eiusdem No. 4 : Ὡς ἂν εἰθισίς πᾶσι γένηται διὰ γραμμάτων τοῦ βασιλέως ἐρυθρῶν, καὶ ἡ διὰ κηροῦ σφραγίς (προσετέθη). Sigillum ceræum aurea bulla impressum e serico pendeat. Nicephorus Botaniates jam relatus et anonymus alibi citatus : Μανουὴλ εἶχε τὸ σύνθηος κανίκλιωμα καὶ τοῦ βασιλέως γραφὴν Ἐμανουὴλ ἐν Χριστῷ Θεῷ πιστὸς βασιλεὺς, καὶ κάτωθεν ἀπρωρημένην βοῦλλαν χρυσοῦ διὰ μετέξῃς ὀξείας, *e serico violaceo bullam appensam*, hoc est sigillum. Nicetas Manuelis l. i : Γράμμα ἐρυθροσημαντον σφραγιδι τε χρυσεῖα καὶ σερικῶ νήματι ἐμπασον, κόγχης ἀναδεδευμένην αἵματι, τῷ κλήρω τοῦ μεγάλου νεῶ ἐπιδίδωσι. Ex his ἠρυθροδανημένη βασιλείος γραφῆ, *purpuratus codicillus regius* apud eundem secundum aliam lectionem ; apud Comnenam χρυσοδούλλιος γραφῆ, χρυσοδούλλιος λόγος γεγραμμένος, apud Cantacuzenum χρυσοδούλλον δικαίωμα, apud Zonaram ἔγγραφον χρυσοσημαντον, apud Nicetam iterum βασιλικὸν ἐρυθρόδανον in Andronico l. ii, et in Balduino ἐρυθρόγραφον γράμμα et similia liquent. Alexium secundum atramento communi nigrisque litteris semel nomen exarasse, litteris ad synodum missis, refert Nicetas : Β.βλίον λακωνικῶν ξυνοδικῶσι πρὸς τὴν ἱερὰν σύνεδρον, καὶ τοῦτο ὑποσημηνάμενος κάτωθεν διὰ μέλανος τῷ οἰκείῳ ὀνόματι, ἐπὶ κοινῆς ἀκροάσειος τε καὶ σκέψεως ἀναδίδωσιν. Andronicus senior imperio nuntium omnino remissurus ἄνω μὲν ἐρυθρὸν προβύθηκε τὸν τοῦ θείου σταυροῦ τύπον, μοῖα velut scripta tabula privatus rediit κατὰ δὲ μέλανα. GOAR.

P. 32. [Πρὸς τε ῥήγας. Solos Romanorum Persarumque principes βασιλέας vocatos a Græcis historicis, quotquot reliquere monumenta commemorant; eoque nomine, quos imperatores dicimus, vocare significatos: aliis supremo jure, regno

A constituto et imposita sibi corona utentibus ῥηγῶν appellationem fecere communem, ex quo Gensericus eam sibi propriam fecit. Theophaues : Ὁ Γεζέριχος τῷ Οὐανθαλικῷ πλήθει πολὺς γενόμενος καὶ ῥήγας καλέσας ἑαυτὸν. Secutus Odoacer τὴν τοῦ ῥηγὸς περιέθετο ἑαυτῷ προσηγορίαν. Ab his alii dicitur alii, τῶν Οὐννων et τῆς Φραγγίας apud Zonaram ῥήγας dicti: nulli quam Carolo M. βασιλεὺς ῥώμης a Cedreno in Irene dictio, βασιλέως nomen commune factum, nec ipsi Occidentis imperatori; quem Anna Comnena ῥήγας Ἀλαμανίας solum agnoscit Alex. l. iii. Proinde quod Nicetas Andronici l. i Beam Hungariæ ῥήγας, imperatoremque Occidentis in Alexio 3 vocet iterum Ἀλαμανίας ῥήγας, nil mirum; cui sicut et aliis Græcis solum Orientis vel Persarum principem βασιλέα salutare gratum. Oppressi tamen Bulgarorum armis tandem conjugii pacisque fœdore inito principem eorum βασιλέα vocant apud Luitprandum in Legatione. GOAR.]

Ibid. Sultanos. Leunclavius in Onomastico Musulmano: *Sultan Alem dominus mundi. Sic appellare Turci principem suum solent: quod vocabulum significat, ut Cedrenus ait, παντοκράτορα καὶ βασιλέα βασιλέων, imperatorem omnium et regem regum. A Turcis jam vulgo pro domino usurpatur, et nomen hoc princeps eorum habet κατ' ἐξοχὴν, cum solus et maximus dominus. GRÆCS.*

[Arabum ἀμῆρᾶς, Turcarum principes σουλτάνους propria gentium illarum lingua Græci dixerunt: capropter ubi legitur apud Nicetam ἀμῆρᾶς, alia lectio σουλτάνους ponit. Sultan autem Turcicum principem denotat.

Ib. [Τοπάρχας. Paucarum urbium aut unius provincie princeps est τοπάρχης. Toparchias, quales nos ducatus vel comitatus, describit 258 Nicetas Alexii iii, 3, veteris editionis p. 566, cum catrapis confundit p. 578. Exinde, p. 586, Bonifacium Montisferrati marchionem, Balduinum Flandriæ, Henricum S. Pauli et Ludovicum Blesensium comites τοπάρχας τινὰς εὐγενεῖς scribit; quorum præcessores Hierosolymitanæ protectionis antesignanos τοπάρχας et κόμητας, non uno libri tertii loco memoraverat Anna Comnena.

Ib. [Λογοθέτου ὑπερέτῃμα. De memoratis referebat ad imperatorem: Leo Grammaticus in Michaelis Theophili: Θεόκτιστος, λογοθέτης ἑλλῶν εἰς τὰ ἀσηκρήτεια κρατῶν τὰς ἀναφοράς, et infra: Ἐκελεύσθη μετ' ὀργῆς ἀνολεῖαι τὰς ἀναφοράς καὶ ἀναγγεῖναι. Crescente quoque legothetæ auctoritate decrevit canicie dignitas, et ut ille rescripta chrysobulleque principis emitteret, purpura, qua sola subsignabat imperator, ei commissa: canicieo restituta legitur, Manuelis l. iii apud Nicetam. Fidem insuper Deo et populo se servaturum in ejus manibus pollicebatur princeps recenter institutus, prout suo loco referetur GOAR.]

P. 33. Domestici. Differt iste a domestico mensæ et ab aliis domesticis. Itaque vocabatur παρὰ τὸ δομε-

στικιον seu domestικιον, quod est res domestica, A cuius iste curam gerbat, quamvis in catalogo officialium, supra c. 2, non comparat: erat ergo iste domesticus domesticii, de quo infra iterum Codinus c. 7. GRETS.

Ibid. [Mutat quidem sensum, at corrigit et meliorem reddit Regionum AB lectio, quæ hæc est: Καὶ τοῦτο μὲν ἴδιον τοῦ μεγάλου λογοθέτου ὑπηρετήμα, τὸ δὲ τοῦ μετὰστικίου (vel ut B. μεσαστικίου) ἐνεργεῖν, ᾧ ἂν ἐπιτάξοι ὁ βασιλεὺς. Et hoc munus proprium est magni logothetæ (ad reges nimirum, sultanos et toparchas scribere), intra limites autem imperii sacras mittitis cui imperator mandaverit. Ibi μεσαστικιον a me appellative (Grammaticorum more loquor) sumitur, et subjectas imperatori regiones, seu mediam ejus ditionem, referre addubito. Certior nihilominus affirmo μεσαστικιον proprium officii nomen æstimandum, ejus nimirum cui negotia, imperii statum, secreta, personam ipsam fidentius committit imperator; cum quo curas dividit; qui inter populum, milites, senatum, principes externos et ipsam imperatorem medius et sequester intercedit; qui cum ad hoc munus non ex meritis semper, velut logotheta, sed ex sola principis gratia favoreque advocetur, recte scripsit auctor, τὸ δὲ τοῦ μεσαστικίου ἐνεργεῖν Ἔσιον (ei namque particula jam præmissæ jungitur) ᾧ ἂν προστάξοι ὁ βασιλεὺς: hoc est, mesasticii quasi dicas sequestri, munus exercere ad eum attinet cui præceperit imperator. Mesasticium hujusmodi describit Nicetas Manuells, l. 1: Μαλεδωνὸν δὲ μεσεύοντα καὶ τῶν οἰκείων ὑποδρηστήρα διαταγμάτων τὴν Ἀμοθιοδωρίτην τίθησιν Ἰωάννην. Καὶ ἦν ὁ μὲν τῷ προσώπῳ τοῦ βασιλέως ἀεὶ ὀπτανόμενος, καὶ τὰ τούτου ἐντάλματα ὅσα καὶ ἐμφάσεις ἐκκρίτεινο; μείρας ἐκδεχόμενος. Vocem μεσεύοντα inter alias observo, τῷ μεσάζοντα significati parem a nullo negandam: μέγαν πορρο μεσάζοντα proto-vestiarium Cabasitem, nec non alium μεσάζοντα Cantacuzenuum memorat Chronicon CP., eam vero ἀπὸ τοῦ μεσάζειν μεσαστικιον deduci solus ignorat qui Græca nescit. Μεσαστικίος igitur ille est μαλεδωνῶ; μεσεύων, τῶν βασιλικῶν ὑποδρηστήρ διαταγμάτων, τοῦ βασιλέως τὰ ἐντάλματα καὶ ἐμφάσεις ἐκδεχόμενος, quem eundem auctor ait ἐνεργεῖν ὁ ἂν ἐπιτάξοι ὁ βασιλεὺς. Talis, me judice, ante tyrannidem arreptam fuit Phocas, qui ἐντολικάριος a Theophane, a sacris mandatis fuisse scribitur in Mauricio; qui in aula, quod mandator in exercitu, τὰ μανδάτα γνώμη τοῦ ἀρχοντος διδούς, exsequabatur. Ita Mauricius alius. [At iterum Theophanes: Ὁ στρατὸς ἐντολικαρίους ἐπεμψε πρὸς τὸν βασιλέα.

259 [Ib. Ὁ μέγας στρατοπεδάρης. Hoc ejus officio Zonaras celebrat in Necephoro Phoca: Πέτρον ἐκτομίαν, δραστήριον δὲ γε καὶ ἐμβριθῆ, καὶ ἀρχειν εἰδὸτα στρατιωτῶν στρατοπεδάρην διομάσας, ἴν' ἐν Κιλικίᾳ δόη χωρᾶν τῇ στρατιᾷ τὸν χειμῶνα δ' ἀγα-

γείν. Is idem videtur τὴν τοῦ χάρανος; ἐπιστάσαν πᾶσαν ἐπιμελούμενος. Curpalates. GOAR.]

Ib. Ποτῶν, potus seu poculentorum, non ποτῶν, ut Junius, qui instrumenta vertit. Sed lectio nostra confirmatur ex codicibus Bavaricis et Luthieriano; et res per se clara est, quia non minus curandum est ut exercitui non desit potus quam ut non desit cibus. GRETS.

Ib. [Eic τὴν παρδασασιν. Omnium qui dignitates et officia tenent, circa imperatorem in solio sedentem, cum vestium apparatu et insignibus stans famulatus est παράστασις. Δουλοπρεπῶς περιεστάναι scripsit Nicetas in Isaacio Angelo, et iterum: Οἱ Ῥωμαῖοι παραστατοῦντας; ἔχουσιν ἅπαντας. In Alexio secundo: Εἶχον εὐθύς τοὺς παρεστῶτας, καὶ ὅσοι περ ἐκείνῳ συνῆδρευον διὰ γένους λαμπρότητα καὶ ἀξιομάτων σεμνότητα, δημοφώνως ἀνακραγόντας. Imperii tamen collegæ assident. Luitprandus de legatione: *Sedebant ad sinistram non in eadem linea, sed longe deorsum duo parvuli imperatores.* Potuit et Cæsar quandoque sedere. Theophanes in Michaele Theophili: Τοῦ Βάρδα Καίσαρος τῷ βασιλεὶ προσελθόντος συγκαθίσταντός τε καὶ συνομιλοῦντος. Licuisse nonnunquam aliis sedere τῆς ἐπιτροπῆς γενομένης, ipsumque imperii collegam quandoque stetisse, narrat Cantacuzenus, 1, 8. Hoc assidendi jus pontifices Græcos ab Andronico postulasse, eoque licet obtento ridicule privatos, libro Vitæ ejus 11, 1, Nicetas ostendit. De patriarcha coram imperatore sedente suo loco dicitur. GOAR.]

Ib. Hyperpyrum. Monetæ genus. Indocte Junius velum et involucrum coloris ignei. Longe deterius Leunclavius in legatione ad Armenios, ubi hæc Theoriani, qui Cpolitanus legatus fuit, verba leguntur: Ἔστωσαν ὡς ἐν ὑποθέσει ὑπέρπυρα τρία, μὴ δὲντα φύσεως, χρυσοῦ δηλονότι. Ἐάν οὖν τούτων ἐν πυρακτῆσω, ἔσται πάντως τὸ πετυρακτωμένον δύο φύσεων, λέγω δὲ πυρὸς καὶ χρυσοῦ. Ἐἴτα ἐνώσας τοῦτο τοῖς λοιποῖς δυσὶ τοῖς μὴ πετυρακτωμένοις, ἐρωτῶ πόσα νῦν εἰσι ταῦτα τὰ ὑπέρπυρα; τρία ὡς πρῶτην, ἣ διὰ τὴν φύσιν τοῦ πυρὸς; ἐγένοντο τέσσαρα, Quæ interpretis ita vertit: *Sint tria hic velut igne potiora, prorsus inscite. Vertendum: Faciamus hic tria esse hyperpyra, unius naturæ seu materiæ, aureæ verbi gratia. Si igitur unum ex his ignescere faciam, omnino ignitum illud duabus naturis constabit, ex igne videlicet et auro. Si deinde alia duo non ignita adjiciantur, quæro quot nunc sint hujus generis hyperpyra?* (interpretis quotnam sint hæc ignita? male: unum enim tantummodo hyperpyron ignitum est ex hypothesi facta); num tria ut antea, an propter naturam ignis facta sunt quatuor? In eundem errorem incidit idem interpretis fol. 114, ubi τῶν ὑπερπύρων vertit ignis vi potiorum, absque ullo sensu; vertendum enim hyperpyrorum. Neque nomine Latino hoc monetæ genus exprimi potest. In Paudete Turcico recte de hyperpyris scribit Leunclavius. Sed hic tantus error detegendus fuit, ne qui in errorem inducantur.

Hinc hyperpyrarii, qui hyperpyra tributii nomine solvunt. Vide quæ diximus tom. III de 260 S. Cruce l. 1. 27. Elegans locus de hyperpyris exstat apud S. Antoninum tom. III Histor. tit. 19, c. 3, § 3. Agens enim de Tartarorum immanibus usurarum exactionibus ita scribit: *Miles quidam in Georgia de quintaginta hyperpyris a Tartaris acceptis et per annos quinque retentis coactus fuit eis reddere septem millia pro usuris. Quædam etiam domina Tartarica pro quinquaginta ovis, quas cuidam commiserat et ille per septem annos tenuerat, petiit ab illo pro usuris illarum ovium hyperpyra septem millia. quæ omnia ille coactus est solvere pro usura.* GRETS.

[Argenteum, ut et aurum nummum, ita reperio dictum. Argenteum quidem nondum in oblivione penes hodiernos Orientales, ut quod adhuc plurimum in oribus eorum sonans me audivisse meminisse; illudque est de quo quam late Leunclavius, Pandect. Turc., p. 117, scripsit: decem aut duodecim ejusmodi nummum integrum complebant. Aureum ipse aureus est nummus; de quo Guntherus in historia captæ Cypri: *Solvebat nummum aureum, qui perperam vocari solet serdoni, id est quartæ parti marcæ unius æquivalens. Perperam pronuntiabant Latini, ut et hodie Græci πέρπυρα: perpera quoque scripsit Leunclavius ex aliis. Aureum porro hic intelligi a quo lector mecum judicabit, qui vile pretium primicerio reddendum mecum negaverit.* GOAR.]

P. 33. Ρογατόρων. Rogatores sunt milites stipendia merentes, a roga, quod est stipendium Ρογατεῖν est stipendia facere. Accipitur etiam ρόγα pro donativo et honorario, quod alieni non ex debito, sed ex gratia persolvitur. Suidas: Ρόγα ἡ τῶν βασιλέων εὐσέβεια. *Roga est imperatorum pia liberalitas et magnificentia.* Usurpant etiam Latini. Miscella historia in Tiberio II: *Duxit Anastasiam uxorem suam, et coronavit eam Augustam, et jactavit rogam multam.* Apud Baldricum in historia Hierosolymitana excusant se milites Alexii imperatoris his verbis: *Nos in roga imperatoris locati nihil aliud quam quod ipse imperat facere possumus.* Sed de roga copiosius suo loco l. III, coin. c. 5 et c. 9 GRETS.

[Ρόγα quid sit, non ignotum Rigaltium, Meursium et eruditissimum Fabrotum legenti. Ejus definitionem a Suida allatam et a Gretsero mutilatam refero et expono. Ρόγα ἡ τῶν βασιλέων εὐσέβεια καὶ φιλοτιμία. *Roga est imperatorum pietas et munificentia.* Erogabant imperatores quotannis de suo ecclesiis, proceribus, militibus, populo stipendia et munera. Ecclesiis collata εὐσέβεια, aliis quibuscunque donata φιλοτιμία nomen promerentur. Ecclesiæ Magnæ stipendia Romanus Argirus auxit. Cedrenus: Ἐνδέουσαν γὰρ τὴν πρόσδοτον τῆς Μεγάλης εἰδῶς ἐκκλησίας: ἄτι οἰκονόμος ταύτης γενόμενος ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις, καὶ τῶν ἄλλων ὀπδοσίας ὑπηρετεῖσθαι ἔθος παρὰ τοῦ ταύτης κλήρου, ὀρθόκοντα χρυσίου λίτρας ἀνὰ πᾶν ἔτος χορηγεῖσθαι τοῖς τετύπωκεν

ἀπὸ τοῦ βασιλικοῦ ταμείου εἰς προσθήκην. Nicetas in Manuele l. 1: Τῷ κλήρῳ τοῦ Μεγάλου ἐνὶ ἐπιδίδωσι χρυσόβουλον τυποῦν αὐτοῖς ἀργύρεα ἐτήσια κέρματα εἰς μνᾶς δις ἑκατὸν κορυφοῦμενα. Procerum rogam auctor descripturus est inferius: ejusque mentit Comnena, l. III: Ρόγα, inquit, τῶν δοθέντων εἰκοσι ἀξιομάτων, quanta nimirum viginti proceribus in dignitate penes imperatorem constitutis datur. Αὐξήσιν ρογῶν, eam militibus auctam ibidem memorat. Eiga cunctos exsiccatum hinc liberalitatis profluvium ægerrime fert Balsamon opusculò de Rogato Juris GR repetiendò p. 471: apud quem quoque leges τὰ ρογάγια, catalogum et ordinem faciendæ rogæ. Et apud Theophanem στρατιώτας ρογαεῖν.

B 261 Ib. [Φράγκων. Francos solos, id est Gallos, hoc nomine primo vocabant Græci, unde divisio a Francis et Græcis imperio vetus proverbium Φράγκων φῶλον ἔχη; γέτονα μὴ ἔχης. Cedrenus, tum in Leone Isaurio tum alibi, βήγα Φραγγίας laudat, quem non alium a Francorum rege intelligendum ipsemet exponit. Italos tamen, Apulos et Calabros, a Normannis Franciæ populis ortos. Φράγκους non inrequenter vocat Curopalates in Michaelæ Parapinacio, et Nicetas Manuelis, l. II. Φράγγους, Σικελούς. Germanos pariter ita dictos apud Cedrenum reperies in Basilio. Latinos quoscunque, ut et Græcum vulgus hodie, ita nuncupat Anna Comnena l. VII. Ἐνδοξότεραν tamen Φραγγίαν κατ' ἐξοχὴν intelligit ms. R. n. 290. Latinos quoscunque ac maxime Gallos hic memoratos autumio, quos αἰμοχαρεῖς καὶ πολεμικοῦς, ac iterum δυτικοῦς; Φράγγους vocat citatus Curopalates. GOAR.]

P. 34. Quod dicit Curopalata Codinus, *curopalata* officium, quo olim fugebatur, fuisse suo tempore incognitum, id miratur Meursius, sibi que id tam longe aenis dissito cognitum profertur, idque ex Evagrìo v. 1: Τὴν φυλακὴν τῆς αὐτῆς ἔμπροστευμένος, ἐν κουροπαλάτῃ ἢ Ρωμάτων λέγει φωνῆ. Habet etiam aula Theodorici Gothorum regis curopalatam, ad quem exstat formula l. VII Variarum Cassiodori; quem ita describit ut nihil aliud visse videatur quam summus architectorum et architectonicæ præfectus, *der oberst-baumeister*, aurea virga decorus. GRETS.

D Ib. [Μολυβδίνης βούλης. De cereis bullis supra, ubi de chrysobullo. De plumbea locum profert Luitprandus, ubi merces e portu efferendas *plumbea* imperatoris *bullæ notatas* asserit in legatione.

Ib. [Φέρει τὴν τοῦ βασιλέως σπάθη. Id illi primitum ex officio concessum videtur a Theophane in Michaelæ Theophili: Ὁ Βασίλειος περιεπάτει φορῶν σκαραμάγγιον μετὰ σταβλίου, ὡς ἔθος τοῖς παρακοιτωμένοις. Sacri cubiculi præpositus pluvialem imperatoris vestem imbribus et frigori propulsandis ei offerendam tulisse docet Leunclavius. GOAR.]

Ib. Miratur iterum Meursius ignorantiam Codini, quod logothetæ generalis munus incognitum

fuisse scribat; fuisse enim præfectum ærarii generalis. Sed liceat Codino citra reprehensionem quædam ignorare, quandoquidem Meursius omnia scit. GÆRS.

1b. [Κελλίων. Ut monachi, ita et episcopi, in quibus versarentur ædes, vocavere κελλία. Isaacii Angeli Novella Juris Gr. p. 172: Ἀπεστάλησαν εἰς τὰ ἐν οἷς καταμένει κελλία ὁ Κυζίκου. Et infra: Ἐπὶ μὴ ἐξευρεῖν αὐτὸν ἐν τοῖς αὐτοῦ κελλίοις. Patriarchæ, ut e monasteriis assumpti, etiam in patriarchio cellam, τὴν κελλίον, teste Euchologio nostro, repperunt. Ipsique tandem imperatores ecclesiasticorum morum æmuli, de quo nota prima in Curopalatæ historiam disserit, in palatio angustam sibi condidere cellam, in quam tumultu negotiorum erepti se recipere. In hujusmodi penetrare, retro cubiculum interius positum, secessit ab amicis monitus Andronicus senior, ne quid in eum molirentur junioris fautores in exteriori triclinio stantes; Τοῦτων ἀκούσας ὁ βασιλεὺς ἀνάστητε αὐτίκα τοῦ θρόνου καὶ πρὸς τὸν ἐνδότερον οἰκίσκον ἐχώρει, τὸν νέον βασιλέα τοῖς ἀπρωμένοις ἄμα παρὰ τὸν ἐξω καταλιπών. Ita Cantacuzenus, l. 1, c. 13; at c. 5 non minus angustam quam angustam depingit, adeo ut juvenis imperator αἰσίων τοῦ οἰκίσκου τὴν θύραν, ἐν ᾧ καθῆστο συνήθως ὁ βασιλεὺς, stemmatis in capite positi lapides ad superliminare nescius alliserit. De cellæ sive cubiculariis a cella dictis agit Phranzes, II, 4.

262 P. 35. [*Ἰνα δημογορήσῃ.* Verba fecere de rebus sacris ad senatum et populum imperatores Græci. Theophanes, Cedrenus, Zonaras tam gravi morbo jactatum Leonem Sapientem referunt, ὡς μὴ δυναθῆναι διαλεχθῆναι ἐπὶ συγκλήτῳ τὴν συνήθη διάλεξιν, ἣ καλεῖται σιλέντιον. Recunduntur ab amico Combesis, quos de Christo, de B. V. de sanctis plures vegetus pronuntiavit sermones. Alexander hujus Leonis frater, referente Cedreno, ἄμα Νικολῶν καθέσθαι ἐν τῇ Μαγναύρῃ, σιλέντιου γενομένου, τὴν Εὐθυμίου καθάρασιν ἐποίησατο. Manuel Comnenus, Niceta scriptore in ejus Vita, l. VII, κατηγορητοῦς ὄδων λόγους, οὗς φασὶ σιλέντιαι, καὶ εἰς κοινήν ἀνέπτυσαν ἀκοήν. De Leone Armenio dixerat prius brevis et mutilus continuator Theophanis, τὸ πρῶτὸ ἐποίησεν σιλέντιον ὁ υἱὸς τῆς ἀληθείας. Idcirco demum ignem imperatoribus Christianis prælatum asserit Balsamon quod λαμπὰς διδασκαλικοῦ ἐστὶν ἐξιώματος, et αὐτοκράτορας κατηχητικῶς ὁμιλοῦσι τῷ Χριστωνύμῳ λαῶ.

1b. [Ἐξοργιστήσῃ ὁμίλιον. Ita Comnenus Alexius, teste filia ejus Vita l. 1, τὸ γέρας ἀπέλαβε παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος τὴν τοῦ σεβαστοῦ ἀξίαν σεβαστὸς ἀνερρίθαι ἐκ μέσης συγκλήτου. GOAR.]

1b. *Apocrisarius.* Est hic legatus, qui alterius loco imperatori aliquid proponit; quod tamen non nisi per protovestiariten, et hoc absente per magnum beteriarcham, et hoc itidem absente per primicerium aulæ fieri poterat. Cave autem ne ob ambiguitatem Græci textus primum protovestiariten crees. Non enim hic sensus est, primum protovestiariten

ritea hoc posse, sed inter omnes protovestiariten πρῶτον primum ante omnes esse cui imperatori aliquid in parastasi proponendi jus et facultas suppeta.

Sed ut ad apocrisarium vel apocrisarium dictum a responsis revertamur, est internuntius responsum ferens aut accipiens, et est legatus vel procurator conficiendi alicujus negotii causa missus. In epistolis S. Gregorius Magnus et alii Romani pontifices *apocrisariorum* et *responsalium* passim meminere. Originem habet vox ἀπὸ τοῦ ἀποκρίνομαι, quod est *responsum dare*. Hodie reges et principes in aula pontificis et aliorum regum suos habent legatos, qui revera sunt *apocrisarii*, responsis ferendis et accipiendis destinati. Olim Ecclesia Romana in Cpolitana habebat suum apocrisarium seu responsalem, qui in aula imperatoris residens res Ecclesiæ curabat, quo munere olim in aula Justiniani functus est ante pontificatum S. Gregorius Magnus. Et in aula regum Franciæ perpetuus erat apocrisarius, id est responsalis negotiorum ecclesiasticorum. Binemarum, epist. 3, c. 13 et 14: *Quando Constantinus magnus imperator Christianus effectus propter amorem et honorem SS. apostolorum Petri et Pauli, quorum doctrina ac ministerio ad Christi gratiam baptismatis sacramenti pervenit, locum et sedem suam, urbem scilicet Romanam, papæ Silvestro edicto privilegii tradidit, et sedem suam in civitate sua, quæ antea Byzantium vocabatur, nominis sui civitatem ampliando ædificavit, et sic responsales tam Romanæ sedis quam et aliarum præcipuarum sedium in palatio pro ecclesiasticis negotiis excubabant; aliquando per episcopos aliquando vero per diaconos apostolica sedes hoc officio fungebatur; quo officio B. Gregorius in diaconi ordine functus fuit; 263 et ex aliis præcipuis sedibus per diaconos id officium exsequebatur, sicut sacri canones jubent. Et in his Cisalpinis regionibus, postquam Hludovicus prædicatione S. Remigii ad Christum conversus et ab ipso cum tribus millibus Francorum in vigilia S. Paschæ baptizatus exiit, per successiones regum S. episcopi ex suis sedibus et tempore competentis palatium visitantes vicissim hanc administrationem disposerunt. Et c. 16: Apocrisarius autem, quem nostrates capellanum vel palatii custodem appellant, omnem clerum palatii sub cura et dispositione sua regebat. Infra c. 19, et 20: E quibus præcipue duo, id est apocrisarius, qui vocatur apud nos capellanus vel palatii custos, de omnibus negotiis ecclesiasticis vel ministris Ecclesiæ, et comes palatii de omnibus sæcularibus causis vel judiciis suscipiendi curam instanter habebant; ut nec ecclesiastici nec sæculares prius dominum regem absque eorum consilio inquietare necesse haberent, quousque illi præviderent si necessitas esse: ut causa ante regem merito venire deberet, si vero secreta esset causa, quam prius congrueret regi quam cuiquam alteri dicere, eundem dicendi locum eidem ipsi præpararent introducto prius rege, ut hoc juxta modum personæ vel honorabiliter vel patienter vel etiam misericorditer susciperet. Apocrisarius quidem de omni ecclesiasticæ*

religione vel ordi e, nec non etiam de canonica vel A
monastica altercatione, seu quacumque palatium adi-
bant pro ecclesiasticis necessitatibus, sollici adinam
haberet; et ea tantummodo de externis regem adirent,
quæ sine illo plenius definiri non potuissent.
GRETS.

[Legatos sive apocrisarios ad se missos quomodo
confabulationibus, victu suppeditato et parato
hospitio Græci suscipere, conijcimus ex Luit-
prandi legatione ab ipsomet scripta, quamvis in-
fensus ejus in Græcos enim duriora et parum
æqua istorum officia irritaverint. Έν παραστάσει
σε συσχετισμένην ναύται. Sederunt, inquit, cum impe-
ratore ad disceptionem vestram secundum eorum
traditionem sapientissimi viri, Attico potentis elo-
quio, Basilii parasimonomenos, protosecretis, proto-
vestiarius et duo magistri. GOAR.]

Ib. In uno colico Boico est επιγνωστον. In
margine additur (ως ανεπιγνωστον. Quam lectio-
nem si sequamur, iterum plura scit Meursius quem
Codinus: Nos scimus, inquit, quale officium habuerit
pappias: erat enim custos palatii. Idque probat ex
Constantini Manassæ Chronico. Miserum Codinum,
qui Manassæ prius non legerit quam libello istò
conscribendo manus admovit. GRETS.

Ib. Ο επαρχος. Non adeo multis ante Codinum
saeculis præfecti urbis vigebat munus, ut ex Ce-
dreno in Leone Armenio et in Theophilo et ex
Leofis et Constantini AA Ecloga tit. 4 facile dig-
nosci queat: Ο της πόλεως επαρχος πάντα ζητεί C
τά εγκλήματα, και τά εν τη πόλει γινόμενα άκροά-
ται. Jus in prætorio exercuisse Zonaras demonstrat
in Phoca: Πλαίου; δὲ τῷ ἐπαρχῷ παρέδωκεν, ἵνα
κολάσῃ αὐτούς, οἱ ἐν τῷ πραιτωρίῳ καθείρθησαν.
Reorum in prætorio fuere carceres. Idem: Οἱ δὲ
ὄχλοι ὁμοῦ γινόμενοι ἐνέπρησαν τὸ πραιτώριον, και
καθειργημένοι διέφυγον. Imo prætorium ipsum car-
cer est. Zonaras in Isaacio: Δημόσια εἰρηχῆ,
ἣ πραιτώριον καλέηται. Nicetas in Alexio III, l.
quoque 3: Ο Λάγος ἐκ βασιλέως εἰληφῶς προσηλα-
σθαι της τοῦ πραιτωριου 264 φρουρῆς, cujus ibi
acclera, rapacitas et in soubus puniendis atrocitas
describitur. Alia occurrant apud auctores argumen-
ta, ubi de vindicandis sceleribus sermo. Annonam in
urbe providebat, et pretium ne excederet fugebat.
Zonaras rursus in Theophilo: Ὅπως ἕκαστον τῶν
ἀνίων πιπράσκειται ἐπολυπραγμόνει και ἐπυθάνετο,
καὶ εἰ πολλοῦ τινα πιπρασκόμενα εὐρισκε, τὸν
ἐπαρχον περὶ τούτων ἀνέκρινε, και ἣ καταγινώσκων
τούτου ἔπαυε της ἀρχῆς ἣ ἐπιπλήττων διώρθου. Re-
liqua ejus munia fusc prosequitur Ecloga citata
Juris GR. tom. II, p. 85, 86 et 99. GOAR.]

P. 36. Lego τῶν σεκρέτων πρὸ τῶν κριτῶν cum
Glossario. Facilis mendii origo fuit. GRETS.

Ibid. [Τῶν σεκρέτων. Non unum fuisse Cpoli
σεκρετον arguit vox multitudinis. Μικρόν reperio
fuisse patriarchæ, de quo Euchologium nostrum et
Cedrenus in Copronymo: Τὰς ἐν τῷ μικρῷ σεκρέτῳ
τοῦ πατριαρχείου εἰκόνας διὰ ψευδῶν ὄσας κατέ-

βαλεν. In quo etiam Nicephorum Botaniam chry-
sobulon synodalibus decretis confirmandis edidisse
refert Bullengerus. Erat privatarum secretum, ubi
asservabantur instrumenta et urbis jura, de quo
Balsamon ad Marcum patriarcham resp. 9: Κατα-
σεκρέτων ἐν τῷ σεκρέτῳ τῶν οἰκειακῶν. Erat et
publicarum, in quo publica reponerentur. De hoc
Cedrenus, Phranzes, ubi de Monembasiotis, et alii:
hocque vocari τοῦ γενικοῦ generule a Curpalate, in
Leone Basilii quidam autumant. Aliud iterum ob-
servo in prætorio, de quo Theophanes in Phoca:
Οἱ ἐὰ πρᾶσινοι ἔβαλον πῦρ εἰς τὸ πραιτώριον και
ἔκαυσαν τὸ σεκρέτον και τὰ σεκρήνια και τὰς φυ-
λακάς.

Ib. [Βασιλικῷ ὄρισμῷ. Quibus non ex officio,
sed ex principis voluntate jus in aliqua causa
dicendi committitur auctoritas. GOAR.]

Ib. Mysticus est senator secretioris consilii, qui
Germanis gehsimer rath.

Ib. Domesticus scholarum. Scholæ fuerunt un-
decim, L. ult. cod. de loc. et conducto, id est, or-
dines palatinorum officiorum ad capessenda impe-
ratoris jussa vacantium. Et omnium præfectus
domesticus scholarum in jure dicitur, ut et apud
Zonaram, Cedrenum et alios. Wolfius minus vere
vertit domesticum legionum, in Basilio Macedone
et Romano Lacapeno Zonaræ. Hæc Junius. De
scholis videndus Cujacius ad l. 12 Codicis Justi-
niani.

P. 37. Barangi. Detortum ex Latino Angli, nisi
malis ex Franci. Hos habitos esse pro magna fi-
dei custodibus, vel inde apparet quod ad fores
ipsius imperatorii conclavis excubias agerent.
GRETS.

Bάραγγοι. [Imperatoris satellites et belli socii
ex Anglia in Oriente militantes. Auctor Ἰγγλι-
νοισι Ἀγγλιε loquentis introducit c. 7. Britannos
sive Anglos bipennibus armatos asserit manifeste
Nicetas l. II Isaacii Angli versus finem: Ο τῶν
πελεκυφόρων κατέρχων Βρεταννῶν, οὗς νῦν φασὶ
Ἰγγλίλους. Porro idem est Βάραγγον ac πελεκυφό-
ρον legere, cum Barangos non infrequenter bipen-
nibus instructos referant auctores alibi producendi.
Thule oriundos, si tamen eat lectio sincera, Com-
nena scribit l. II: Έκ της θούλης Βεράγγους. Ger-
manos tamen asserit Nicetas in Alexio 2: Κατὰ τὰ
ἀνάκτορα συλληφθεῖς και φρουρᾷ διαληφθεῖς Γερμα-
νῶν, οὗ κατωμαθὴν τοὺς ἐπεροστόμους; πελέκει;
ἀνέχουσαι, ἀπρόβιτος ἔμενεν. Asteriscum hic ap-
posuit Wolfius, quod forsitan 265 Βρεταννῶν λε-
gendum agnosceret. Jam sub Michaelæ Paphlagonæ
Græcorum signa secutos colligimus ex Cedreno in
ejus Vita; quos tamen nondum in satellitum nu-
merum allectos, sed solo singulariorum militum
cingulo donatos legimus, εἰς παραχημασίαν ἐν τῷ
θέματι τῶν θρακισίων διεσπαρμένους. Ἀκόλου-
θον eorum ducem memerat idem in Constantino
Monomacho, ubi a Francis eos numero distinguit,
licet utrisque ἀκόλουθον eundem præficiat: Ο βα-

D

σιλεύς τὴν ἀκόλουθον Μιχαὴλ πεταπεμφάμενος ἐς Ἀ
Ἰθρηίαν ἐκπέμπει, ὃς ἐκεῖ γενόμενος καὶ τοὺς διε-
σπαρμένους ἐν τῇ Χαλδίᾳ καὶ Ἰθρηίᾳ Φράγγους καὶ
Βαράγγους ἀγάγη. Exin Franci sub eodem vexillo
cum Barangis militantēs ac eisdem armis instructi
inter Barangos recensiti penes Nicetam in Alexiō
II: Καὶ γνωσθέντες παρὰ τινος ἐκεῖσε φυλάσσοντος
(γένους οὗτος τοῦ πελεκυφόρου Κελτικοῦ) συλλαμβά-
νονται. GOAR.]

Ib. *Cellæ* porro nomen adeo recentioribus Græcis
arrisit ut id etiam ad imperatoris conclave tra-
duxerint, ut videre est hic et alibi sæpius apud
Colinum. GRETS.

Ibid. [Excubias agentes Barangi ad sacri cubiculi
fores vigilant. Eos inde repulit Andronicus, ut B
molosso cui confidebat corporis præsidium per-
mitteret: Οἱ μὲν γὰρ σωματοφύλακες, ait Nicetas
in ejus Vita I. II, καὶ διρυφόροι ἀποθὲν πού τοῦ
βασιλικοῦ κοιτῶνος νυκτὸς καθηονάζοντο, ὃ δὲ γε
κύων πρὸς ταῖς θύραις ἐδέδετο. Excubiis liberati
stationem loco dicto *Excubita* deputatam habebant,
ait Zonaras in Joanne Comneno: Οἱ Βάραγγοι τὴν
ἐν τοῖς Ἐξκουσίτου διεληφότες ὁδὸν, ἐνθαπερ τοῦ-
τοις καὶ ἡ κατοικησις. Unde antiquis *excubitoribus*
vocalis Barangos successisse non diffitendum.
Claves urbium ad quas divertebat imperator, cus-
todix̄ suæ demandatas tenebant. Cantacuzenus,
II, 13: Τὰ κλειθρα τῆς πόλεως τοὺς τὰς πελέκους
ἔχοντας Βαράγγους κελύσας ἀγαγεῖν (τούτους γὰρ
ἔθος τὰ κλειθρα τῶν πόλεων ἐνθα ἀν ἀποδημοῖα βα-
σιλεύς κατέχειν) Ἀρήγγω ἐκέλευσε παραδιδόναι. Cur
vero Barangi dicerentur Angli excubitores, diximus
ad Curopalatum notis p. 808. GOAR.]

Ib. Stationarii milites. Παραμοναί, παρὰ τὸ
παραμένειν, quasi mansionarii. Vertunt tamen
docti stationarios, quia hæc vox aptius exprimit id
quod milites illi erant, quam dicitio *mansionarius*.
De excubiis palatii et urbis iidem Cpolitanz̄
Ipidam historiam invenies apud Luitprandum
Ficinensem I. I Rerum per Eūropam gestarum, c.
3, n. 4. GRETS.]

Ibid. [Festi pervigilium, quod celebratam πα-
ραμένη *maneat*, recentioribus est παραμονή. Satel-
lites quoque principem ubique *manentes* et expec-
tantes, παραμένοντες, et eum adesse monentes,
παραμονῶν appellationem meruerunt.

Ib. [Ἄλογα. Quod *irrationalē* quodcunque signi-
ficabat, nunc equi speciatim est indicium ἄλογον, ut
inter irrationalia communissimus. Ubi auctor ἔπικον
correcte scribit, lectionis diversitas frequenter ἄλο-
γον reposuit in superioribus.

Ibid. [Φέροντες τὰς σπάδας. Gregoras, I. VIII: Τῶν
δὲ περὶ βασιλέα πελεκυφόρων καὶ στρατιωτῶν καὶ
ξίφηφόρων καταδαρθάνειν μελλόντων. Στρατιῶται
hic παραμοναί. Anna Comnena, I. II ad extremam
calcem: Συναγαγὼν τοὺς ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ξίφη
κραδαίνοντας. Satellites illos bicapulis ensibus,
ineptis qui ad latus appendantur, exindeque ad ma-
num et supra humeros gerendis, armatos putave-

rim. Id, ni me fallit sensus, arguunt veteres satel-
litum picturæ et auctoritates jamjam lectæ.
GOAR.]

266 *Ibid.* Palaticia. Junius ἀπελατρία, et inter-
pretatur *pratongas hastas sive contos, quos sarissas*
vocant Macedones. Sed legendum πιατρία. Probabi-
lius commentum fuisse, si hoc nomen ab ἀπελαύω
deduxisset, quasi hastas abigendis hominibus ac
viæ faciendæ idoneas. GRETS.]

Ibid. [Πιατρία militaria pila quibus vexillula,
sive exilia vexilla, sunt affixa. Hanc expositionem
auctor suggerit sequente capite p. 53 et p. 54.
Alii clavas argenteas et aureas principibus
præferri solitas exponunt. GOAR.]

Ib. *Cappas*. Cappasia a *cappa* formant juniores
Græci. Germanis *ein-kappen*, pro tegmine capitis.
Nec dubito vocem *cappa* pro pileo originem ducere
a Latino *caput*. Aliquando *cappa* assuta est vesti,
ut apparet in vestibus monasticis, et toti vesti no-
men indit; aliquando a vestimento sejuncta, instar
communium pileorum. GRETS.]

Ibid. *Pileus* quidem est καπάσιον, at nec *cappa*
nec *cucullio*, sed qui oras circumquaque expandit.
Simon Portius ex ore attestantis vulgi: Καπάσιον κα-
πία, πέτασος, πλοημα, etc. *Galerus, causia, petasus,*
pileus, etc. Vide *petasum* dici qui expansis oris
præbeat undequaque umbram. Hujusmodi vero
fuisse in usu nonnullis hinc retro sæculis, docent
C cardinalium petasi et antiqua pictorum herodum
monumenta. GOAR.]

Ib. Loricæ κλιθανα. Τὸ κλιθάνον, κλιθάνιον,
clibanum, lorica. Leo Constitut. VI. Εἰ δυνατὸν δὲ
καὶ θώρακας ἔχειν, οἵτινες καλοῦνται νῦν κλιθάνια.
Vide Rigaltium. Alexander Severus apud Lampri-
dium: *Cataphractarios, quos Persæ clibanarios et cauti,*
decem milia in bello interemimus, eorum armis
nostros armavit. Ammianus, I. XVI: *Sparsique*
cataphracti equites, quos clibanarios dicitant Persæ,
thoracum muniti tegminibus et limbis ferreis cincti,
ut Praxitelis manu polita crederes simuliæ, non vi-
ros. GRETS.]

Ibid. [Leo Constit. 5: Κλιθάνια σιδηρὰ ἡ καὶ ἐξ
ἑτέρας ὕλης. Sunt itaque vel bellici thoraces, vel
superimpendenda thoracibus saga, quæ ἐπάνω κλιθανα
dicit Nicetas Manuelis, I. VI. Hic vestem leonibus
pictam, non armaturam, quilibet intelligit. GOAR.]

Ib. *Cortinarii*. A *corte* seu *curte, scena, taber-
naculo* seu *tentorio*: hoc enim est κόρτη. Etiam pro
integra aula imperatoris aut regis accipitur, non
tantum pro scena seu tentorio. Hinc *cortesia*, aulicæ
urbanitatis. *Cortesisch* aulicæ, urbanæ. In legibus
Alemannicis est titulus *de eo qui in curte regis*
furtum commiserit, et *de eo qui in curte ducis*
hominem occiderit. Significat etiam villam, castrum,
oppidum. Flodoardus: *Quidam presbyter de Boronis*
curte; sic enim villa vocatur. Godefridus monachus
in Anualibus: *In quadam curti monachorum de Eve-*
ra latens. In diplomate Ludovici: *Curtim nostram*

Turegum in ducatu Alamannico; ubi clarum pro pago vel oppido usurpari. GRETS.

Ibid [Κορτινάριοι Quimantari, auctor exponit inferius. GOAR.]

Sunt et κορτινάριοι. Cave confundas cum cortinariis, monet Glossarium, quia isti honoratam munus obibant, illi vile. Glossæ 267 Basilicæ: Κορτινάριοι, εὐτελεῖς θυρωροὶ τοῦ πραιτωρίου. Observa Junium hic, ἀλλ' οὐν καὶ οὐ καταναί, οὐν accipere pro οὐ; dicitque τὸ ν esse ineptam παραγωγήν recentioris Græciæ; idque confirmat ex aliis duobus Codini locis, ubi putat οὐν pro οὐ accipi. Verum nos potius credimus duobus illis locis, c. 14 et c. 17 τὸ ν esse argumentum inepti librarii, legendumque οὐ, non οὐν: eo autem loco de quo hic loquimur, οὐν recte poni, neque pro negativa particula οὐ usurpari. GRETS.

Id. [Τῆς προκύψεως. Videant, inquit Meursius, an recte *adorationem* et *orationem* viri docti sint interpretati. Nusquam, Meursi. Est enim in profanis, theatris et spectaculis, προκύψις. En Genuensium magistratus cum proceribus astans coram imperatore εἰς τὸν καιρὸν τῆς προκύψεως c. 7. Orationis forsitan tempore? imo vero prandii μέχρι τῆς τραπέζης. In ecclesia vel sacello? Tantum abest: in triclinio, ubi eum curia veneratur, εἰς τὴν παράστασιν. Ergo nihil semotius ab oratorio et adoratione quam προκύψις. En iterum apud Comneni filiam t. viii Alexius pater περὶ τὰ κρήδεμνα προκύψας ὁμιλεῖ τοῖς Σούβαις: *Ex manibus pinnis inclinatæ Scythiæ colloquitur: quid oret aut quid adoret, nullus agnoscit. Eodem libro imperator idem ἀπὸ τοῦ τειχους προκύπτει, egregie sane distractus, qui de oratione non est sollicitus. Cæterum quid germane προκύψις indicet, haud reticet Nicetas: probet qui Græca non ignorat auctoris Græci mentem. In Alexio t. i, Ἔστη, inquit, ἐπάνω τόπου ὑψηλοῦ ἐξαίφνης φανεῖς, ποιήσας τὴν νῦν λεγομένην προκύψιν, de loco nimirum eminentiore *prospectationem*, eo quod ejus thronus suppedaneo ac pluribus gradibus elevatus eum velut *acclinem* de excelso populum infra positum respicere concederet. Haud memorat quidem, aptissime tamen προκύψιν describit Gregoras ad extremam historiæ calcem. Δηλὸν ἐστὶ τοῖς ἄπασιν ὡς αἱ τοῦ ἐπιπέδου ἐκ διαμέτρου ἀκρότητες τῶν βασιλικῶν τρικλίων ἀμφότεραι ὑπέρχονται πρὸς τοῦ μεταξύ ἐπιπέδου ἔχει καὶ ἐς τρίτον σπιθαμῆς, καὶ μάλιστα ὅση καὶ ὁ βασιλικὸς ἵστασις ὀρόνος, ἢ ἴσως ἔχη τι κἄν τοῦτω πλεον τῶν ἄλλων ὁ βασιλεὺς ἱστάμενος ἐν ταῖς ἱεραῖς ὁμωφείαις, καὶ ὅτε διαλέγοιτο νῦν μὲν τοῖς ὑπὸ κῶκῳ νῦν δὲ τοῖς ἐξ ἰδῶν πρόσθεσιν. Ἐξελθαι γε μὴν ἐκ' ἐκείνης τῆς στάσεως οὐδενὶ τῶν ἀπάντων τῶν βασιλεῖ συνίστασθαι, πλὴν τῆς συζύγου καὶ τῶν υἱῶν καὶ τῶν ἀδελφῶν, προσθέτην δ' ἂν καὶ τῶν πατραδέλφων. Observa Græcos hodiernos, ut aliquem jubeant e fenestra vel exedra prospicere, dicere *κύψα* vel *κύψις*. An προκύψις sit illud περιδοξὸν προσκλήσιον βασιλικῆς αὐλῆς, in quo moriturus Tiberius ad senatum orationem habuit, ut initio t. i*

PATROL. GR. CLVII.

refert Simocatta, et Cedrenus in Justiniano προσκλήσιον τῆς βασιλικῆς, mihi penitus est indubium: est enim quod Zouaras τριβουνάλιον in ejusdem Vita appellat. Tribunalium autem sive tribunal regium quid aliud quam προκύψις, de qua nobis sermo? GOAR.]

Ibid. Bardariotæ a Bardario flumine Macedoniæ, cujus meminit Wilhelmus Tyrius Belli sacri II, 13 et 14, de quibus paulo post plura Codinus. GRETS.

Ibid. [Persarum antiquum genus a Theophilo imperatore circa Bardarium Macedoniæ fluvium, Ἀξιόν prius dictum, ex Zonara, translatum a fluvio nomen accepit. Auctor infra. Leo Grammaticus in Theophilo: Τούτω προσέφυγεν Θεόφωτος Πέρσης ἄμα τῷ πατρὶ αὐτοῦ μετὰ Περσῶν χιλιάδων τεσσαρεσκαίδεκα, οὓς διένειμεν οὗτος ἐν τοῖς θέμασι κατασηκώσας καὶ εἰς τούρμας ἀποκαταστήσας, οὐ μέχρι τοῦ νῦν λέγονται τούρμαι Περσῶν.]

268 *Id.* Ὀρθρινόςδῆμος. Laudes matutinæ circa diluculum decantandæ, quæ ei ὄρθρος: de quibus Euchologii notæ. Cæterum officii divini horæ recensentur eo quod a palatii clericis statis horis et temporibus persolverentur.

P. 58. [Σκηπτήρ, ἤτις κόρτη. Aptè describit anonymus apud Rigaltium: Τῆς βασιλικῆς σκηπῆς κατὰ μέσον πηγνυμένης γυρόθεν τῆς κόρτης κενὸς ἀφορίζεσθαι χῶρος, ἱκανὸς χωρεῖν καὶ τοὺς ἐν νυκτὶ παραμένοντας καὶ τοὺς ἐν ἡμέρᾳ συνερχομένους εἰς τὴν κόρτην.]

Ibid. [Ὁ μέντοι κόμης. Cedrenus in Nicephoro Logotheta: Ὁ Μιχαὴλ τὴν τοῦ κόμητος τῆς κόρτης τὴν ἀρχὴν ἐγγεφίξετο, *tentorium comes instituitur*. Τῆς κόρτης memineral Cedrenus idem in Leone Comneni: Ἀπέβαλε τὴν κόρτην, *tentoria amisit*. GOAR.]

Id. Παντα παννί. Extrito altero π et mutato genere. Sic *antipana* paunni oppositi pro πανόν legitur etiam πανόν et πανός.

Σκουφίας Italicum; et est proprie quod Germani vocant *ein hauben*, *vitta*, certam tegumen capitis. GRETS.

Ibid. [Pileus interior summum verticem super aures in gyrum ambiens est σκουφία, *calotta* quibusdam, cui grandiores petasi superponuntur, ut subjungit auctor σκουφίας μετὰ κατασίων.]

Id. [Turcicum *raputz* fecit Græcum πακοῦτζιον. Portius cum vulgo reddidit παραποδίη, *sandalion*. ὑπόδημα, *calceamentum* etc. idque solitum et usitatum. GOAR.]

Id. v. 40. Angurotum gestamen capitis seu pileus *Bardariotarum*, cucumeris formam præferens: nam ἀγγούριον καὶ ἀγγούρος Græcis *cucumerem* significat. Nec assentitur Meursius Junio, qui ab *angariis* deducit. GRETS.

Ibid. [Simon Portius: Ἀγγούρι σίκυον, σίκυος, *cucumer*, *cucumis*. Ἀγκουρωτός, ita scribit ille, *oblongus et ad formam cucumeris*. GOAR.]

Id. Λῶρον et λῶρος *lorum* a Latino. Μαγκλά

βιον *maniclavium*, *manualis clava*. In codice uno Boico et altero Lautheriano desunt illa *ἡως βακτηρίας ἢ βάβδους*. Et clarum videtur esse τοῦ μαγκλαβίου declarationem, si non ab auctore, certe ab aliquo librario. Hinc μαγκλαβίται, qui manuaras clavas ferunt. GRETS.

Ibid. [Μαγγάβια auctor adnotat esse λώρους, βάβδους, βακτηρίας, *nervos* videlicet *bubulos, virgas, fustes*, sontibus quibusque puniendis. *Plagæ* quoque *nervis et fustibus* hujusmodi *infectæ sunt μαγγάβια*. Leo Grammaticus in Theophilo: Τὸν στρατηλάτην τοῖς προσήκουσι μαγγάβιαις ἐσωφρόνισε. Nicetas in Manuel I. iv: Τὸν δὲ Πουπάκην ὁ βασιλεὺς συλλαβῶν ἔξιαινε, μαγγάβια δούς πολλά δημόσια κατὰ τε τοῦ νότου καὶ τῶν ὤμων. Miror (quod et nunc in Turcia more receptum) verberatis nullam inde inustam infamiam. Petronas enim Theophili ex uxore frater, crimini convictus, imperatoris jussu ἐκδοθεὶς ἐν τῇ μίση τῆς ὁδοῦ τύπτεται τὰ νῶτα σφοδρῶς, *noxæque ad palatium et imperatoris contubernium revertitur*. Ita Leo Grammaticus in Theophilo. Ejusmodi *plagæ ἀλλακτὰ dicebantur*, duodenarioque numero solebant infligi. Blastares c. 13 τοῦ Ε στοιχείου: δώδεκα ἀλλακτὰ λαμβάντω. Choniates in Andronico: Δι' ἀλλακτῶν ἐπαίδευσσε δώδεκα. Observo insuper Bardariotas istos, de quibus sermo, *βάβδούρους a fustibus gestatis dici* apud Nicetam Andronici 2: Οἱ τὰ ὑγινοθαφῆ φοροῦντες 269 οἱ βάβδοχοι. Μαγκλαβίτες etiam lego in Anonymo περὶ καταστάς. ἀπλ. ad aquilonarem τῆς κόρτης regii tentorii, ad quod excubabant, partem, stationem in exercitu habuisse. Præfectum eorum κόρτης; κόμητα apud Cedrenum in Nicephoro 1 dictum existimo, qui deinde μαγγλαβίτης *honorarius carnifex*, nuncupatus eidem Cedreno in Constantino Leonis F, τῇ τοῦ μαγκλαβίτου, ita scribit, ἀξία τιμηθεὶς. At ne quis ἀπὸ τῆς τοῦ μαγγλαβίτου ἀξίας carnificinam putet alienam, en ut apud Grammaticum Leonem θυμωθεὶς ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ βασιλεὺς ἀποπέλλουσι μαγγλαβίτην τὸν Μαυροθεόδωρον ἕξει ἀνελεῖν τὸν μοναχόν, ut quid, nisi ut officio fungeretur?

Ib. [Πριμμικῆριον. Qui μαγγλαβίτης et κόμητης, de quo nota superiore. GOLA.]

P. 39. Σκυλλόμαγγος *mango canum*. Glossæ Latino-Græcæ: *mango κυνοτρόφος*. Junius libentius legeret *σκυλλομαγγόνων*, quibus præerat ὁ πρωτοκωνηγός, *magister seu princeps venatorum*. Nam ut hodie, sic et olim regibus et principibus venatio curæ erat, forsitan nimis, saltem interdum: nam quando Bulgaros, Scythos, Patzinacas, Saraccenos, Turcas principes Cpolitani venari debebant, ipsi venabantur cervos, apros, ursoq et similia animalia, non sine ingenti impensa, quæ necessario faciendâ erat tam in homines quam in canes. Ubi modum minime omnium tenuit Andronicus Palæologus Junior imperator, de quo Gregoras sub finem suæ Historiæ: *Canes et aves venaticas magno aiebat numero; quibus ita erat deditus, ut si quis*

*eum aditurus canem aut avem offerret, facillime compos voti redderetur. Quæ omnia Cantacuzenus post ejus obitum iis qui petebant distribuit, cum magnitudinem sumptuum reputaret, et rem ipsam imperio non modo inutilem, sed etiam periculosam judicaret: nam quindecim aureorum millia imperatoris fisci procuratores ultra veterem morem in eas res expensa retulerunt. Numerum canum et avium venaticarum Andronici expressit Phranzes l. 1 Chronici c. 12: *Fui Andronicus venationis cupidissimus: aiebat canes amplius mille quadringentos, aves sive accipitres supra mille quadringentos; quos qui curarent, propemodum totidem numerabantur.* GRETS.*

Ibid. [Σκύλλος *canis* est, non hodiernis modo, sed et antiquis, cum Scyllam puellam in freto Siculo a canibus obsitam *σκύλλαν canem, feminam* mythologi vocaverint. Μάγγος nota vox, ex qua cum priore *σκυλλομάγγος*. Eisdem arbitror quem Scyliorum (τῶν σκυλλῶν) custodem Luitprandus scribit initio Legationis: *cujus fidei (quod non advertit) ipse in contemptum fuit commissus. GOLA.]*

Ib. Τὸ διδέλλιον *duplex seu geminum velum*. Junius ubique inscienter *divum velum*, ex Latinis *divus et velum*; et inscientius adhuc hujus suæ opinionis et originationis rationem reddit. Legat quem nugæ delectant. Vocula δι, ut in aliis, ita et hic geminandi nota est. Erat hoc *divellium seu divellium* vexillum imperatoris, gemino velo constans, quasi dicas *divelum*, quod imperatori semper a scuterio suo scutifero præferebatur. GRETS.

Ibid. [Meursius *vexillum imperatoris bifidum*, Gretserus *vexillum imperatoris gemino velo constans*. Ille iterum: *Viri docti, Junium intelligit, 270 hic quoque interpretantur divum velum: sed falluntur. Hic rursus: Junius ubique inscienter divum velum. At nec fallitur nec inscienter Junius loquitur, cui, eo tutius quo eruditius, patrocinator Dempsterus in ultima Romanarum antiquit. calce. Ex quo, inquit, nomina ducum vexillis præscripta, puto effectum ut adorarentur signa. Ideo salutari concilio Constantinus crucem inter signa collocavit, ut adorari posset. Hieronymus epist. ad Lætam de instit. filiarum: Vexilla militum crucis insignia sunt. Claudianus l. 2 in Ruffinum: Augustus veneranda prior vexilla salutata. Et l. de bello Getico: Turba salutatis effunditur obviam signis. Vexillum istud laborum audit. Caroplates διδέλλιον vocat, divum velum. Prudentius l. in Symmachum: Christus purpureum gemmato lætus in auro Signabat laborum. Ea causa etiam cur per signa jurarent milites. Hæc nos ex Dempstero in divi sacrique veli patrociniū, ne proscriptam Junii doctrinam temere videremur defendere. Inter iconas concilio Florentino Romanæ editionis et Regiæ admixtas, ad imperatoris Græcorum in trimi sedentis latus vexillum est longius, at non bifidum, cui crux appicta est: an non potius ob crucem et religionem *divum velum* quam *geminum velum*?*

P. 40. [Ὁ κοιμιστωρ. Etiam labentis imperii tempore plurima pollebat quæstor auctoritate. Ecloga Leonis et Constantini AA tit. 5: Ὁ κοιμιστωρ ἐξουσίαν ἐπὶ τοὺς τῆς μεγάλης ταύτης ἐπιδημοῦντας πόλεως ἐξ οἰασθηποτοῦν χώρας, εἴτε ἀνδρας εἴτε γυναίκας εἴτε κληρικούς ἢ μοναχοὺς ἢ ἀσκητῆρας, εἴτε τῶν ἐξω πόλεων συνηγόρους, εἰ καὶ ἄλλης οἰασοῦν τύχης τε καὶ ἀξίας, καὶ περιεργάζεσθαι τίνες τε εἶεν καὶ πόθεν ἤκοιεν καὶ ἐπὶ πολεμ. προφάσει. Plura persequitur illud caput ad moram alienorum in urbe faciendum spectantia. Consulator Juris GR. tom. II, p. 87, 90 et 99.]

Ib. [Ὁ μέγας διερμηνευτής. Quæ sibi præstiterit officia magnus interpretes, Luitprandus in sua Legatione edisserit. GOAR.]

Ibid. Δραγόμενοι sive δραγμαῖνοι interpretes linguarum exoticarum, quales in aulis magni reges habent, ut peregrinarum gentium legationes interpretentur. Est ex Chaldaico thargum, metathesi primarum litterarum, quod est interpretamentum: et metargem seu turgeman interpretes, δραγμανίζειν interpretem agere. Hodieque qui loca sacra Palæstina lustrant, suos interpretes drusselmannos vocant.

Ib. Sive de armis. Ita vertendum, non ut Junius ubique de curribus, quia Græcis ἄρμα ἄρματος καὶ τὰ ἄρματα arma sunt, ut multis exemplis docent Rigaltius et Meursius in Glossariis. Hinc ἀρμαμεντηρεῖον, ἀρμαμενταρεῖα, ἀρματώριον armamentarium, ἀρμάτοι armati, ἀρματοῦραι armaturæ, ἀρματοῦν, ἀρματόνειν armare. Quin et vocula ἀρμάριον et ἀρμάρη uluntur, quod est promptuarium seu ταμιεῖον. GRETS.

Ibid. [Κούρσων. Πραῖδαν vocat Leo in Tacticis pluribus constit. 47 locis, incursions videlicet et depredationes. GOAR.]

P. 41. Protonotarius. Hic palatinum officium significat, ecclesiasticum vero in secunda pentade officialium Magnæ Ecclesiæ. Uterque plures sub se habebat notarios, qui olim celebrabant 25 Octobris festum SS. martyrum Marciani et Martyri, quos, ut ex 271 Menæo liquet, notarios appellabant. Notarii igitur duos istos notarios, sub Constantio Ariano imperatore pro fide orthodoxa occisos, merito venerabantur, sicut medici SS. Cosmam et Damianum medicos. Sed processu temporis superseminavit inimicus homo zizania. festo propemodum in Bacchanalia vel Lupercalia verso. Quæ aliquando fiebant in SS. notarium festo a notariis pueros docentibus, cum scenicis personis forum obeuntibus, ante aliquot annos exoleverunt sanctissimi illius domini Lucæ patriarchæ decreto. Ita Balsamon ad 62 canonem Trullanum. Eadem ferme invenies t. III Juris Græco-Romani p. 223. Notarii ergo pueros etiam docebant. Vix fides de palatinis et ecclesiasticis; quare ad alios notarios officium pueros docendi referendum erit.

Ib. Vocabulum κάστρα generatim hic significat munitiones, sive oppidi sive fossati. Etiam κάστρον

A singulari numero legimus. Constantinus Them. Orient. 10: Κάστρον ἐστὶν ὀχυρώτατον. Κάστροφύλαξ castrorum custos, κάστροκτίστη castrorum metator, κάστροκτίσις castrorum metatio, κάστρον sive κάστρεσιον castrense. Iisdem in usu sunt κάστelloι, κάστέλλιον, κάστειλη pro castellis seu munitionibus et pro oppido. Hinc castelliani milites castellis impositi. Κάστelloύν locum aliquem munire. GRETS.

Ibid. [Κάστρα civitates munitibus interpretare. Cedrenus in Michaelē Paphlagonē: Παγκράτιο; δὲ ὁ Ἀβασγός, Ῥωμανὸν τὸν βασιλέα δῆθεν ἐκδικῶν ὡς θεῖον τῆς γυναίκης αὐτοῦ, τὴν τε πρὸς Ῥωμαίους εἰρήνην ἀπέπειτο καὶ τὰ πρῶν δοθέντα κάστρα καὶ φρούρια ἀνεκτέτατο. Barium, Capuam, Beneventum vocaverat in superioribus κάστρα. Hujus mentis fuerat ab antiquo circa vocem hanc Justinianus Nov. 128: Καὶ τοὺς ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ὄντας ἄρχοντας πολιτικούς τε καὶ στρατιωτικούς ἐν ταῖς πόλεσιν ἦτοι κάστροις. GOAR.]

P. 42. Catargon, quod est triremis, ut in ipso Codino exponitur, ex Arabia a Junio advocatur. Ubique nimirum sui Arabismi specimina edit. Cur non ex κατὰ et ἔργον compositum sit?

Ib. Λογγαριαστήν αὐλά ait Junius esse illum qui Gallis est magnus contrarotulator, a λογαρίζειν, quod est computare.

Ib. Μεγαλοαλογίται. Junius interpretatur magnis equis utentes, magnis equis pugnantes. GRETS.

Ibid. [Cataphractos equites existimo, qui numero et pondere armorum graves magnis et fortibus equis opus haberent.

Ibid. [Τριθάλλοι. Trimarcisios antiqui Galli dixissent, qui tribus singuli utuntur equis. Pausanias Gallos ut ita dicam τρικαβάλλους duce Brenno in Græcos euntēs descripsit, l. x: Fuere, inquit, supra sexaginta equitum millia amplius mille ducenti. Nam singulos equites duo famuli sequebantur in equis, et ipsi equestrium artium maxime gnari. Hi præliantibus dominis in extrema acie consistentes ei erant usui, ut si forte equus esset amissus, statim suum submitterent, si vir concidisset, servus in ejus locum succederet: quodsi utrumque belli impetus evertisset, jam præsto erat tertius, qui pro mortuis locum teneret. Atque hanc institutionem voce patria trimarcisiam nominant; equum enim marcam appellant. 272 Livius eundem Numidarum morem fuisse refert, l. xxiii: Quidus desultorum in modum binos trahentibus equos inter acerrimam sæpe pugnam in recentem equum ex fesso transultare mos erat: tanta velocitas ipsis, tam docile equorum genus. De Quadis et Sarmatis idem narrat Marcellinus l. xvii.]

P. 42. [Δικαβάλλοι. Quos ἀμφίπους Pollux diceret, qui binos equos habebant, quorum alter alteri adjungebatur. Hesychius: Ἀμφίπους; et ἄζυγας. Suidas: Ἀμφίποιοι οἱ σὺν ἵπποις στρατευόμενοι, καὶ ὁ ἐπελαύων αὐτοὺς τοῦ μὲν ἐποχεῖται τὸν δὲ περιλάττει. A Romanis antiquis in Græcos mos iste desultoriis

ex equis pugnandi derivarat, de quibus Festus : *Paribus equis, id est duobus, Romani utebantur in prælio, ut sudante altero transirent in siccum. De monocahallis actum jandudum.* GOAR.]

Ib. De Arabica origine vocabuli Blachernarum suavissimas nugas agit Janius. Quanto rectius auctor libelli de 14 regionibus urbis Cpolitanae ! *Blachernarum (suburbii) nomen a quodam eo in loco regnante inditum fuisse ex Dionysio Byzantio Gillius autumat.* Jacebat ad litus maris, ubi etiam Leo Magnus Deiparæ templum extruxit, aliud ab illo Pulcheriæ, de quo Nicephorus 15, 24.

P. 43. *Drunga.* Sic lego ex mss. codicibus. Junius *drungas*, mallet tamen *drungus*. GRETS.

Ib. [Καστροπέλαγος. Ἀρχοντας στρατιωτικοὶ ἐν ταῖς πόλεσιν ἦτοί κάστροις. Justinianus nuper citatus. GOAR.]

Ib. Videtur legendum aut πάντων aut πᾶσαι

(a) Grets. *erant, percensuisse*, sine negandi particula : mendose. EDIT.

ὑπηρεσίαι, ut constet oratio. Certum est autem Codinum omnia officia et ministeria, quæ olim in aula Cpolitana erant, non percensuisse (a), sed ea potissimum quæ suo tempore vigeant : nam olim alia atque alia erant, ut Græcæ historiæ lectio nos docet. Apud Constantinum Porphyrogenitum l. de administrando imperio c. 51 præter *protocarabos* et alios invenies τὸν ἐπὶ τῆς φιάλης seu τὸν τῆς φιάλης qui erat judex turbae nauticæ *dromorum* seu *dromoniorum* imperialis, jusque dicebat sedens in loco *dromonis*, qui *Phiala* appellatur. Idem Codinus nihil scripsit de officialibus Augustæ seu imperatricis ; et tamen, ut hoc ævo imperatricibus et reginis sui sunt officiales, ita et antiquitus erant. Hinc apud modo nominatum Constantinum c. 51 invenies τὸν ἐπὶ τῆς τραπέζης τῆς Αὐγούστης, qui etiam erat judex *Agrariorum* (navigii id genus), *Augustæ*. GRETS.

LIBER TERTIUS.

273 CAPUT I.

Observationes et explanationes in caput 6, quod est de feriis.

P. 43. Ἐντεῦθεν αὶ ἑορταί, etc. In cod. Boico titulus hujus capituli ita habet : Τάξις γινομένη ἐν ταῖς Δεσποτικαῖς ἑορταῖς, *Forma observari solita in festis Christi Domini.* Nam per Δεσποτικὰς ἑορτάς intelligunt Græci non dies Dominicicos, sed festa Christo Domino proprie dicata, quæ sunt ista : Chæretismus sive Annuntiatio B. Virginis, Nativitas Christi, Hÿpapante sive Purificatio B. Virginis, Epiphania seu Baptisma Christi, quando a Joanne in Jordane baptizatus est, Transfiguratio Domini, Resuscitatio Lazari, festa Palmarum, Ligni seu S. Crucis, Resurrectionis, Ascensionis, Missionis S. Spiritus, Assumptionis D. Virginis. Ubi per festum *Ligni* seu S. *Crucis* non tantum intelligitur *Parasceve* illa qua Christus in Cruce exstinctus est, sed et festum *Exaltationis S. Crucis* : nam et hoc numerant Græci et ipse Codinus noster in *Despoticis feriis*.

Ibid. Ibidem legendum videtur *Χριστουγεννῶν*. Legitur etiam disjunctim *Χριστοῦ γέννα*.

Ibid. Παραμονή hic est *vigilia*, ad verbum quasi *expectatio festi*. Inepte Junius *stativam feriam* vertit, idque non tantum meo, sed et Meursii iudicio. Inepte ibidem et τὸν ὄρθρον vertit adverbialiter *matutino* : imo *ad matutinum, ad laudes matutinas*. GRETS.

Ibid. [Basili missæ titulus in Euchologio : Ἐν τῇ παραμονῇ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἡμῶν γεννήσεως. Menæum : Εἰ τὴν ἡ παραμονὴ τῆς Χριστοῦ ἡμῶν γεννήσεως ἐν Σαββάτῳ ἢ Κυριακῇ.]

Ibid. [Εἰς τὸν ὄρθρον μὴ ἐξελεύσῃς. Pervigilli natalitiorum Christi officium matutinum laudandis

Eugenix et *Basilæ*, Philippo *Eugenix* patri, nec non *Nicolao* martyribus, ex majori parte impenditur : natalitiorum προσόρτια tantum quædam ἄσματα admiscet. Ad illud itaque non convenit imperator, quod ejus solemnitas minor sit nec adeo festiva : alias horas Christum jam natum personantes ac celebrantes audit. Ipsum *Menæum* minoribus horis præfigit titulum ; Ἀρχὴ τῆς ἀκολουθίας τῶν ὥρῶν τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως τοῦ Κυρίου.

P. 44. [Μετὰ τὴν ἀπόλυσιν. Supplex ecclesiastici officii conclusio est ἀπόλυσις. Scatenit undequaque exemplis ecclesiastici libri. Inscienter 274 itaque Meursius ἀπόλυσιν ultimum diem cuiusque festi, quod tunc quasi solveretur, exposuit. Solus hic locus, quo nec festivitas plene cœpit nec alia desiit, hallucinatum declarat. GOAR.]

P. 44. Inscite Junius εἰκονοστάσιον vertit *delubrum*. *Delubrum verti*, inquit, *quasi dei aut ditorum labrum*. Præclare. *Iconostasion* dicitur omne illud in quo vel stant vel ex quo pendunt sacræ imagines, ut ex isto pendebant imagines *nativitatis Christi* aliaque tres aut quatuor. Germani vocant *ein bilder gestelle*. GRETS.

Ibid. [Sacris imaginibus circumposita ornamenta, quibus illæ sunt affixæ, est εἰκονοστάσιον. *Torematici operis quadratum tabellæ marginem alii vocant.* GOAR.]

Ibid. Ἀναλόγιον. Scribitur etiam ἀναλογεῖον. *Suidas* : Ἀναλογεῖον, ἐν ᾧ τίθενται τὰ βιβλία. Usurpant quoque Latini. *Isidori Glossæ* : *Lectrum analogium, super quo legitur.* *Walafridus*, De rebus ecclesiast. c. 6 : *Analogium, quod in eo verbum Dei legitur et annuntiat.* Est ejusdem mentio in *Turcogr. l. II, p. 168.* GRETS.

Ibid. [De analogio sive pulpito egimus nos quoque A ad Euchologica.

Ibid. [Μετὰ τῶν ἱερατικῶν στολῶν. Hoc est cum sacerdotali dicta stola et casula, μετὰ τοῦ ἐπιτραχήλου καὶ φελωνίου. Philotheus in ordine sacri ministerii in Euchologii limine.

Ibid. [Τοῦ τρικλίνου. Majoris aulae palatii. Χρυσοτρικλίνον habet Zonaras in Justino: Τὸν τοῦ καλατίου χρυσοτρικλίνου ἐδομήσατο. Leo Grammaticus: Διὰ τῆς δυτικῆς τοῦ χρυσοτρικλίνου εἰσελθόν. Celebrem porro diem hunc et Epiphaniæ colebant imperatores, ac in iis sese vestibus regiis ornabant; unde notatur Justinianus λυπούμενος εἰς τὰ γενέθλια καὶ θεοφάνια χωρὶς στέμματος προελθόν.

Ibid. [Ἐπιβρίπτῶν. Capitis tegimen est ἐπιβρίπτῶν, vestis genus a Meursio generice expositum. Evincit Ciropalate in Constantino Leonis F. auctoritas: Τοῦ Συμεῶν ὑποκλίναντος τῷ πατριάρχῃ τὴν κεφαλὴν καὶ εὐχὴν δεξαμένου παρ' αὐτοῦ, ἐπιτιθέντος, ὡς φασι, τῇ βαρβάρου κεφαλῇ ἀντὶ στεφάνου τὸ ἴδιον ἐπιβρίπτῶν. Leo Grammaticus rem eandem narrans, Εὐχὴν οὖν, inquit, ὁ πατριάρχης ποιήσας, ἀντὶ στέμματος τὸ ἑαυτοῦ ἐπιβρίπτῶν τῇ αὐτοῦ ἐπέθηκε κεφαλῇ. Merito equidem: vestis enim genus non imposuisset, nec nisi tegumenti capitis vice, id est diadematis, proprium pileum substituisset patriarchā. Adde lectores, de quibus sermo, adesse imperatori μετὰ τῶν ἱματίων καὶ ἐπιβρίπτῶν: canonarcha vero numero seq. μετὰ ἱματίων μόνων καὶ ἄσκεπες: absque epirripta-riis igitur, id est pileis.

Ibid. Καπίστια. Symeon Thessalonicensis de Sacramentis: Ὁ ἀναγνώστης κέκτηται ἐνδυμα τὸ καλούμενον καπίστιον, ὅπερ κατὰ τύπον φελωνίου ἐστὶ μικροῦ ἢ στιχαιρίου ἐκ λίνου, τὴν ἀπαρχὴν τῆς ἱερωσύνης δηλοῦν, διὰ καὶ μικρόν ἐστι, καὶ τὴν ἀπὸ Θεοῦ σκέπη σημαίνει, ἢ πορφυροῦν διὰ τὸ πορφυροῦν τοῦ Χριστοῦ ἱμάτιον, καὶ λευκὸν διὰ τὸ καθαρὸν τῆς ἱερωσύνης καὶ τὸν ἀπὸ Θεοῦ φωτισμόν. Cedrenus et Theophanes χρυσατῶν καπίστιων bombycinarum: vel linearum interularum meminere in Heracleo.

Ibid. [Λευκά. Color præcipuus in ecclesia habitus dignioribus, purpureus, quo per quadragesimam et in funeribus utuntur Græci, inferioribus ministris tribuitur. Symeon Thessalonicensis De sacram., et Demetrius Bulgariae Juris GR. I. v. GOAR.]

275 P. 44. Circa διδάμπουλον, quod lampadarius gestat, et ejus Codinus ter meminit, hic et paulo infra, variae sunt sententiæ. Prima Junii, qui ubique vertit divini cultus ampullam. Non possum assentiri, inquit Meursius: Facerem si dicitur pro divus recentiores Græcos usurpasse. Invenirem.

Altera sententia est διδάμβουλον esse κηροδοχείον, ein kerzenstang, quod in διατάξει τῆς ἱεροδρακονίας, Philothei patriarchæ Cpolitani nominatur μανουάλιον, manuale: Ὁ ἀναγνώστης κατέχων μανουάλιον μετὰ λαμπάδος ἡμμένης. In Typico S. Sabæ reperis κηρομανουάλια eodem prorsus significatu. Idem omnino

διδάμπουλον, id nimirum cui lampas imponebatur et quo ferebatur. Id erat aureus contus, ut Codinus docet: in hujus enim vertice lampas insistens a lampadario portabatur. Hæc sententia mihi olim in Facula non displicebat: nunc alia mente sum, quia cur contus, qui accensæ lampadis fulcrum. vocetur διδάμπουλον, exputare mecum nequeo, etiamsi non διδάμπουλον sed διδάμβουλον scribamus. Adde quod manuale et κηρομανουάλε nimis distant a dibampulo.

Tertia sententia existat in eadem Turco-Græcia, διδάμπουλον esse turibulum, quam expositionem accepit Crusius a Græcis insulæ Santorinæ, quibus favere videtur tum ipsa natio, quia Græci sunt, quos utique melius nosse ista oportebat quam externos, tum quia non sit verisimile turibulum in his aulicis conventibus adfuisse; et forte scribendum θαύμπουλον, a θῶω immolo, unde et thus originem ducere videtur.

Quarta sententia videtur esse Meursii v. Μονοδάμβουλον, qui μονοδάμπουλον et διδάμπουλον ab ambulo accessit, ut sit illud quasi simplex et unicum, hoc duplex ambulacrum, seu ut ipse loquitur, simplex conclave palatii secretius, in quo congregabatur clerus patriarcham novum electurus. Codinus ejus meminit: Ὁ δεύτερος ὀστιάριος κρατῶν τὸ μονοδάμβουλον. Ante hoc erat aliud, in quod promiscue conveniebant omnes qui cuperent statim scire quem clerus patriarcham creasset: et illud διδάμβουλον dicebatur. Invenio ejus mentionem apud Phranzem, III, 19. Secundum hæc patriarcha cum lampadibus ad dibambula sive atrium descendebat, paratamque inventiens equum ascendebat. Sed quid de monobambylo sentiendum sit jam I. I. c. 10, exposui: expungi nimirum debet, inque ejus locum substitui μονάμπουλον sive μονάμπουλλον, et notio atrii seu ambulacri his duobus Codini locis nullo modo applicari potest: nam lampadarius dicitur φέρειν, manibus ferre, cum accensa lampade διδάμπουλον. An conclave vel trium manibus gestare potuit? Adde hæc de conclavi exteriori et interiori esse signa Junii, quanquam ipse διδάμπουλον nunquam ad exterius conclave retulit, neque etiam in suo monobambylo ad τὸ ambulacrum vel ambulare, sed ad τὸ βραμβάλεον respexit. Accedit apud Phranzem non legi διδάμπουλον, sed dibambula. At Meursius corrigat 276 διδάμπουλα. Quo codice fretus? Si quid corrigendum sit, potius et vero propius correxerim διαπάτουλα, hoc est ad loca patentia, uno verbo ad atrium, seu ad διάβατα, transitus.

Quinta sententia est ejusdem Meursii, qui et hic et in catalogo officiorum Magnæ Ecclesiæ μονοδάμβηλον et διδάμβηλον a velo rescribendum censet, quasi ille simplex velum, hic duplex in custodia sua haberit, velarii utique, qui nunc a januis janitores; nam sub velis olim res gerebatur. Cæterum mss. codd. in primis repugnant, quorum nullus istam scripturam nobis exhibet. Deinde lampadarius tenens διδάμπουλον cum lampade accensa διδάμπουλον in manu portabat: non erat ergo velum, a quo velarii et custodes veli nomen sortiti sunt. Nec juvat

hanc opinionem Anastasius in Sylverio aut collatio cum Donatistis apud S. Augustinum : nihil enim aliud ostendunt quam sub velo res olim disceptatas fuisse, sive uno sive duobus ; extra quod velum partes expectabant. *Pro velo sunt utriusque partis episcopi*, inquit Collatio ; *Si jubet sublimitas tua, intromittentur*. Sic B. Sylverius *ad primum et secundum velum retinuit omnem clerum*, Quid hæc ad lampadarii nostrum, cui τοῦ διαμπόλου cura commissa erat ?

Sexta sententiā est διαμπόλου esse duplicem ampullam et μονάμπουλον simplicem ampullam ; hanc tenuisse in clericorum ordinationibus et initiationibus secundum ostiarium, de quo in sexta pentade officialium Magnæ Ecclesiæ, illam tenuisse lampadarii in solemnitatibus quas Codinus describit : ita etiam ipse Meursius v. διαμπόλου. Sed quid in his ampullis ? in monampulo non dubito fuisse chrisma, quo qui sacerdotio Initiantur inunguntur, in dibampulo autem fuisse sacrum oleum et chrisma, ut imperator unctionis suæ tam in baptismo quam in imperatoria inauguratione semper memor esset. His forte lucem dabit, tametsi exilem, citatus a Meursio Ansegisus, 1, 162 : *Presbyter in Cæna Domini duas ampullas secum deferat, unam ad chrisma, alteram ad oleum, ad catechumenos inungendos vel infirmos*. Fecerunt ergo Græci, ut alia multa, sic et ampullæ nomen suum in monampulo et dibampulo, seu geminato λ dibampullo ; a quo vox etiam Germanica *umpel* quasi *ampulla* descendit. Et hanc sententiam ego præ aliis probo et amplector, licet Balsamon in melete seu exercitatione sua nihil de dibampulo imperatori a lampadario præferri solito, sed tantum de lampade scribat. Nec quemquam turbet illud β : etsi enim sola vocula δι duplicat, ut *bigarius*, hic tamen ob vocalem sequentem β interjicitur, euphoniæ causa. GRETS.

[Græcum proverbium lubet hic accersere : Ὅπου πολλοὶ πετεινοὶ φωνάζουσιν, ἐκεῖ ἀργεὶ νὰ ἐξημύση, *Ubi plures galli cantillant, ibi tardum est crepusculum* : quia videlicet ex contentione, non ex lucis sensu canunt. Μύθος etiam hodie proverbialiter dicunt : ἐπιμύθιον itaque proferam : Quo plures in re obscura sententiæ, eo dubiis majoribus mens fluctuat. Circa vocem διαμπόλου allatis a Gretsero sex sensibus, quem amplectar non video : certior itaque meum in medium adducam ex Balsamone Meditato de patriarcharum privilegiis. Lumen et 277 faces ad docendi officium spectant, inquit, ac propterea, ut patriarchæ, ita et imperatori lampas, ignis, lumen præferunt, et ut clare loquar, *ceruus accensus* : Λαμπάτω τὸ φῶς ὁμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων. Ἀκουσάτωσαν, ὡς οἱ βασιλεῖς, καὶ οἱ πατριάρχαι· μεγαλύνονται μὲν καὶ διδοσκαλικοὶ ἀξιώμασι. Ἐντεῦθεν γὰρ οἱ πιστοὶ δεσπόται καὶ οἱ αὐτοκράτορες κατηχητικῶς ὁμιλοῦσι τῷ Χριστιανύμφ λαῶ. De imperatore concionem ad populum habente dictum ad p. 37. At imperatori διαμπόλου præferitur, patriarchæ et imperatrici μονάμπουλον. Cur ita ? quid

generis διαμπόλου ; ἔτι δὲ τῶν μὲν αὐτοκρατόρων ἡ ἀρωγὴ πρὸς φωτισμὸν καὶ σύστασιν ἐπεκτείνεται ψυχῆς τε καὶ σώματος, τὸ δὲ μεγαλεῖον τῶν πατριαρχῶν ἐς μόνην τὴν ψυχικὴν ἐστενοχώρηται λυστέλειαν (ὀλίγη γὰρ τοῦτοις ἐστὶ φρονεῖς εὐπαθείας σωματικῆς), ὡσαύτως καὶ ἡ περὶ τοὺς ὀπηκούς τῆς βασιλείας κηδεμονία καὶ μέριμνα πρὸς μόνην σωματικὴν εὐζωίαν ἐξήπλωται (πάσης γὰρ ψυχικῆς βοηθείας αἱ γυναίκες ἐστέρηται). Αἱ λαμπάδες δὲ τῶν μὲν βασιλέων διττοὶς διαχρύσοις περιζωννύονται στεφανώμασι, τῶν δὲ πατριαρχῶν καὶ τῆς βασιλείας ἐν κατακυκλοῦνται θριγγώματι. Fax itaque imperatori præfata duplici corona aurea circumdata διαμπόλου, patriarchæ et imperatrici unica eaque argentea μονάμπουλον est. Consule quæ prolixitati vitandæ apud eundem Balsamonem scripta prætermittimus. GOAR.]

P. 44. Μαῖστορ. Clara origo a Latino *magister*. GRETS.

Ibid. Τὸ πολυχρόνιον. De votis in imperatores, faustis acclamationibus et in multis annos appreciationibus fuscæ quidem infra nec minus doctæ Gretserus, at quæ πολυχρόνιον in Christi natalitiis faciendum non attingant. Succincte addimus : Incipiente olim in Ecclesia ab his solemnibus anno, ut mutuis sese donis et xeniis excipere, ita et felicibus votis prosequi et lætis vocibus bene ominari, quod observant adhuc Itali, consueverunt Græci. Discurrunt itaque per vias et compita pueri et adulescentes hac die, et ad amicorum portas modulibus ac musicis instrumentis πολυχρόνια perstreperunt, xenia reportaturi, cunctique Χριστουγεννητικοῖς pro natalitiis Christi muneribus se cumulant certatim. Ecclesia igitur, cujus vota sunt dona, natalium Dominicorum pervigilio, in palatii penetralibus, annis ei multis exoptatis bene precatur imperatori. Ipsi quoque monachi vitæ et annorum diuturnitatem superiori, ad cellam ejus cœteratim convenientes, a Deo postulant, eis τὸ κέλλιον τοῦ προεστώτος (διὰ) τῆς ἰδίας πολυχρονίσεως, ait Menæum hac die. Hinc τὸ πολυχρονίζεῖν non nisi de votis pro salute cuiuspiam præsentis luce emissis vulgus consuetum est percipere. Quondam tamen aliis etiam diebus decantata πολυχρόνια docent Regia mss. ex quibus sequentia erudito lectori depromimus.

Πολυχρόνια. Ὅπως πολυχρονίζουσι τοὺς βασιλεῖς καὶ τὸν πατριάρχην ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ κατὰ τὴν ἑορτὴν τῆς Χριστοῦ γεννήσεως καὶ τῶν Φώτων καὶ τῇ μεγάλῃ Παρασκευῇ.

Πολυχρόνιον ποιῆσαι ὁ Θεὸς τὴν ἁγίαν βασιλείαν αὐτῶν εἰς πολλὰ ἔτη. Πολυχρόνιον ποιῆσαι ὁ Θεὸς τὴν ἁγίαν καὶ κραταιάν βασιλείαν αὐτῶν εἰς πολλὰ ἔτη. Πολυχρόνιον ποιῆσαι ὁ Θεὸς τὴν θεόστεκτον, θεοπρόβλητον, θεοδόξαστον καὶ θεομεγάλυτον, κραταιάν καὶ ἁγίαν βασιλείαν αὐτῶν εἰς πολλὰ ἔτη.

Hæc in ecclesia, ubi plures imperabant, nuncupabantur vota; sequentia inter epulas et pocula, bibente nimirum imperatore, proferebantur.

Εἰς τὴν τράπεζαν εὐχεται οὕτως· Εἰς τὸ πολυχρόνιον, ζωὴν, εἰρήνην, ὑγείαν, εὐδωσίαν καὶ κατ' ἐχθρῶν νίκην τῶν κραταίων καὶ ἀγίων ἡμῶν αὐθεντῶν καὶ βασιλέων.

Votis istis in ecclesia patriarcham excipiant:

Τὸν δεσπότην καὶ ἀρχιερέα ἡμῶν, Κύριε, φύλαττε. Λέγεται δὲ τρίς· **278** Εἰς πολλά ἐτη. Τρίς· Εἰς δὲ τὴν τράπεζαν εὐχεται οὕτως· Εἰς τὸ πολυχρόνιον, ζωὴν, εἰρήνην, ὑγείαν καὶ σωτηρίαν τοῦ πατριάρχου ἡμῶν δεσπότης καὶ οἰκουμηνικοῦ πατριάρχου. GOAR.]

P. 45. *Cujus lampadis*, etc. Exstat Theodori Balsamonismetele seu disceptatio de hoc more imperatori præferendi lampadem, ut et imperatrici et quinque patriarchis, Romano, Cpolitano, Alexandrino, Antiocheno, Hierosolymitano. Ait imperatori duplicem ob causam præferri lampadem, tum quia humana tum quia divina curat, tanque ea quæ ad corpus quam ea quæ ad animam pertinent (hujus enim geminæ potestatis concessione blandiebantur recentiores Græci suis imperatoribus), eaque de causa lampades imperatoris duplicibus aureis coronis cinctas esse; patriarcharum vero lampades, ut et imperatricis, unâ tantum, eo quod patriarchæ spiritualium tantummodo curam habeant, mulieres temporalla duntaxat spectent, quippe quibus in ecclesia docere interdictum sit.

Videntur autem hæc aurea vel argentea στεφανώματα, ut Balsamon vocat, et θριγγώματα, coronæ in morem lampadi fuisse imposita, vel certe, quod θριγγώματος nomen potius suadet, ipsi lampadi cancellorum seu sepimenti instar circumposita. Addit Balsamon hoc idem προνόμιον seu privilegium procedenti cum lampade concessum fuisse archiepiscopo Bulgaricæ et Cypri et paucis quibusdam metropolitanis, et præter hos nulli; et patriarchas non modo in sua diœcesi, sed et extra lampade illustres progredi posse; quod multis ipse adversus oblocutores quosdam confirmat, quem legat qui volet l. 7 Juris GR. GAZTS.

P. 46. [Τροπάριον *modulus* est, cantici nimirum genus, ad alterius exemplaris modo se habentis normam τρεπόμενον, decantandum. Hæc τροπαρίου communior expositio. Alias fusijs in Euchologicis retulimus. Ποιητὰς porro τῶν τροπαρίων Anthimum et Timoclem memorat Theophanes et Cedrenus in Leone I.

Ibid. [δδξα. Supple reliquia Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι. Post καὶ νῦν καὶ ἀεὶ adde καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.]

Ibid. [Ὁὐ ψάλλεται. Modulatis varieque flexis cantus sonis non decurritur μελωδῶς: sed voce continua, χύμα, ut scripsit Philotheus, ἀναγινώσκουσι. GOAR.]

Ibid. Mos iste accinendi imperatoribus τὸ πολυχρόνιον et acclamandi εἰς πολλά ἐτη Græcis valde frequens fuit, ut sæpius posthac ex Codino intelligimus, quem eleganter describit Corippus, dum quomodo Justino Juniori τὸ πολυχρόνιον acclamatum

Asit, versibus explicat, de laudibus Justini, 1, 203 et 356, II, 165 et 308.

Nicephoro Phocæ factas acclamationes suaviter admodum irridet· Luitprandus in legatione sua Cpolitana, loquens de processione Phocæ ex palatio ad Sanctam Sophiam. Multi profecto in his acclamationibus πολλά ἐτη apprecabatur, quibus nihil jucundius accidere potuisset quam si imperator illo ipso die quin et illo momento, repentiua morte extinctus fuisset.

Acclamandi mos vetus est, manavitque ex theatris in fora, deinde etiam in senatum; hinc ad Christianorum synodos. Exemplum **279** acclamationis factæ a senatu M. Antonino commemorat Vukatius in Avidio Cassio: *Antonine Pie, dii te servant. Antonine clemens, dii te servant. Tu noluisti quod licebat: non fecimus quod decebat. Commodum imperium justum rogamus, progeniem tuam robora. Fac securi sint liberi tui; bonum imperium nulla vis lædit. Commodum Antonino tribuniciam potestatem rogamus; presentiam tuam rogamus, philosophiæ tuæ, patientiæ tuæ, doctrinæ tuæ, nobilitati tuæ, innocentie tuæ. Vincis inimicos, hostes exsuperas: dii te mentur.*

Synodicæ acclamationis en tibi exemplum ex œcumenica synodo Chalcedonensi, Act. VII, ubi Marciano Imperatori et Pulcheriæ imperatrici acclamant Patres: *Marciana novo Constantino, novo Paulo, novo David multos annos. Vós estis pax orbis, pie domine. Dominus vitam ei conservet. Vos fides nostra. Christus, quem honoras, ipse te custodiet. Orthodoxam fidem tu roborasti. Sicut apostolici, ita creditis. Augustæ multos annos. Vós lumina orthodoxæ fidei. Propter hæc ubique pax est. Lumina pacis, domine, tu custodi. Luminaria mundi, domine, tu custodi. Perpetua memoria novo Constantino. Quæ ex genere orthodoxa est, Deus eam custodiat. Custodem fidei Deus custodiat. Eam quæ semper pia est Deus custodiat. Pia, orthodoxa, quæ contraria est hæreticis, Deus eam custodiat. Omnes hæreticos tu fugasti. Nestorium et Eutychen tu persecuta es. Absit invidia a vestro imperio. Fideles imperatores sic honorantur. Deus custodiat potestatem vestram, Deus pacificet imperium vestrum. Marcianus novus Constantinus, Pulcheria nova Helena: solum Helenæ tu sectaris. Vestra vita munimen cunctorum est: vestra fides ecclesiarum gloria est.*

Similibus epiphonematis personat tota synodus Cpolitana sub Mena patriarchæ et Justiniano imperatore. Quin et in electionibus usus erat ἐπιθετικῶν. In Actis ordinationis Eradii, cum illum S. Augustinus jam senex apud clerum et populum successorem sibi dixit, post ista Augustini verba, *Presbyterum Eradium mihi successorem volo*, sequuntur ista: *A populo acclamatum est, Deo gratias, Christo laudes; dictum est vicies ter. Exaudi Christe, Augustino vita; dictum est sexies decies: Te patrem, te episcopum; dictum est octies. Cumque reticeretur, Augustinus episcopus dixit, Non opus est, etc. Mox: A notariis ecclesiæ, sicut cernitis,*

excipiuntur quæ dicimus, excipiuntur quæ dicitis; et meus sermo et vestra acclamationes in terram non cadunt. Apertius ut dicam, ecclesiastica nunc gesta conficimus. Sic enim hoc esse quantum ad homines confirmatum volo. Populo acclamatum est trigesies sexies, Deo gratias, Christo laudes. Exaudi Christe! Augustino vita; dictum est tredecies. Et sub finem: Hic mihi responsione vestra opus est. Teneam responsionem vestram. De hac assertionem aliquid acclamate. A populo acclamatum, Fiat, fiat: dictum vices quinquies. Dignum est, justum est, dictum vices octies. Fiat, fiat: dictum quater decies. Olim dignus, olim meritis: dictum vices quinquies. Iudicio tuo gratias agimus, dictum tredecies. Exaudi, Christe, Eradium conserva: dictum octies decies. Vides hic 280 eandem acclamationem iteratam fuisse, non tantum semel, sed et sæpius, imo sæpissime.

En quid senatus in Claudium, cum imperator renuntiatus esset, apud Trebellium: Auguste Claudii, dii te nobis præsentent: dictum sexagesies. Claudii Auguste, principem te, aut qualis tu es, semper optavimus et dictum quadragies. Claudii Auguste, te respublica requirebat: dictum quadragies. Claudii Auguste, tu frater, tu pater, tu amicus, tu bonus senator, tu vere princeps: dictum octavies. Claudii Auguste, tu nos ab Anreolo vindica: dictum quinquies. Claudii Auguste, tu nos a Palmyrenis vindica: dictum quinquies. Claudii Auguste, tu nos a Zenobia et a Victoria libera: dictum septies. Claudii Auguste, Tetricus nihil fuit: dictum septies.

Noc bonis tantum bona, sed et mala malis in huiusmodi acclamationibus apprecabantur vel quasi iure suo efflagitabant. Illustre huius rei exemplum suppeditat Ælius Lampridius, apud quem habes acclamationes senatus in occisum Commodum imperatorem: Hosti patriæ honores detrahantur, parricidæ honores detrahantur, parricida trahatur. Hostis patriæ, parricida, gladiator in spoliario lanietur. Hostis deorum, carnifex senatus, hostis deorum, parricida senatus. Hostis deorum, hostis senatus. Gladiatorem in spoliario. Qui senatum occidit, in spoliario ponatur. Qui senatum occidit, unco trahatur. Qui innocentes occidit, unco trahatur hostis, parricida, vere, ævere. Qui sanguini suo non pepercit, unco trahatur. Qui te occisurus fuit, unco trahatur. Nobiscum timuisti, nobiscum periclitatus es. Ut salvi simus, Jupiter, optime maxime, serva nobis Pertinacem. Fidei prætorianorum feliciter, prætorii cohortibus feliciter, exercitibus Romanis feliciter, pietati senatus feliciter. Parricida trahatur. Rogamus, Auguste, parricida trahatur. Hoc rogamus, parricida trahatur; exaudi, Cæsar. Delatores ad leonem; exaudi, Cæsar. Delatores ad leonem; exaudi, Cæsar. Speratum ad leonem. Victoriæ populi Romani feliciter; fidei militum feliciter; fidei prætorianorum feliciter; cohortibus prætorii feliciter. Hostis statuas undique, parricidæ statuas undique, gladiatoris statuas undique; gladiatoris et

parricidæ statuæ detrahantur. Necator civium trahatur, parricida civium trahatur. Gladiatoris statuæ detrahantur. Te salvo salvi et securi sumus, vere, vere; modo digne, modo vere, modo libere. Nunc securi sumus. Delatoribus metum. Ut securi simus, delatoribus metum; ut salvi simus, delatores de senatu. Delatoribus sustem te salvo. Delatores ad leonem te imperante. Delatoribus sustem. Parricidæ gladiatoris memoria aboleatur, parricidæ gladiatoris statuæ detrahantur. Impuri gladiatoris memoria aboleatur; gladiatorem in spoliario. Exaudi, Cæsar. Carnifex unco trahatur. Carnifex senatus more majorum unco trahatur. Sævior Domitiano, impurior Nerone, sic fecit, sic patitur. Memoriæ innocentium serventur, honores innocentium restituantur. Rogamus, parricidæ cadaver unco trahatur, gladiatoris cadaver in spoliario ponatur. Perroga, Perroga: omnes 281 censemus unco trahendum. Qui omnes occidit, unco trahatur. Qui omnem ætatem occidit, unco trahatur. Qui utrumque sexum occidit, unco trahatur. Qui sanguini suo non pepercit, unco trahatur. Qui templa spoliavit, unco trahatur. Qui testamenta delevit, unco trahatur. Qui vivos spoliavit, unco trahatur. Servis servivimus. Qui pretia vitæ exegit et fidem non servavit, unco trahatur. Qui senatum vendidit, unco trahatur. Qui filius abstulit hæreditatem, unco trahatur. Indices de senatu, delatores de senatu, servorum subornatores de senatu. Et tu nobiscum timuisti, omnia scis, bonos et malos nosti. Omnia scis, omnia emenda. Pro te timuimus. O nos felices te viro imperante. De parricida refer, refer, perroga: præsentiam tuam rogamus. Innocentes sepulti non sunt; parricidæ cadaver trahatur. Parricida sepultos eruit, parricidæ cadaver trahatur.

Similis ferme est illa ἐπιφώνησις quæ in synodo sub Meña actione IV legitur. Multi anni imperatoris, multi anni patriarchæ. Petrum Zoaram et Severum modo anathematiza. Orthodoxum imperatorem habes: quid times? eos qui parabaptizant ejice foras. Et cum monachi Hierosolymorum porrexerunt chartam, universi clamaverunt: Multi anni patriarchæ. Libellum monachorum modo suscipe. Libellus modo legatur. Eos qui per domum baptizant ejice foras. Speluncam Zoaræ modo torqueas. Multi anni patriarchæ. Parabaptistam modo anathematiza. Christiani imperatoris multi anni. Orthodoxi imperatoris multi anni. Speluncæ hæreticorum modo ardent. Vincit fides imperatoris. Orthodoxus regnat: quid times? Petrus quare habet monasteria? Omnes hæreticos ibi habet. Severum, Petrum et Zoaram modo anathematiza. Trinitas tres anathematizat. Anathema Severus Petrus et Zoaras. Severum Manichæum modo anathematiza. Vincit fides Christianorum. Multi anni patriarchæ. Inimicos Christi modo anathematiza. Hæreticos modo anathematiza. Anathematizatos modo anathematiza. Vincit fides Christianorum.

Et Act. 5, quæ antea in vulgatis editionibus solebat esse prima, exstat longissima acclamatio, qua partim bona Augustis et patriarchæ, partim

mala hæreticis populus imprecatur. *Multi sint anni imperatoris, multi anni Augustæ, etc. Severum Manichæum ejice, etc. Effodiantur ossa Manichæorum, etc. Severum Manichæum foras ejice, etc. Qui non anathematizat Severum, Manichæus est. Ejice foras Severum. Novum Judam ejice foras. Insidiatorem Trinitatis ejice foras, etc. Exhumentur ossa Nestorianorum. Exhumentur ossa Eutychianitarum. Quis est Nestorianus? Ego nescio; anathema sit ipse a Trinitate, etc. Manichæos de ecclesia ejice. Duos Stephanos de ecclesia ejice.* Paulo post in eadem sessione sequuntur plura hujus generis epiphoneiata.

Acclamabant etiam concionatoribus; cujus moris exempla invenies apud S. Augustinum l. iv *De doctrina Christiana*, c. 26, et sæpe in Homiliis. Hactenus de ista consuetudine. GRÆTS.

282 P. 46. [Σᾶς. Pronominis οὐ plurale est ἑστῆς io primo casu; in reliquis σᾶς et ἑσᾶς corrupte pronuntiat Græcia.]

Ibid. [Θεός. Cui verbo addes ex Horologio, ut sit modulus integer, Τῶν πατέρων ἡμῶν ὁ ποιῶν ἀεὶ μετ' ἡμῶν κατὰ τὴν σὴν ἐπισείκειαν, μὴ ἀποστήσης τὸ ἔλεός σου ἀπ' ἡμῶν, ἀλλὰ ταῖς αὐτῶν ἰκεσίαις ἐν εἰρήνῃ κυβένησον τὴν ζωὴν ἡμῶν. Polychronismum monachorum in superioris salutem emissam require in Menæo retro Nonæ offitium. GOAR.]

Ibid. Protapostolarius. Vides et hic nomen Græcicæ ambitionis, quod inter illos qui apostolum Paulum publice legebant, hoc est inter apostolarios, voluerunt habere protapostolarium. GRÆTS.

Ibid. [Ἡ τῆς λειτουργίας ὥρα. Quæ hac die ab orto sole decima est. Ita typus hodierni officii ad Nonæ calcem positus: Περὶ δὲ ὧραν δεκάτην σημαίνει: τὸ μέγα etc. ad synaxim videlicet vespertarum habendam; quibus finitis καθεξῆς ἡ θεία λειτουργία τοῦ μεγάλου Βασιλεῦς.]

Ibid. [Sabbato vel Dominica jejunium Græcis illicitum. Eam ob rem si Natalium Christi diebus hujusmodi sors ferat celebrari pervigilium, ut a jejuniis abstinent, ita missam consueto tempore, quod diei tertia est, peragunt: si alias incidat in ferias, cum nonnisi missæ præmissis solemnibus fas sit solvere jejunium, illud vero ad vesperam usque sit protrahendam, vespere solummodo, quo vespertinarum laudum tempus instat, simul cum ipsis cantatur missa; qua finita cibi capiendi sit potestas. Hæc ex ritu hujus diei in Menæo reperiendo ad hujus loci expositionem. GOAR.]

P. 47. *Post hanc liturgia perficitur.* Habent hunc morem Græci, ut in quadragesima diebus jejuniis et in vigiliis liturgiam seu missam celebrent a meridie, et ut hinc apparet, post vespas. In Paschate liturgia sit ante solis exortum. Aliis diebus hora tertia, tanquam consueta, ut docet Gabriel Philadelphiensis episcopus in suo *De sacramentis* libello. GRÆTS.

Ibid. 45. [Ἀλλάσσει. Non mutat, sed potius induit, τὸ ἐπὶ πᾶσι nimirum ἔνδυμα, etc. Ad notam

A superioris capitis (col. 281 D), amice lector, recurras precor. GOAR.]

Ibid. Crinonia. Hoc imperatoris tegmen videtur a specie liliæ *Crinoniæ* nomen invenisse, ut et illud *tetraphyllum* a quatuor foliis. Utriusque meminit Glossarium, sed nudis solisque verbis Codini, nulla explicatione adhibita. GRÆTS.

[Κρονωιδῶν. Coronam liliis sive flosculis in gyrum germantem. Coresius in rescriptis. Balsalmon Meditato de incensis etc. Juris GR l. 7: Κρόνος ἐκ κρινωνιδᾶς συλλεγόμενος.]

Ibid. [τετράφυλλοι. Coresius idem docet aliam coronam esse, e qua quatuor flosculi, ad frontem nimirum et sineiput ac ad utramque aurem, emicant. GOAR.]

Ibid. Flammula. Dicitur τὸ *flamulum* et τὰ *flamula*, aliquando simplici μ, interdum geminato. Dicitur etiam *flamula flamulæ*, genere feminino. Vegetius, iii, 5: *Aquilæ, dracones, vexilla, flammula, iusæ seu iuphæ*. Merito autem reprehendit Lipsius, l. iv de Militiâ Romana, illos qui apud Vegetium *flamulas* mutant in flameola: *O male*, inquit, *abstineant*. Et merito monet ut abstineant; **283** qui recte iidem castigat Interpretem Cedreni, hæc verba Græca τὸν τῆς εἰρήνης ἔγγραφον χάρτην ἐπὶ φλαμμουλλοῦ κρεμάσαντες his Latinis interpretantem, *tabulis pacis de conto suspensis*, quasi φλαμούλιον sit *contus*. Rectissime Lipsius: *Chartam conscriptam, pacis testem, super flamula suspendentes*. Nec recte Junius φλάμουλον interpretatur *labarum*, quia labarum unum erat; at φλάμουλα etiam βασιλικὰ et imperatoria plura, nimirum duodecim; et domi quoque, non tantum in bello præferebantur, ut docet Curopalata, c. 6. Forte vetus illud labarum apud posteriores Græcos desiderat: sin minus, δ:έλλιον potius labaro respondere dicere: hoc enim unicum erat, ante omnes flamulas, ut ibidem dicitur. Nec omittendum illud Suidæ: Σαυρίων εἶδος σημαίας ἢ φλαμούλου. Quid tamen *saurion*, ignoro, inquit Lipsius. Sed quid si legeretur *σταυρίων*? Certe unum ex flamulis imperatoris σταυρός erat, hoc est crux, ut supra dictum ex Curopalata c. 6. Ut igitur a dracone flamulum quoddam dicitur apud Curopalatum *δρακοντῆσον*,

sic apud Suidam videtur a stauroseu cruce vocari *staurion* illud quod a Curopalata *staurus* seu *crux* appellatur. Φλάμπουρον quoque invenias apud Moschopolium: apud Cedrenum, p. 441, φλαμούλιον, apud Leonem in *Tacticis* constitut. 5, φλαμούλιον, in *Pandectæ Turcicæ flambarum et flambulum*; quæ et hodie Græcis usitata. Idemque omnia hæc vocabula, etsi diverse scribi solita, significant, nempe vexillum, seu, ut interpretatur Nicetas apud Rigaltium in Glossario, *signum militare*. Nec tamen militiæ solum sed et domi imperatori et principibus palatii præferri consuetum, quod planum ex Curopal. c. 6. Imo domi plura præferebantur, nimirum duodecim: Ἐκτὸς δὲ ὀπόταν στρατεύει ὁ βασιλεὺς, κατὰ ἀναλογίαν τῆς ποσότητος τῆς αὐτοῦ

συντάξως ἔχει καὶ φλαμουλον ἐν τυχὸν ἢ δύο. Qui flammulum gestat, Græcis est *flamularis* seu *flam-bular*. Pandect. Turc. c. 174 et Vet. Gloss. apud Rigalt. φλαμουλάριοι. In Turco-Gr. p. 161 φλαμπουλάριοι *vexilliferi*, p. 201 flamboler *signum* seu *vexillum*. Transiit flamma ex Latio ad Græcos, qui illud varie, ut solent, immutarunt.

P. 48. Flagitiose prorsus Junius in interpretatione et explicatione eorum quæ hic de flammulis scribuntur versatus est. Id ut videas, en tibi Junii verba: *Ea (flamma) sunt hæc. Primum fert archistrategus: princeps sacrorum secundum, habens imagines divinas multas. Aliud tertius, habens imagines sanctorum quatuor magnorum martyrum, Demetrii, Procopii et Theodori. Aliud, qui fert sanctum Georgium equitem, aliud dracontem, et aliud habens equestrem imperatoris statuam.* Perperam prorsus. Vertendum enim, ut ipsa verba et mens Curopalatæ postulant, hunc in modum: *Ea autem (flamma) sunt hæc. Primum archistrategus: alterum vero (flammulum) multas habens sacras et divinas imagines pontificum et Ecclesiæ præsulum; aliud crux, habens (legendum enim ex cod. ms. doctoris Georgii Lautherii, ἄλλο σταυρὸς ἔχων) imagines sanctorum quatuor magnorum 284 martyrum, Demetrii, Procopii et utriusque Theodori (legendum enim in plurali Θεοδώρων, ut habent mss. codices). Aliud habens (ἔχων) S. Georgium equitem. Aliud dracontem, et aliud habens equestrem imperatoris statuam.* Hanc esse veram interpretationem quivis vel paululum mentem advertens fatebitur: nam primum Curopalata enumerare volens quænam sint illa flammula, ait *sunt autem hæc*: postea singula percenset. *Primum, inquit, est archistrategus*, non *fert archistrategus*. Neque enim Curopalata habet istud *fert*, sed *primum est* seu dicitur *archistrategus*, a D. Michaelis imagine, quæ in illo flammulo expressa et efficta. Hinc archangelus toti flammulo nomen dedit, ut diceretur *archistrategus*. Nam S. Michael archistrategus a Græcis appellatur quasi princeps cælestis militiæ. Ita vocatur 1) ab Emanuele imperatore Constit. de Feriis: *Feriamur, inquit, sexta Septembris*, ὅτι ἐν αὐτῇ τῷ ἐν Χώναις τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαὴλ θαῦμα τερατουργεῖται. 2) A Cedreno in imperio Basilii Macedonis: Ἀνεκαίνισα δὲ τὸν μέγαν τοῦ ἀρχιστρατήγου ναὸν τὸν ἐν Σωσθενίῳ. 3) A Niceta Choniote l. iii de imperio Isaaci Angeli: Ἐπισκευάσαι δὲ βουληθεὶς καὶ τὸν ἐν τῷ ἀνάπλω νεῶν τοῦ ἀρχιστρατήγου τῶν ἄνω τάξεων Μιχαὴλ. Eod. lib. Eὶς τὸν περιώνυμον νεῶν ἀρχιστρατήγου τῶν θαίων καὶ ἁλίων Μιχαὴλ. Idem l. vii de imperio Manuelis. Denique eodem archistrategi nomine afficiunt S. Michael Græci qui enomia in eum scripserunt et miracula ab eo patrata litteris consignarunt. Deinde cum signa et vexilla, quæ Curopalata commemorat, imaginibus cælitum exornata fuerint, omnino oportet ut et primum effigie aliqua fuerit insignitum: at alia insignitum non fuit quam τοῦ ἀρχιστρατήγου militiæ

A cælestis. Tertio archistrategus non erat officium vel nomen officii aulici vel militaris: alioquin omissum non fuisset hoc munus a Curopalata in catalogo. Quarevana est illa Calviniani nota: ὁ ἀρχιστρατήγος, *puta, quisquis est per illud tempus*. At nullus est archistrategus apud Curopalatam nisi Michael archangelus. GRÆTS.

P. 48. [Cælestis terrestrisque militiæ dux ducumque omnium princeps Michael, ἀρχιστρατήγος ideo a militibus, a vulgo (hoc enim solo nomine plebeculæ notus est) ταξιάρχης salutatus; cujus nomine ecclesiam in Sosthenio extra muros dedicatam a Constantino, cujus munimine reginam urbem ab insultu barbarorum non semel ereptam refert Damascenus Studites subdiaconus vulgari sermone de ejus festivitate scripto, quem velut magni ac celeberrimi S. Sophiæ templi custodem depinxit Justinianus ἐν προνάτῳ, καθ' ὃ δὲ ὁ πρῶτιστος καὶ μέγιστος τῶν παραστατούντων ἀρχαγγέλων Θεῶ Μιχαὴλ ἑσπασμένως βομφαλαν ἐστηλωται ψφρίθων λεπταὶς ἐπιθέσει, φύλαξ προβεδημένως τοῦ ἱεροῦ, inquit Nicetas in Alexio II; quem sacrorum præsides in sacri tribunalis foribus, non ejiciendis sed advocandis potius in paradysum hominibus, excubitorem non pingunt modo sed et venerantur, tremunt et precantur, ut in Euchologicis enarravimus; quem denique imperii defensorem simul cum Gabriele socio sibi datum tenuerunt Græcorum principes, ubi, prout auctor noster innuit, c. 4, et Damascenus citatus profiteatur, imaginem suam hinc inde a sacris istis duobus taxiarchis stipatam concessere gestandam: 285 ejus, inquam, nomini primum et præcipuum imperii flammulum consecratum est, et ἀρχιστρατήγος nuncupatur.

Ibid. [Ἐικόνας ἔχων πολλὰς. Si plures pontificum imagines eo vexillo pinguntur, eorum quos devotius colunt et in publicis precibus frequentius inelamant, magni Basilii, Gregorii Theologi, Joannis Chrysostomi, Athanasii, Cyrilli Alexandrini et Nicolai Myrensis ibidem positas mihi prorsus indubium est; et certe in octifido vexillo ejusmodi, pro singulis nimirum lingulis unum, octo censeo depictos, et ad priores non parum ab eis celebratos Gregorium Thaumaturgum et Hierosolymitanum Cyrillum alium accessisse. GOAR.]

Ibid. Nec minus errat Junius, cum illud ἱεραρχῶν vult idem esse quod *princeps sacrorum*, quasi scilicet princeps sacrorum ferat illud vexillum. Nugæ. Nam ἱεραρχῶν est patrius casus numeri multitudinis a recto ἱεράρχης, quæ vox præsulem, episcopum seu pontificem denotat. Νικολάου τοῦ περιωνύμου ἐν ἱεράρχαις τὸν περικαλλῆ τουτονὶ ναόν, inquit Cedrenus in imperio Basilii. Ergo *hierarcha* Cpolitianus erat patriarcha ejusdem orbis, quem imperatori flammulum seu vexillum præportasse quis credat, nisi aliunde id Junius probet? GRÆTS.

Ibid. [ὄκταπόδιον. Pisces *polypodem* hodiernus loquendi usus ὄκταπόδιον vocat. Vexillum illud dis-

sectis laciniis inferius divisum ὀκτάγλωσσον, poly-podeni que scissuris referens, ὀκταποδίου nomen accepit a vulgo.

Ibid. [Σταυρὸς ἔχωρ εἰκόνας. Crucem hanc in castris et conflictibus delatam ejusmodi arbitror quales in sacris processibus vel in ecclesiis adorandas me conspexisse memini. Lignæ sunt illæ (argenteas aureisque laminis connectas rapacitas Turcica eliminavit), et ad earum extremos ramos quævis amplios latiores adhuc trifoliorum figuræ prominent, in quibus nonnunquam pectus et facies quatuor evangelistarum vel hinc inde Deiparæ et S. Joannis aliorumve variis coloribus, delineata prius in medio crucifixi specie, exarantur. Quidni pariter οὗτος ὁ σταυρὸς ἔχων (ἐν ταῖς ἀκρίαις) τῶν ἁγίων τεσσάρων μεγάλων μαρτύρων εἰκόνας ἐφαίνετο; crucem qualem hic memoro depictus in iconibus per hocce opus Codini et ejus commentaria sparsis gestat patriarcha CP.

[Δημητρίου, Προκοπίου καὶ Θεοδώρου. Dnces armis quondam insignes armorum socios et in bellis protectores Oriens invocabat Demetrium, Procopium, καλλινίκους, et Θεοδώρους, Cedreno in Tzempisce ducem unum et alium tironem dictos. Primus Benetrius φλαμπουράρης ac præses Thessaliæ sub Maximiano martyr obiit Thessaloniciæ ubi corpus ejus sacro liquore exundans perpetuis quoque miraculorum scaturit fluentis. A profecturis in prælium invocatur, suoque bellantes adjuvat præsidio; nec in dubium revocatur quod Thessalonicensibus obsidione ab Alusiano Bulgarorum cinctis unguentoque ab ejus sepulcro emanante unctis contulit. Romanæ aciei fuit dux martyr Demetrius, ait Cedrenus in Michaelæ Paphlagoue, iterque complanavit, quod Bulgari captivi juramento confirmarunt, dicentes vidisse se juvenem equitem, qui Romanæ phalangi præiret, a quo exsilium ignis adversos cremaret hostes. Alter Procopius militia clarus dux Alexandriæ fuit, ut verbis iisdem Synaxarion asserit Julii 8: Χαλροὶς μαρτύρων καύχημα, βασιλέων κραταίωμα canit ejus festo Ecclesia Græca. Tertius fuit Theodorus στρατηλάτης equitum magister sub Licinio, a quo mortem illatam sustinuit: exin Romanorum armis favere cœpit e cælo, ac Joannis Tzimiscis tempore tantæ Scytharum in Græcos præliantium stragis auctor fuit, ut ei 286 gratiam pro ope lata relaturus Tzimisces, templo in quo is humatus erat destructo, aliud magnificentius constructum prædiis amplis habentibus reditus ditaverit, et urbem, Euchaneicæ suppresso nomine, vocaverit Theodoropolim. Subdit Cadrenus, ex quo hæc deprompta: sane his semper auspicibus atque antesignanis adversum hostes uti solebat imperator hic. Nec temere: visus enim manifesto martyr openi ferre, hostiles cuneos turbare, et præclarissimæ ducem se præstare victoriæ. Ultimus Theodorus alius, tiro dictus, non quod armorum tirocinio erudiretur, sed quod in cohorte tironum dicta provecus centurio promoveretur. Damascenus subdiaconus: Ἦτον

καὶ αὐτὸς ἕνας εἰς τὸ τάγμα ὅπου ὠνομιζέτον Τύρωνες, ὡσάν νὰ εἴπης ἑκατόνταρχος. *In oratione tironum numerabatur præcipuus, vult si centurionem dicas.* Ita dictus auctor vulgari idiomate. GOAR.]

P. 48. Illud Θεοδώρων est utriusque Theodori martyris, ducis et tironis. Prioris festum agunt Græci 8 Junii, posterioris 17 Febr. Et in hunc tironem exstat S. Gregorii Nysseni pulcherrima oratio. GRETS.

Ibid. [Γεώργιον ἐφιπικον. Notissimum olim ducem, sanctis nunc tolerato martyrio Georgium allectum equitem semper pingunt Græci; quod sæpius sit visus καθάλλαρης εἰς ἄλογον ἄσπρον et λευκοφόρος καθάλλαρης εἰς ἄλογον ἄσπρον. Damascenus citatus in Thesaurō. De Georgio et Theodoro sanctis Græcorum auxiliatoribus Nicetas, Manuelis Comneni l. vi.

Ibid. 5. [Δρακοντίον. Cum aquilis in aciem inter vexilla lati sunt etiam dracones, maxime labente imperio. Docet Dempsterus ad Rom. antiq. calcem. De quibus Suidas v. Σημεῖα: ἃ φέρουσιν ἐν τῷ πολέμῳ ὑφάσματα εἰσι βαφῆ πεποικιλμένα, ἃ εἰς ἰδέαν μάλιστα ὕφρων εἰκασται, καὶ ἀπὸ τῶν κωνῶν συμμέτρων. Descripserat prius Marcellinus, l. xvi: *Purpureis sub tegminibus texti circumdedere dracones, hastarum aureis gemmeisque summitatibus illigati, hiatu vasto perflatiles, et velut ira perciti sibilantes, caudarumque volumina relinquentes in ventum.* GOAR.]

His imperatoris flamulis seu vexillis propter cognationem nominis, adde vexillum S. Dionysii, Gallice *oriflamme* dictum, quod reges Galliæ summa religione secum in expeditiones educebant, de quo vide gesta Ludovici Francorum regis fol. 138, 144, et Rigordum de gestis Philippi Augusti regis fol. 186 ed. Pithœi.

Non possum hoc loco tacitus præterire Nicephori Gregoræ l. vii sinistrum et abjectum iudicium de marchionibus Latinis, quos ait *non esse claros apud Latinos, sed eum dignitatis gradum tenere quem apud Romanos (Cpolitanos) tenet* ὁ τῆν βασιλικὴν σημαίαν ἐν στρατεύμασι κατέχων, et marchioni perpetuo hoc attributum esse ut *novi imperatori vexillum præferat.* Scilicet marchio Montisferrati, Misniæ, Brandenburgicus et similes apud Latinos majoris dignitatis non erant quam lampadarius aut is qui divelium aut flammula imperatoria apud Græcos imperatori præportabat; nec marchiones seu, ut Græci appellant, *marcesii* nomen hoc habent a *vexillo* seu *bando*, sed a limitibus tuendis. *Mark* enim Germanis limes est. Nam finibus defendendis præficti erant, qui temporis progressu ad amplissimas opes latissimosque principatus emergerunt: qualis enim et quam potens marchio Brandenburgicus, marchio Badensis, marchio Onspachensis, marchio Moraviæ, marchio Burgoicus et alii? ipse etiam Nicetas Choniates, l. vii de rebus gestis 287 Manuelis *marcesii* Montisferrati nobilitatem et potentiam agnoscere et prædicare coactus est. GRETS.

Ibid. [Τὰ τῶν δεσποτῶν, καὶ τῶν ἀρχόντων.

lis sæculis hæc scripta quibus non modo reges et principes, sed et nobiliores equites alicujus vexilli sive bandi deferendi honorem ambiabant. Hinc nobilium Francorum equites *bandiferi*, *chevaliers bannerets*. Leo Tacticorum const. 5: Φλάμουλα μεγάλα, φλαμουλίσκια τῶν κονταρίων, βάνδα διαφόρων βεθαμμένα. Habuerunt equites gregarii in contis flammula. Leo idem κοντάρια μικρά καθάλαριχά, ἔχοντα λουρία κατὰ μέσον μετὰ φλαμούλων. Etiam in humeris minora sibi fgebant flammula: Φλάμουλα μικρά ἐπάνω τῶν ζαβῶν κατὰ τῶν ὀμων.

Ibid. 17. [Τῶν δημάρχων. Aurigantium, qui quondam ludis circensibus Romæ palmam quærebant, factiones sive partes fuere quatuor, quæ a coloribus viridis, cærulei, rubri albiq̄ue panni, quo donabantur, nomina acceperunt Prasinæ, Venetæ, Rusatæ, Albatæ, de quibus Suetonius, Martialis, Juvenalis meminere, et omnium distinctissime Tertullianus Latinus, et in Anthologia Græcorum Epigrammatum ad l. v calcem pene extremam Thomas Patricius Græcus describere. Cum Circensium ludorum studio exercitia, nomina, colores factionum Roma Cþolim commigrarunt; et ex dimicantibus in Circo factionibus populus quoque totus divisus in partes, quæ se quandoque mutuis cædibus, rapinis, injuriis consumpsere. Theophanes, Simocatta, Cedrenus; Zonaras et alii tumultibus illis et seditionibus jam a Zenonis temporibus per quædam deinceps sæcula continuatis scripta sua respersere. Consulit qui curiosus et diffusius hæc volet explicata. Unicus Balsamon longissimos historiarum tractus paucis perstringit in 24 canonem Trullanum. Τότε μὲν γάρ, inquit, τῶν δῆμων κατεξουσιαζόντων ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις, καὶ ποιούντων ταύτας, ὅτε καὶ ὅπως ἠβούλοντο, ἐκ δαπανημάτων οἰκείων, ὡς καὶ ἐχόντων οἴκους καὶ ἱππῶνας καὶ μέγρι καὶ νῦν περισσζομένους καὶ προσόδους χάριν τῶν ἱπποδρομῶν, καὶ τοῦ βασιλέως προσκαλουμένου καὶ εἰς τοῦτο μὴ ἐξουσιάζοντος, πολλὰ στασιώδη καὶ ἄτοπα συνέπιπτον γίνεσθαι κατὰ τὸν τῆς ἱπποδρομίας κριτῶν, τῶν μὲν προστιθεμένων τῷ δήμῳ τῶν Βενέτων, τῶν δὲ τῷ μέρει τῶν Πρασίνων. Ἐν καιροῖς δὲ τισὶ καὶ πόλεμοι συνεκροτήθησαν ἐμφύλιοι μέσον ἀντιθέτων μερῶν, καὶ κατὰ τῆς βασιλείου περιωπῆς ἀναιδῆ βήματα οἱ δημόται ἀπηρεύζαντο, καθὼς ἀπὸ διαφόρων χρονικῶν τοῦτο παρίσταται. Partium illarum (quæ δῆμοι et δημόται, ut jam legimus et scribunt Theophanes et Cedrenus, vocantur) partium, inquam, capita ducesve δημαρχοι et δημαρχοι quasi τῶν δῆμων ἄρχοντες audiebant, popularesque sibi subditos vel affectos recensebant, vel etiam quandoque ad eos qui per civitatem oriebantur tumultus et seditiones ducebant. Simocatta viii, 7: Τὸς δημάρχους ὁ αὐτοκράτωρ εἰσκαλεσάμενος εἰς τὰ βασίλεια, οὗς διοικητὰς τῶν δῆμων ἐκωθε τὸ πλῆθος ἀποκαλεῖν (ὄνοματα δὲ τούτοις Σέργιος καὶ Κοσμά.) ἐπυθάνετο τῶν δημοτευόντων ἐπὶ λεπτοῦ τὸν ἀριθμὸν. Ὁ μὲν οὖν Σέργιος

ἐν χάριτι τὴν σύνταξιν τῶν ἐραστῶν τοῦ χλοάζοντος ἐνεχάραξε χρώματος, πεντακοσίους πρὸς τοὺς χίλους συγγάγοντας, ὁ δὲ Κοσμάς τοὺς τῆς ἀντιθέτου ἀρέσεως ἑκατοντάδας ἐννέα συντέταχεν· εἰς δύο γὰρ χρωμάτων ἐφέσεις τὰ τῶν Ῥωμαίων καταπέπτωκε πλῆθῃ. Zonaras in Phoca: Ὁ Φωκάς τὴν γυναῖκα Λεοντίαν Αὐγουστῶν εὐθὺς ἀνηγόρευσε τῶν δῆμων παρόντων. Τότε διὰ τόπων ἐν οἷς ἴσταντο ἀμφιβολίας γενομένης τοῖς Πρασίνοις καὶ τοῖς Βενέτοις στασιάζειν ἤρξαντο κατ' ἀλλήλων. Πέμψα; δὲ τινας ὁ Φωκάς κατασκευάζειν αὐτοῖς τὴν στάσιν ἐπεχείρει. Ἐνὸς οὖν τῶν σταλέντων τὸν τῶν Πρασίτων ὄβρισηντος δημαρχον καὶ τοῦτον ὠθήσαντος, μὴ ἐνεγκόντες οἱ τοῦ δήμου τοῦτο ἔκραζον. Εἰ infra: Ἴππικὸν ἀγῶνα ἄγων 288 ἐθεάσατο σὺν ταῖς αὐτοῦ εἰκόσι καὶ τοῦ Πρίσκου καὶ τῆς αὐτοῦ γυναῖκός Δομεντίας ἴσταμένας εἰκόνας, καὶ ἐκμανεῖς γεγωνὸς ἀπομνησθῆναι τοὺς δημάρχους ἐκέλευσε· δεηθέντων δὲ τῶν δῆμων μόλις ἀφήκεν αὐτούς. Venetæ autem parti magis favisse imperatores semper sunt visi, eisdemque Prasinam minus affectam. Theophilo eam ob rem in theatrum venienti succlamabat illa apud Leonem Grammaticum: Καλῶς ἦλθες, ἀσύγκριτε φακτνάρη. Horum ne reliquie quidem ultimis sæculis licet remanserint, duces tamen, vel quivis alii in eorum locum subrogati, imperatori in publicum procedenti cum vexillis poterant astare; iidemque sunt qui populum per contubernia, tribus, regiones et collegia divisum regebant, quos πρωτοπολίτας a Theophane scriptos observabis. GOAR.]

P. 48. Antidorum. Inapte Junius *mutuum munus*. Nihil melius quam ipsum Græcum nomen retinere. Erat panis ex quo pro Eucharistia conficienda pars desecta, quiq̄ue ante liturgiam per templum circumlatus fuerat. Is finita liturgia distribuebatur præsentibus benedictionis gratia, ut qui Eucharistiæ participes non fuissent, saltem de hoc benedicto pane participarent. GRÆTS.

[Summa Græcorum erga ἀντίδωρον *communio-nis vicarium*, panem benedictum, religio est, ut si sacramentorum non est particeps, illud Ipsemet, etiam imperator, ut hic vides, in ecclesia de manu sacerdotis sacris finitis accipiat. De eo nos in Euhologicis. GOAR.]

P. 49. Pægniotæ Germanice *spielleute*. GRÆTS. [Corruptis pronuntiat vulgus παιγνιδιώτας, *lutores*, qui videlicet ludunt musicis instrumentis, et ea vel pulsant vel inflant.

Ibid. [Βυκκινάτωρες scribit Theodotus in Jure GR. Choniates βύκανον, alii βύκινον. GOAR.]

Ibid. Surulistiæ a *surullio* instrumento musico. Quod num Junius recte in adnotationibus suis explicet, quis nos certos faciet? GRÆTS.

[*Symphoniaci cornicines*, *joueurs de cornets à bouquin*. Symphoniaca sive musica cornua, quibus etiamnum hodie Indant Dervisides religiosi Turcæ, σουραύλια vocant Græci, Dervisides inflantes ejusmodi instrumenta σουραυλιστάς, voce, ut m'hi

quidem videtur, πρᾶ σουρουλιστάς minus corrupta.

Ib. [Ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτῶν. Barangi, quos non uno loco πελακυφόρους dictos reperias, bipennes coram imperatore homeris solebant gestare. Anna Alexiad. IV: Τούς δὲ ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ἐτερόκοπα φέροντας ξίφη παρακατασχών. Nicetas in Alexio II: Καὶ ἀπὸ τοῦδε οἱ μὲν δορυφόροι τὰ ἐπὶ τῶν ὤμων ἐτερόθηκτα ξίφη κατήνεγκαν. Anna rursus I. II: Συνήγαγε τοὺς ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ξίφη κραδαινοτάς. GOAR.]

Ib. *Ἐηλόθυρα.* Infra, cum de coronatione imperatoris disputatur, aliquoties idem nomen occurrit, compositum ex *velo* Latino et Græco *θύρα*, *velutura* seu *velatura*, quæ est loco januæ. Reclamat Meursius: *Non est velatura, degeneri verbo Romano, sed παραπέτασμα, quod diductum januæ instar transmittit.* Aristophanis scholiastes ad *Ranas*: Παραπέτασμασι ταῖς σκηναῖς, τοῖς Περσικοῖς βῆλοισι ἢ βηλοθύροις. Sed non video cur βηλόθυρον non possit esse utrumque, velum scilicet januæ, ut nomen ipsum indicat, et velum loco januæ. Etiam in Pontificum historia apud Anastasium occurrit, in Stephano VI: *Fecit velothyra 289 quatuor. Constat velothyra serica tria in circuitu altaris.* Ubi absolute pro peripetasmate accipi videtur. Ibidem pro προθύρου eodex alter Boicus βηλοθύρου, et rectius meo iudicio. GRETS.

Ibid. [Πιλατίκια vocat auctor pannos palmaris longitudinis, mensuræ nimirum a pollice ad minimum digitorum manu extensa interceptæ, latitudinis vero ipsius manus, quatuor videlicet digitorum. Ita hujusce cap. p. 54 πιλατίκια hujusmodi demonstrat ἀπρωρημένα. *Conto* itaque erant affixa. *Contus* autem ille seu *pilum* potius, unde πιλατίκιον, illud est quod σκήπτρον dicit. Uno igitur verbo πιλατίκιον est exile vexillum (*uns banderole*) pilo seu virgæ appensum. Confirmat expositionem Theophanes, ubi σκήπτροις, quæ πιλατίκια vocat hic auctor, *vexillorum* affigit sensum: Ὁ Ἀλέων Μάνην μετὰ τῆς βασιλικῆς τιμῆς καὶ στρατευμάτων καὶ σκήπτρων, καὶ βάνδων εἰς Ἱερουσαλήμ ἐκπέμπει. Vide τὸ σκήπτρον hic minime referre; quæ namque detulerunt aut miserunt imperatores antiqui sceptra? vel quæ consuetudo Romanis ducibus concessa edocuit? Triodidum: Ἐπὶ βασιλείᾳ παρουσίᾳ προπορεύονται τὰ ἐκείνου σημαῖα καὶ σκήπτρα. Subditur: Μέλλων ὁ Χριστὸς μετὰ δόξης προελθεῖν διὰ τῆς ἀναστασίμου ἡμέρας προπέμπει τὸ σκήπτρον αὐτοῦ, τὴν βασιλικὴν σημαίαν, τὸν ζωοποιὸν σταυρῶν. Obserua τὸ σκήπτρον τῆς σημαίᾳ compositum, ac velut rationis unius signum et regis majestatis argumentum proferri, Theophanes in Leone Copronymi: Προῆλθε δὲ ἡ βασίλισσα Εἰρήνη μετὰ τοῦ προελθεῖν τοὺς βασιλεῖς, ἄβικευομένη ὑπὸ τῶν σκήπτρων διὰ τῶν σχολῶν. Σκήπτρα velut sibi propria deferebant circa Irenem scholæ: at non adeo sceptra quam banda vexillaque sunt scholis accommodata. Theophanes rursus in Michaele Theophili F. eo Basilium propriis ma-

nibus coronante narrat πεπτωκέναι τὰ σκήπτρα, ὧς ἔθος, *inclinata demissaque fuisse non regia sceptra, sed bellica signa vexillaque* in subjectionis et erga recens coronatum Basilium obedientiæ argumentum. Ex quibus σκήπτρα *minora vexilla* vocamus; sicut βάνδα *majora*; utraque vero βασιλικῆς τιμῆς καὶ στρατευμάτων σημεῖα. Fateor illustrissimo Cyrillo Trapezuntis præsuli et Antonio Cralis lectori CP. πιλατίκια proindeque σκήπτρα *clavas ex auro et argento* principibus præferri solitas interpretantibus, præmissa non omnino displicere: at cum πιλατίκια capitis, quod exponimus ad p. 54, scribuntur μαργέλλια ἐκ σύρματος, quæ non nisi pannos auro textos indicant, et solidæ ex auro vel argento clavæ nequeant palmari descripta mole e collo commode pendere, quam ex propositis sententiis certiore eligat æquus lector judicabit. Certe cum ἀπελατίκια nonnunquam legant regia, ea vero clavas interpretari cogant τὰ μετὰ χεῖρας ἐκ σιδήρου ἀπελατίκια apud Nicetam in Manuele I. 5, hæc mihi ceu æquior secunda sententiā recipitur. GOAR.]

P. 50. Ζωόφιον animalculum, ut *musca, vermis, araneus*. Junius ζούφιον edidit, et stulte admodum Arabicum esse dicit, stultiusque adhuc suum hoc Arabicum ζούφιον interpretatur.

Ibid. Ut veterem notionem diadematis assequaris, inspicere nummos, quos cum alii vulgarunt tum ego tom. III de S. Cruce I. I. Notanda autem sunt hæc quæ hic de distinctione *diadematis et stemmatis* et *zonæ militaris*, adeoque de *torque* traduntur. GRETS.

Ibid. [*Saccus vestis est, ut patriarcha, ita imperatori propria.* Utrumque æneis figuris et nostro sumptu in Euchologicis descripsimus. Superest hunc verbis rudi Minerva delineemus. Talaris tunica ex villosa serico totum corpus obtegens, nullisque sinuum undis circa illud ludens aut mota, verum nonnihil angusta, liberos ut videtur incessus non permittens, 290 ac denique sacci figuram referens, *saccus* est. Rubro colore tingit ms. Tiliaum, Regium Sandionysii, Manuelis ultimi Joannisque filii imperatorum totam effigiem representans, violaceo. Uterque purpureus habetur et imperatorem decet. GOAR.]

Ib. Φυάλιον. Ita scribitur apud Codium. Integrum est φυάλιον, *velum*. Viri docti, hoc est Junius, inquit Glossarium, *interpretantur vitream carbasum. Non assentior. Recentiores Græci crassiores pronuntiatione et πλατυάζοντες sic efferebant velum Latinorum.* Germani quoque vocant sacrum velum, quomoniales velantur, *ein weihel* seu *weil*, manifesta ex vocula *velo* origine. GRETS.

[Φιάλην ad me scribit Georgius Coresius Chienensis, eamque vocat πολυχρώματων ὑφασμένην καὶ πεπλεγμένην καλύπτραν, *capitis tegimen variis coloribus intertextum*. An ob pennas vel volitantes mobilesque gemmas φυάλην fontanam machinam grandinem aquarum superne eructantem fuerit

imitata, alius judicaverit. De phyla fonte in Eucherio logicis disseruimus. GOAR.]

P51. Tropæuchia a *tropæo* seu *trophæo*. GRETS.

[Tropæa sonat hæc dicitio triumphosque, nec immerito: refert enim augustum illud et pretiosum tegimen capitis candicans et gemmis ornatum, quo de parva victoria lætabantur imperatores. Coresius in rescriptis. GOAR.]

Ib. Justinianæum a Justiniano imperatore, qui quali tegmine capitis usus sit, apparet aliquo modo ex antiquis numismatis, quorum nonnulla lectori spectanda proposuimus tom. III de S. Cruce, 1, 20.

Ibidem dixi, Justiniani formam esse quam *ibidem* repræsentatus nummus antiquus exhibet. Improbatur hoc Nic. Alemannus in commentario ad arcanam historiam Procopii, quia ante Justinianum Theodosius, Marcianus, Leo, Zeno, Anastasius et Justinus eandem *περωτήν, cristam*, in galea gestarunt, ut in eorum numismatis apparet; atque illa est quam *τροπαιουχίαν* vocatam idem Codinus asseruit. Verum ut Justinianus integras urbes et res alias a suo nomine ambitiose nominavit extinctis prisca appellationibus, ita et hinc capitis *φορέματι* seu gestamini suum nomen imponere potuit, licet ab antecessoribus suis etiam usurpatum fuisset. At Justinianæum hoc diadema non bellicum aut castrense fuit, sed civicum; quo et in sacris et in ecclesiis utebatur. Sed et Codinus satis indicat tropæuchian et Justinianæum et alia arbitrio imperatoris tam domi qua alibi gestata: ait enim: 'Ἐπὶ δὲ κεφαλῆς φορέματα διάφορα, ποτὲ μὲν τὸ *δομαζόμενον τροπαιουχίαν*, ποτὲ δὲ *Ἰουστινιάνειον*, ἐν ἄλλοις δὲ ὑπέρτερον etc. Ἄπο μὲν οὖν τοιοῦτων φορέματων φορεῖ ὁ βασιλεὺς οἷα ἐν βῆλοισι. Ex quibus Codini verbis liquet imperatorem varia habuisse capitis *φορέματα*, et arbitratu suo nunc hoc nunc illud gestasse. Justiniani formam nobis Alemannus exhibet ex tabula quadam, quæ opere musivo Ravennæ exstat: non negaverim Justinianum tali capitis tegumento usum: sed hoc esse ipsum Justinianæum ex tabula illa probari non potest. GRETS.

291 [A Justiniano acceptam *καλύπτραν* ejus numismata et antiqua statuarum monumenta, si quæ supersint, scriptis clarius edocchunt. GOAR.]

Ibid. Pro ὑπέρτερον libenter legerem ὑπέρπυρον, ut sit gestamen capitis instar ignis flammans. GRETS.

[*Καλύπτρας*. Hujus nomen innuisce et figuram repræsentasse videtur Cedrenus in Basilio: *Στεφάνῳ χρυσῷ λόφον ἐφύπερθεν ἔχοντι ἐθριάμβουσαν ἐστεφανωμένους*. Ὑπέρπυρον legendum suggerit Gretscus. Non ignore, me hercule. Legit enim idem Coresius dum rescribit: *Τὸ ὑπέρπυρον tegimen est capitis, hostilis sanguinis effundendi omen, regii furoris in adversarios profecturi signum, eximia purpura fucatum, quo se imperatores vel belli tempore vel in ipso conflictu velabant*. Illud fortasse *πύρσης* nomine Nicetas voluit intelligi, ubi

de tumultuaria Andronici in solium promotione, Ἄλλοι δὲ τὴν *καπνηρὰν*, inquit, καὶ *πυραμοειδῆ ἐρέαν τῆς κεφαλῆς ἀφελόμενοι πυρσὴν αὐτῷ περιέθεντο, καὶ στολήν βασιλικὴν ἐνέδυσαν ἑτεροί. GOAR.]*

Gestaminibus quæ imperator fert in capite, adde etiam illud quod Georgius Acropolita, magnus logotheta, in suo Chronico appellat *pyramidem*, ubi de Isaaco imperatore a Bulgaris devicto agit p. 22: *Et hoc tempore*, inquit, *Bulgari tantis Romanorum spoliis acquisitis superbius insolentiusque se gerebant*: Καὶ γὰρ καὶ ἐκ τῶν βασιλικῶν παρασήμων τὰ καυριώτερα τὰς τε γὰρ τοῦ βασιλέως τὰς *πυραμίδας ἀνελάβοντο*. Ad quæ interpret Theodorus Dousa: *Πυραμὶς erat pileus acuminatus, instar pyramidis, Orientalium principum gestamen*.

Cujus postea iterum auctor meminit: Καὶ τὰ μὲν ἐρωθρὰ πέδιλα ἀπεβάλλετο καὶ τὴν περιμάργαρον *πυραμίδα*, εἰς ἣν καὶ λίθος ὑπερκάθηται *κίχκινος*, ἢ βασιλικὸν σύμβολον. Cantacuzenus, 1, 5, pileum hunc seu *tiaram* ab inserto unione seu lapide pretioso *synecdochice* nominat τὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς λίθον. Et 4, 57, hæc eadem *tiara* est Cantacuzeno λίθῳ κεκοσμημένος πῖλος. Est symbolum imperii 4, 5. Quocirca diversim forma fuisse oportuit illum quem fugitivus Andronicus Comnenus imperator induit; licet pyramidis quoque speciem præ se ferret: Πῖλον γὰρ βαρβαρικὸν τῆ κεφαλῆ περιθέμενος, ὅς εἰς ὄξυ λήγων *πυραμίδι εἰκασται*, τὴν βασιλικὴν εἰσειεν αὐθις *τρίτην*, ut ait Nicetas l. II de Andronico Comneno. Grande tamen allunde inter hunc barbaricum pyramidalem pileum et illum alterum imperatorium intercessisse oportet, cum Andronicus hunc barbaricum; ne agnosceretur imperator; assumpserit: sicut et turbidati illi pilei, σχῆμα *πυραμίδος* ἔχοντες, quibus proceres in aula Cpolitana utebantur, utique ab imperatoris *καλύπτρας* seu tegumentis in pyramidem fastigiatas discrepabant. Vide Gregoram ad calcem Historiæ.

Græci, recepta à Latinis *Colla*, inter Baldulni II imperatoris symbola repererunt *calyptram* forma Latinis usitata constantem et unionibus distinctam cum lapillo rubri coloris in vertice capitis, ut in Pandecte scribit Leunclavius ex Prælore Græciæ historico inedito.

Basilii Porphyrogenitus apud Zonaram triumphat *τάραξ ταινιωθεὶς ὀρθία*, ἣν τοῦσαν καλεῖ ὁ δημόδης; καὶ πολλὸς ἀνθρώπος, 292 inquit Zonaras. Addit etymon, nescio quam vere: *Τῦρον οἶμαι ὠνομασμένην ὡς τετυφώσθαι ποιοῦσαν τοὺς ταύτη ἀναδουμένους*. Quæ est magis pia quam vera originatione. Cedrenus de eodem ejusdem Basilii triumpho: *Στεφάνῳ χρυσῷ λόφον ἐφύπερθεν ἔχοντι ἐθριάμβουσαν ἐστεφανωμένους*. Cristata nimirum corona propter *tupham* seu *flammulam*, qua insigniebatur, quam Cedrenus vocat *λόφον*, ob quam vulgus *tiaram* istam *tuphæ* nomine affectit. GRETS.

P. 51. [*Σταυρὸν*. Duo sunt imperatoris sceptrum

σταυρὸς καὶ νάρθηξ, *cruce et ferula*. De quibus Symeon Thessalonicae episcopus : Μετὰ τὸ λαβεῖν τὸν σταυρὸν εἰς δεξιὰ τῆς εὐσεβείας, καὶ τὴν ἀκακίαν, ὅπῃ γούς ἐστι σημαίνων τὸ φθαρτὸν τῆς ἀρχῆς καὶ τὴν ἐκ τοῦτου ταπεινώσιν, καὶ ἐπὶ ῥάβδον λαμβάνει, οὐ βραχίον τινα καὶ σκληρὰν, ἀλλ' ἑλαφρὰν καὶ μαλακὴν διὰ τὸ παιδευτικὸν ἐν πραότητι καὶ μὴ ὀργίλον καὶ φθαρτικὸν, μηδὲ συντριβὸν καὶ ἀφανίζον. Illud porro mirum, ligneum tantum utrumque CP. imperatorum fuisse sceptrum. De narthece res est indubia : cruce lignæ effigies Manuelis eam manu gestantis attestatur in Sandionysiaci et Regio ms. : in eo siquidem cruceis virga citrino tantum colore picta, cruce in extremo nigra auro ficta conspiciuntur. Eadememque auctor clarioribus omni colore verbis depingit, ubi superius de primicerii baculo c. 4, p. 19, v. 16, ait : Δικανίκιον αὐτοῦ ξύλον κεχρυσωμένον, οἷον τὸ τοῦ βασιλέως. Δικανίκιον ἰεῖαν vocatum. GOAR.]

Ib. De blatio jam supra diximus l. II, c. 5, ad p. 18. GRETS.

Ibid. [Κώδικι εὐκὸς δεδομένον μετὰ μανδύλου. Græcorum imperatorum effigiem pictam ni lector viderit, vix hæc percipiat. Illi longiorem fasciam margaritis ornatam velut humerale ab humeris retro pendentem a dextro latere ante pectus recipiunt et sinistro brachio superponunt ; ea vero parte qua manum attingit, adjunctum et assutum habet rotundum sacculum, κώδικι εὐκός, involucrem nimirum volumini complicato sive potius involuto simile, quod est illud βλάτιον ἔχον χῶμα ἐντὸς καὶ καλεῖται ἀκακία. Fascia vero seu μανδύλιον, linteam oblongius mantile dictum referens, ipsa quoque μανδύλου sortitur appellationem. Quo observato visaque imperatoris figura, quid sit imperatorem ἐν τῇ ἀριστερᾷ φέρειν βλάτιον κώδικι εὐκός μετὰ μανδύλιου δεδομένον, relinquatur manifestum.]

Ib. [Κόνιν, ἄμμον, et χῶμα distinguunt ex judicio hodierni: κόνις pulvis est, ἄμμος arena, χῶμα terra frugifera satis et plantis idonea. Suidas χῶμα, χοῦν. Hinc tibi Annæ Comnenæ l. II obscurus locus lucem accipit. Extraneos milites a terrigenis, sive melius dicas, alienigenas ab indigenis distinguit. Illos ἐταίρους, hos indigitat ὀπίσους ἐκ τοῦ χῶματος, *quotquot sunt e propria terra nati*. L. III hic alius illustratur : Ὁὐ πλείους τριακοσίων στρατιωτῶν ἦσαν, καὶ τούτων ἐκ τοῦ χῶματος. Ergo si involucrem manibus imperatoris gestatum χῶμα contineat, quid aliud quam terram, cujus symbolo innotescit humilitas, intelliges? GOAR.]

Ibid. Acacia quid sit, oculis intueri licet in imaginibus imperatorum præfixis Nicephoro Gregoræ, et in nummo Theodosii Magni, quem habes tom. III de S. Cruce l. I, tametsi Baronius existimat gestamen illud Theodosii Magni esse sacrum Evangeliorum codicem. Ibidem pro acacia suspicabar legendum ἀκία : sed vulgata scriptura retineri potest, imo debet ; et est acacia *innocentia* et Acacius In-

A nocentius. Mandylion suos natales etiam nemine admonente prodit.

Imperatoris itidem insignia erant *purpurea πίδαλα*, quæ nunc 293 calcei, nunc sandalia, nunc ocreæ, nunc crepidæ vertuntur. Et quidem ἐρυθρά *rubra*, κόκκινα seu κοκκοβαφή *cocco tincta*, non sine aquilis : quæ et τζάγγαι seu τζάγκα dicebantur, usque ad genua pertingentia, si Odes Procopio l. III De ædificiis Justiniani. Ὑποδήματα μέχρι εἰς γόνυ φοινικίου χρώματος, ἃ δὴ βασιλεῖα μόνον Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν ὑποδεῖσθαι θέμις. Posteris temporibus idem honos principi Bulgaricæ concessus, inter cujus insignia erant *aurea corona*, ut est apud Joannem Curopalatum in Tzimisce, καὶ τίτλαρ νενησμένη ἐκ βύσσου, καὶ πέδιλα ἐρυθρά, quæ Zonaræ sunt φοινικίχροα et Nicetæ in Joanne Comneno φοινικιοβαφή. Idem Bulgarorum princeps Græcis βασιλεύς appellabatur, ut liquet ex legatione Luitprandi ad Nicephorum Phocam, quo nomine ne imperatorem quidem Occidentis dignabantur, quem βῆγα indigitabant. Ex calceis purpureis et aquiliferis agnitus est inter cæsorum cumulos et tumulos Constantinus ultimus Cæsarum imperator. Phranzes, 3, 18. Has crepidas ἐρυθράς, ut eas appellat Gregoras l. 3, quemadmodum et purpuram, statim arripiebant illi qui imperium invadebant. Quapropter de Theodoro Comneno capta Thessalonica Georgius Acropolita in Chronico : Πορφύρεα τε ὑποδέεται καὶ πίδαλα ἐρυθρά. Obiitque *strenue imperatoria munia, creando despotas, Sebastocratoras, magnos domesticos, protovestiarios et id genus alios*. Quibus ante omnia invasores sceptri imperatorii privabantur, quam primum in legitimorum dominorum potestatem veniebant. Coronam imperatoriam nemo sibi sumebat, sed in coronatione seu inauguratione sua a patriarcha accipiebat. GRETS.

P. 51 et 54. Pilaticia accersuntur a Cyro Persarum rege, imo a Medis, quorum rex et judices talia pilaticia ex collo dependentia gestarint tanquam juridici honoris et officii insignia. Quidquid sit de re, vocabulum videtur Latinum a *pilo*, hoc est *telo*. Nam quod Junius ex Orientalibus linguis id deducit, quibus ait *pilaticium esse disquisitionis et accuratissimæ cognitionis monumentum*, id ideo fecit ne nesciremus quam feliciter supra ζωφίον ex Arabico formavit ; non impari felicitate pilaticii ex Oriente nobis nunc advehit. Vide tom. III de S. Cruce, l. 13. Ubique autem scribendum πιλaticιον, non ἀπελατικιον, sceptri genus, quod palatini certi gerebant quemadmodum alii multi τὸ δικαίτικιον, supra l. 2, c. 6. GRETS.

Ib. [Ἀρχοντόπουλον ἀσκεπές. Gregoras ad Historiæ calcem : Περί γε μὴν τῆς ἐπὶ κεφαλῆς καλύπτρας, ἐπὶ τῶν πρότερον βασιλέων ἔθος τοῦς μὲν χρόνῳ προβεθηκότας ἐν τοῖς βασιλείοις χρῆσθαι καλύπτρας πυραμίδος μὲν ἐχούσας σχῆμα, σφρικοῖς δ' ἐνδύμασι κατὰ τὸ ἀνάλογον ἐκάστῳ ἐξίωμα καλυπτομένας, ὅσοι δ' ἐν ἡλικίᾳ, τούτους δὲ πάντας

καθάπαξ ἀκάλυπτον ἔχειν τὴν κεφαλὴν. Subdit A Andronici Junioris ætate pileorum quæ luberet acceptam a procoribus formam, juvenes vero etiam tecto capite palatium frequentasso.

P. 53. [Προσφῶρος λέγοντες στίχους. Versus ut celebratæ festivitati congruos, ita simul proprias imperatoris laudes et subditorum in 294 illum vota capientes. Quorumdam hujusmodi sensum acerbior in imperatorem Nicephorum motus bile retulit in sua legatione Luitprandus. Leo Grammaticus aut quisvis alius in Leone Armenio : Ὑπὸ πάντων ἔδοξάζοντο, καὶ οἱ δῆμοι ἐμέλισαν ποιήματα καθ' ἕκαστον ἦχον πρὸς εὐφημίαν αὐτῶν πᾶσαν ἡδονὴν κολακείας παρέχοντα. Observa musicos tanos a Græcis octo numerari, et ad singulorum inflexionem poetica opuscula referuntur decantata. Vide, si tanti est, Euchologium nostrum v. ἦχος.

Ibid. [Ἡ εὐφημία τῶν ὁρομάτων. Pronuntiationis eorum nominibus nuncupantur vota, quorum forme hæc est ex Euchologio et aliis : Ὑπὲρ τῶν εὐσεβειστάτων θεοσέπτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων ἡμῶν Ἀνδρονίκου καὶ Μιχαὴλ τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Et τῷ εὐσεβειστάτῳ καὶ φιλοχρίστῳ δεσπότη ἡμῶν Ἀνδρονίκῳ πολλὰ τὰ ἔτη. Anna de se ipsa l. 6 : Κάγω εὐφημισθεὶ ἐμελλον. Κωνσταντίνου καὶ Ἄνναν ἐν ταυτῷ ἐξεφώνουν ἐν τοῖς εὐφημίαις καιροῖς οἱ τῆς εὐφημίας προσεάρχοντες. GOAR.]

P. 54. Διὰ σιτάντων vel σητανίων. Ex sericis filis. Nam Italica seta est sericum, unde nuperi Græci suum sitanium seu setanium procuderunt ; nisi quis malit a Latino seta deducere ; quasi pilaticia illa de setis suspensa fuerint. Germani chordas seu fides vocant *saiten*, aperte a *seta*. Sed Glossarium v. σιτάνιον et v. γαιτάνιον putat legendum rescribendumque διὰ γαιτάνιον, ex *cingulis* seu *xonis* ; nam γαιτάνιον est cingulum. Non assentior : facerem, si crisis hæc aliquo ms. exemplari adjuvaretur. GRÆTS.

[Hallucinatio oculi σιτανίων, εἰτανίων vice, prout habent Regia, legentis. Sunt autem εἰτάνια, a vulgi quibusdam γαιτάνια, ab aliis γαθάνια pronuntiatia, ornatiore *vitta* sive *ianiola*, vestium laciniis ad invicem colligandis vel componendis nodis, et ad ornatum assutæ, vel denique ut ex iis aliud ad decorem pendeat.

Ibid. [Παλαμιαίων. Quatuor manus digitorum mensura. GOAR.]

CAPUT II.

Observationes et explicationes in caput 7, quod est de mensa imperatoris.

P. 55. Faustas acclamationes suaviter ridet Græcorum haud summus amicus Luitprandus. GRÆTS.

Ibid. [Ὅσοι φοροῦσι. Habes illos distincte enumeratos notis, c. 3.

Ib. [Ὀπίσει. Recentior phrasis, qua virum honore vel cultu dignum aliquid facere vel dicere expriment. Ὀπίσει ὁ βασιλεὺς non *jubet*, sed *dicit* vel *facit imperator*.

P. 56. [Προσκυροῦσι. Pro muneri more certum cultum imperatori palatini proceres exhibuere. Phranzi in logothetam clam instituto dicit imperator apud Pontanum interpretem : *Tu magnus logotheta esto : tantum ne me pro more officii tui adores*. GOAR.]

Ib. Potestatus, ab Italico *potesta*, et hoc a Latino *potestas*, significat præfectum seu præsidem seu prætorem, qualis et iste Genuensium erat.

Prolixa quidem, at huic loco congrua Gregoræ narratio, quam 295 habet 4, 9. Singulis diebus Dominicis ad imperatorem colendum Genuenses Venetosque in palatium convenisse testatur Cantacuzenus 1, 42. De Pisanis CP. habitantibus iterum B sermo fit a Niceta Alexii tertii l. 3.

Ib. v. 19. Colicium seu collicium, idem quod κόλλις et κόλλατος, nempe genus quoddam panis rotundi, ut inquit Junius, et delicati. GRÆTS.

[Κολίκιον panis rotundus ac in coronæ modum contortus. GOAR.]

P. 57. Κόνσουλός ex Latino *consul*. Ita vocabatur qui Pisanis Cpoli præerat. Eodem nomine Anconitani suum præfectum salutabant. Et hodie Tripoli Alexandria Cairi seu Memphi mercatores et negotiatores Gallici suos habent consules.

Ib. *Virgo hodie*. Contacium hoc fecit Romanus melodus contaciorum auctor, et exstat in Menæo 25 Decembris. Integrum ita habet :

Ἡ Παρθένος σήμερον τὸν ὑπερούσιον τίθει,
καὶ ἡ γῆ τὸ σπῆλαιον τῷ ἀπροσίτῳ προσάγει.
Ἄγγελοι μετὰ ποιμένων δοξολογοῦσι,
Μάγοι δὲ μετὰ ἀστέρων ἰδοιποροῦσι.
Αἰ ἡμᾶς γὰρ ἐγεννήθη παιδίον νέον, ὁ πρὸ αἰώνων
[θεός.

P. 58. Μίνσος a Latino *missus*. *Ferculum* verti, quia missus non sunt Latinis singula fercula, sed ferculorum quamplurium illatio et appositio. Hic autem singulis singula tradebantur fercula, non integri missus. GRÆTS.

[Joannes Citri in Respons. Juris GR. l. 5 : Μίνσων τὸ καθ' Ἑλληνας μὲν τὸ κανοῦν δηλοῖ, κατὰ δὲ τὴν Ἱταλὴν γλῶσσαν τὸ πεπραγμένον τοῖς ὀφιοποιεῖς ἰδεστόν. Κατὰ τοῦτο γὰρ τὰ ἐν ταῖς τραπέζαις ἐφαπλούμενα ἑθόνια μινσάλια λέγονται, οἷα πρὸς κόσμον τῆς τραπέζης καὶ τῶν μίνσων τιθέμενα. Quam oripare porro μίνσους sive fercula e sua mensa distribuerit Isaacius Angelus, declarat Nicetas p. 579 GOAR.]

Ib. Βρύσος vel βρύση fons est, a βρύω quod est *scaturio*. Hinc βρύσις, quasi dicas *scaturitio*. GRÆTS.

[Βρύσην dicunt communius *fontem*. Glossæ Græcobarh. Ἀργύρου κρῆναι λαλοῦσιν, ἤγγουν αἱ βρύσαι τοῦ ἀσημίου λαλοῦσιν. Curopalates refert locum Βασιλακίου βρύσην dictum, ubi ab effossis Basilaciî oculis sanguinis fontes eruperunt. GOAR.]

Ib. Μετὰ τὸ δεῖπνον. Post *cænam*, melius quam post prandium, ut Junius, quia *mensa illa vere*

œna erat : erat enim jejunium vigiliæ Nativitatis Domini.

P. 59. *Postero die.* Hactenus percensuit Codinus quid in vigilia nativitatis fieri consueverit : nunc quid in ipso festo agatur, exponit. GRETS.

Id. [Τὴν τεσσαρακοστήν. Christi natalitia severiori jejunio quadraginta diebus protracto monasticæ leges et pia quorundam devotio præveniunt. Jejunium illud σαραντάμερον vulgus, correctior lingua τεσσαρανθήμερον vocat. Τεσσαρακοστήν observo ab auctore nuncupari : at nude et omnino jejune, ut hujus abstinentiæ temporis ab alio Paschalia solemnia 296 præcedente, et ἀγία καὶ μεγάλη τεσσαρακοστή dicto, discrimen assignet. GOAB.]

Id. Græci non tantum ante Pascha sed et ante alia festa præcipua, ut est Natalis Domini, quadragesimam præmittent, sed quadragesimam non re, sed solo nomine, utpote jejunio paucis diebus circumscripto. Id discas ex Balsamone, qui in responso ad 53 quæstionem Marci patriarchæ Alexandrini ita scribit : *Nos defendimus jejunia necessario præcedere hæc quatuor festa, nimirum festum sanctorum apostolorum, Natalis Christi, transformationis Christi et Dei nostri, et obdormitionis sanctæ Deiparæ, sed tantum septem dierum. Unum enim est quadraginta dierum jejunium sancti et magni Paschalis. Quod si quis plus quam septem diebus circa festum sanctorum apostolorum et festum natalis Christi jejuset, seu sponte seu ordinis sui regula impulsus, non vituperabitur. Quomodo autem et propter quid ante unumquodque horum quatuor festorum jejunare debeamus, declaratum in synodali decisione de eo a nobis facta. Qui igitur non jejunant ante unumquodque horum quatuor festorum, sine ulla omnino excusatione magnis emendabuntur pœnis. Eadem tradit Balsamon in responsis ad interrogationes quorundam monachorum, quæ exstant post Nomocanonem Photii.*

Græci quirabantur hæc jejunia a Latinis non observari, ac proinde hac etiam ex parte cum iisdem concordiam iuri non posse. *Instituta et mores omnes diversa omnino sunt, inquit Marcus Ephesius, jejunia et ritus ecclesiastici et similia. Quæ ergo hic unio, ubi nullum patens ac manifestum apparet signum? Et quomodo uniti sunt, qui sua retinere volunt? Hac enim lege suum ad unionem præbuere assensum, quamvis a Patrum traditionibus desciverint.* Respondet Gregorius protosyncellus in apologia pro concilio Florentino, quæ exstat ad calcem ejusdem Florentini concilii in edit. Romana Græco-Latina : *Nescit ergo, ut plane videtur, eximius hic vir varios in hac etiam magna urbe Cpolitana servari mores, jejuniorumque ac rituum ecclesiasticorum esse diversitates. Namque ante Christi Natalem sunt qui ordiuntur jejunium ex die 15 Novembris, alii ex die 6 Decembris, alii ex 20; ad honorem quoque Ascensionis Christi quidam jejunare incipiunt ex Kalendis Maii, et alia ab aliis jejunia observantur.*

PATR. GR. CLVII.

Nam et ipso sanctæ ac magnæ Quadragesimæ tempore diebus Sabbati ac Dominicæ multi vescuntur piscibus, aliis quoque alii diebus; sunt etiam qui iis omnino se abstinent. Quid ergo? dicemusne illos fide etiam inter se dissidere? In ritibus quoque ecclesiasticis consuetudo est varia : nam Cpolitana major ecclesia in celebrandis officiis alio more utitur, alio vero majora monasteria, alio minora ad quietem accommodata, denique alio sacerdotum sæcularium ecclesiæ. Quin et Tabennesiotæ in uno eodemque cœnobio varios jejunandi psallendique modos habebant, aliis per biduum jejunantibus, aliis per hebdomadam, et his quidem ad vesperam, illis vero de media nocte sacros hymnos canentibus; quod fiebat etiam in monasterio Acæmetorum. Subdit Gregorius: 297

Mirum porro fuerit cur iste vir et linguæ diversitatem et varium indumentorum genus vitio non verterit; aut quod illi flectant genua cum adorant et orant, servantes morem antiquitatis, nos vero minime.

Porro qui Natali integram quadragesimam præmittent, ii auspicabantur a 14 die Novembris, ut monachi, quos ad hoc peculiaris regula obligabat. *Monachi, inquit Balsamon, qui suarum foundationum constitutionibus coguntur amplius jejunare, scilicet a festo Omnium sanctorum et a 14 mensis Novembris, vel inviti cogentur sequi statuta suarum foundationum, quoniam hoc est canonicum et salutare; quemadmodum et laici, qui sua sponte ita jejunant, laude et gratiarum actione digni habebuntur.* Quod dicit de festo Omnium sanctorum, id referendum est ad Jejunium ante festum omnium apostolorum, quod Græci celebrant ultimo die Junii, cujus principium erat festum Omnium sanctorum. quod Græci celebrant prima Dominica post Pentecosten : cum autem Pentecoste sit festum mobile, necessario etiam festum Omnium sanctorum est festum mobile apud Græcos, nunc in Maio, nunc in Junio occurrens. Quo fit ut jejunium illud ante apostolorum festum etiam apud monachos aliquando brevius, aliquando longius fuerit : brevius, si Pentecoste in Junium incidisset, longius, si in Maium. Vide Typicum Sabæ.

Observandum et hoc, Græcos commemorationem omnium fidelium defunctorum agere feria quinta ante Pentecosten, ut constat ex libro rituali Nicephori, qui Pentecostarium inscribitur. GRETS.

Ibid. [Ἀπόκρῳν, carnisprimum, celebrius unum habent Græci, Dominica sexagesimæ, et κρεωφάρον carni porum, si ita proferre liceat, diem solemnem Paschalis festo. Ut vero sacris mysteriis corporis et sanguinis Christi participaturi jejunium septem vel quinque saltem dierum præmittere lege jam olim posita usuque memoriam omnem prævertente recepto tenentur, ita non unum ἀπόκρῳν vel κρεωφάρον diem per annum, sed quatuor, more magis usitato numerant. Celebratur hic natalium et resurrectionis Christi, tum dormitionis Deiparæ festo, ille quoties jejunium ante memorata solemnia, obsecuturam communionem, auspicantur. Tomus

unionis inter Constantinum Porphyrogenitum et A
ejus socerum Romanum Juris GR I. II ; Τρις τοῦ
ἐνιαυτοῦ ἀξιωθῆσεται τῆς ἀπολαύσεως τῶν θείων
μυστηρίων, ἀπαξ μὲν ἐν τῇ σωτηριῶδει τοῦ Θεοῦ
καὶ Σωτήρος ἡμῶν ἀναστάσει, δεύτερον ἐν τῇ κοιμή-
σει τῆς ἀχράντου δεσποίνης Θεοτόκου, καὶ τρίτον ἐν
τῇ γενεθλίῳ ἡμέρᾳ τοῦ Χριστοῦ, διὰ τὸ ἐν ταύταις
προηγεῖσθαι νηστείας. Hinc percipis cur carnes
post jejunium delibaturi πασχάζειν se dicant,
quod communione, quæ verum pascha est, præmissa
corpus etiam paschali cibo rescicere aggrediantur.
De Græcorum jejunio uberior est dissertatio nostra
ad Euchologica, in qua jejunium apostolorum, de quo
Gretserus hic, quodque minus frequentata eo die
communione parum observatur, includimus. Trans-
figurationis porro, quod memorat Balsamon, apud
Gretserum, jam antiquatum est, vel certe quinden-
nis ante Deiparæ dormitionem carnis comestione
diebus orbitalis comprehenditur. GOAR.]

P. 60. Ad circumsationem. Cujus imaginem vide
depictam a Corippo poeta Africano de laudibus
Justini III, 158 — 169.

Integrum idiomelon exstat in Menæo 25 Decembris
et ascribitur Joanni monacho.

298 Μάγοι Περσῶν βασιλεῖς, ἐπιγρόντες σα-
[φῶς
Τὸν ἐπὶ γῆς τεχθῆντα βασιλέα οὐράνιον,
ὑπὸ λαμποῦ ἀστέρου ἐλάομενοι ἐφθασαν ἐν
[Βηθλεὲμ,
Δῶρα προσφέροντες ἔγκριτα, χρυσὸν καὶ λίβα-
[ρον καὶ σμύρναν.
Καὶ περόντες προσεκύνησαν Ἰδὸν γὰρ ἐν τῷ
Σπηλαίῳ βρέφος κείμενον τὸν ἀχρονόρ.

Est autem idiomelon proprii festi canticum.
Idiomela ubique in libris ritualibus Græcorum
obvia sunt. Inepte Junius hic scribit ἰδιώμελον per
ω, infra ἰδιώμελον per ο μικρόν, ut originis et com-
positionis ratio postulat; planumque illi ex Menæis,
ubi nulla ἰδιώμελα, nisi forsan errore typographico,
sed mera ἰδιώμελα reperies. GRETS.

Ib. [Ἰδιώμελον canticum serivæ proprium, ait Meur-
sius. Verum ἰδιώμελωδεῖ, sibi ipsi cantat, quia
solus se audit. Est itaque proprii cantus modulus,
qui nimirum proprio ac privato modulandi genere
occinitur, hacque ratione τροπαρίῳ ad alterius
cantum inflectendo opponitur. Vide, si quid merean-
tur, Euchologica. GOAR.]

P. 62. Fercula humi posita. Junius nobis persua-
dere contendit ponere fercula ἐπ' ἐδάφους, id est
humi, idem esse quod ponere super mensam, quia
mensa est etiam ἐδαφος; seu solum seu sustentacu-
lum. An vigilans ista scripserit Junius equidem
dubito, cum Codinus expresse dicat domesticos τοῦ
δομστικίου μίνους κειμένους ἐπ' ἐδάφους, humi
vel in pavimento positos, ex solo levasse in men-
sam imperatoris, et hujus faciendi tunc tantum et
alias nunquam potestatem habuisse. An quod jam
est in mensa, dicitur levari in mensam? et supra,
domestici isti τιθέσσι τοὺς μίνους ἐπ' ἐδάφους.

In quo Calepino reperit Junius ἐδαφος esse vel si-
gnificare mensam?

Ib. Τὸ μινσάλιον, μαρρα mensæ. Citrius in Respon-
sis : Καὶ τὰ ἐν ταῖς τραπέζαις ἐφαπλούμενα ὀθόνια
μινσάλια λέγονται, οἷα πρὸς κόσμον τῆς τραπέζης
καὶ τῶν μίνων τιθέμενα.

P. 65. Pro ἰσοπέδιον reponendum est σουπέδιον
suppedium, scabellum pedum, usurpatum a Niceta
Choniate et ab aliis, ut docet Meursius in Lexico.
Scribitur etiam σωπέδιον et σπέδιον. GRETS.

Ibid. [Miror cur non primam et germanam lec-
tionem ἰσοπέδιον reliquerit Gretserus. An non
Græcos auctores Græcis potius quam Latinis par-
est uti vocibus? Σουπέδιον vero Latina, ἰσοπέδιον
vel εἰσοπέδιον Græca vox est, quam communi con-
sensu tuentur Regii codices. Utramlibet vero sequa-
ris, suppedium sive scabellum pedum interpretabere,
cujus vice σκιμποδίσκον et ποδῶν θρανίδα scripsit cor-
rectior Nicetas in Alexio II et Isaacio Angelo, in CP.
nimirum statu. Prior locus est ἐπὶ τινος μετώρου
σκιμποδίσκου κατὰ τὸν Μάκρωνα παρευρεθέντος στὰς
αὐτός : cujus alia lectio reponit ἐπὶ τινος μετώρου
σουπαδίου. Alius τὸ δὲ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἁγίων θεία
εἰκόματα εἰς ἔδρας καὶ ποδῶν θρανίδα; παρῆγον :
substituit alia εἰκόματα εἰς ποδαρούλια καὶ σουπ-
πέδια κατεσκευάζον. Σωπέδιον et σπέδιον legit
adhuc Meursius hoc eodem verbo, quæ Græcam,
ut asserui, lectionem ἰσοπέδιον confirmant. GOAR.]

Ib. Panagarium et panagia. Illud erat scutella in
qua panagia afferebatur. Quid vero hæc? Mira
Junius. Ait panagiam esse **299** vocem barbaram ex
Latino panis et Græco ἅγιος, significare panem a
sacerdotibus consecratum; ejus usum a Gallis in
Græciam importatum esse : Gallorum enim more
panem a sacerdotibus consecrari, cujus frustra dili-
genter asserunt. Eadem ferme Meursius, saltem
quod ad consecrationem attinet, qui dicit panagiam
esse panem consecratum a sacerdotibus. Crederem
hæc vera esse, nisi ipsi Græci ab assensu nie
prohiberent. Est enim panagia vox Græca a d.
Virginis epitheto ob visionem quamdam divinitus
oblatam ad panem translata; nec consecratur
panagia a sacerdotibus, sed alia quadam ratione
cælestis benedictionis plena esse creditur; nec a
D Gallis venit ad Græcos, sed ab apostolis. Quæ om-
nia ex Græcorum Horologio clara testataque fiunt
ubi hæc de panagia habentur, præfixo tali titulo :
Περὶ τῆς ὑψώσεως τῆς παναγίας, ὅπως γέγονε,
καὶ διὰ τί. Μετὰ τὴν τοῦ Σωτήρος ἡμῶν Ἰησοῦ
Χριστοῦ φρικτὴν ἀνάστασιν καὶ τὴν τοῦ ἁγίου
Πνεύματος κάθοδον, καὶ ἕως τοῦ μερισμοῦ τῶν
ἁγίων ἀποστόλων διὰ τὸ κήρυγμα, ἦσαν πάντες εἰ
ἀπόστολοι ὁμοθυμαδόν, καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν ἐν τῷ
ἀριστῷ ἀνακεκλιμένοι, ἀφιέντες κενὸν τόπον, ἐν
τούτῳ προσκεφάλαιον ἐτίθεσαν καὶ ἐπὶ τῷ προσκε-
φλάτῳ τμήμα ἄρτου, ἐξ οὗ ἦσθιον εἰς μοῖραν
Χριστοῦ· μετὰ δὲ τὸ ἄριστόν ἀνιστάμενοι καὶ εὐ-
χαριστοῦντες ἐλάμβανον τὸ τμήμα τοῦ ἄρτου, 3 εἰς
τὴν τοῦ Κυρίου ἐπιπέκλιτο μοῖραν. Τοῦτο δὲ ὑψοῦν

τες ελεγον· « Δόξα σοι, ὁ Θεὸς ἡμῶν, δόξα σοι, δόξα Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, » καὶ ἀντὶ τοῦ μέγα τὸ δνομα, τὸ Χριστὸς ἀνέστη, ἕως τῆς ἀναλήψεως. Ἐκτοτε δὲ μέγα τὸ δνομα τῆς ἁγίας Τριάδος. Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, βοήθει μοι. Καὶ ταῦτα μὴν ἐκτελεῖτο οὕτως, ἐποίησε δὲ τοῦτο ἕκαστος αὐτῶν ἔνθα ἔτυχε μέχρι τῆς κοιμήσεως τῆς Θεοτόκου. Ὅτε δὲ τὴν παγκόσμιον σύναξιν διὰ νεφελῶν ἵποτησαντο διὰ τὴν τῆς Θεοτόκου δεσποίνης μεταστάσιν, τὰ εἰκότα τελέσαντες μετὰ τὴν ταφὴν αὐτῆς, δηλονότι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, παραμυθίαν ποιούμενοι καὶ μετὰ τὸ ἄριστον ἀναστάντες, τὸ τμήμα τοῦ ἄρτου τοῦ εἰς δνομα κειμένου Χριστοῦ κατὰ τὸ εἰωθὸς ἀνοψώσιντες, καὶ τὸ μέγα τὸ δνομα προσειπόντες, ὡ θαύματος παραδόξου, ἢ νεκρὰ ὡσπερ ζῶσα, μετὰ νεφελῆς καὶ φωτοποιῶν ἀγγέλων παρισταμένων αὐτῇ, ἐπὶ τῷ ἀέρι ἐπιφαίνεται, « Χαίρετε, » λέγουσα, « ὅτι μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, » τοῦτο ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ χαροποιῶν αὐτοῖς ἐπιδιδούσα. Οἱ δὲ μαθηταὶ τοῦ θαύματος ἐκπλαγέντες, ἀντὶ τοῦ, Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, « Παναγία Θεοτόκε βοήθει ἡμῖν, » ἀνεκραύγασαν. Ἐἶτα τῷ τάφῳ προσελθόντες, καὶ μὴ εὐρόντες τὸ πανάγιον αὐτῆς σῶμα, ἐπεισθησαν ἀληθῶς ὅτι σύσσωμος ζῶσα τριήμερος ὡς ὁ Υἱὸς αὐτῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστᾶσα καὶ μεταστᾶσα εἰς οὐρανοῦς μεταβίβηκεν, σὺν Χριστῷ βασιλεύουσα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Ex his lucem dare licebit Curopalatæ, cum explicent quidnam *panagia* fuerit, unde hoc nomen acceperit, quomodo exaltari et quando. quibusve verbis consueverit. A sanctissimæ ergo Virginis epitheto, quod est *panagia*, venit pani qui Christo asservari solebat, **300** quemque postea religiose particulatim comedebant, venit, inquam, *panagiæ* nomen. Transit autem *panagia* etiam ad posteriores Græcos. GRETΣ.

[Dei Genitricem, ceu ex omni parte sanctam et sanctorum omnium sanctissimam, ἀνοτομοστικῶς Græcia παναγίαν ex more nuncupat. Buccellam quoque panis certo ritu in mensæ fine comedendam eodem nomine παναγίαν religiosior vocat usus: vas autem in quo reconditur vel e quo promitur panis hujusmodi; παναγίαιον. Imperator in aula, monachi in monasteriis, vulgus in ecclesiis vel in domibus ritum hunc perficiunt: qua ratione expleat imperator, commonstrat auctor noster in sequentibus. Monachos ea se devotione exercentes describit eruditissimus Allatius De lib. Eccl. Græc. disertat. 4, his verbis: « Quis sit Græcorum iste ritus paucis expediam, ut qui tot nugas in medium proferunt, jam desinant ineptire. Antequam monachi in mensam procedant, cui id onus incumbit (illi ἐφημέριον vocant), in disco sive scutella (illi nuncupant παναγίαιον) acceptum panem ad instar crucis in quatuor dividit partes æquales, ex angulo interiori panis abscondit frustum cultro circumiens, adeo ut ex una parte anguli acuminatus sit, ex altero circulari figura trigonus imperfectus appareat; et sic excisum suo loco una cum reliquo

panem simul unito relinquit. Panem sic accommodatum alia parte disci cooperit. Ita enim discus ille comparatur cardine ex una parte cum superioris partis oculo colligatus, ut modo capsarum includatur, sin minus velo. Et sic apponit in mensa, in qua solus abbas vel proegumennus, qui scilicet abbatis munere antea defunctus fuerat, vel qui abbatis, dum ille abest, locum tenet, et δικαίον appellant, assidet. Finito prandio et signo date in contio (ita ipsi vocant campanulam ex ære fabrefactam) omnes assurgunt, et conceptis precibus discum illum cum pane, qui παναγία est, ephemerius sustollit. Postmodum reserato panagiario, et frusto illo e pane exciso converso ut mica nuda superior sit, præsentat abbati, qui extremis digitis miculam arripit et ori impositam absunit; deinde aliis monachis servato ordine offertur, qui eodem modo miculam ex panagiario auferunt et comedunt. Tum abbas vinum calici infusum bibit, quem omnes sequuntur; et gratis Deo actis discedunt. Et hic est modus exaltandi panagiam, quamvis alii alio quoque modo præparent. Nam sæculares cum solemnī conviviæ cives excipiant, post mensam, in dexteram adolescentuli, ex clero tamen, paululum contractam et volæ sinistrae impositam ex pane præparant, et conceptis precibus sacerdos ibi astans primus micam accipit, postea aliis adolescens suggerit; quod remanet ipse in manibus maxima cum veneratione consumit. » Hæc ille; qui cum alio quoque modo præparari consentiat, quem ipse observatum probavi, accepta viri amicissimi veniæ, subjungam. Remota mensa e fratrum cœtu affuit, qui alios penitentia præmissa, hoc est corporis incurvatione veneratus, dixit: Εὐλογεῖτε, Πατέρες ἅγιοι, συγχωρήσατέ μοι τῷ ἁμαρτωλῷ. Cunctis Ὁ Θεὸς συγχωρήση, respondentibus, imaginem B. Virginis in marmo positam adorans ac thure suffumigans, vicinum imagini panem in disco repositum extremis aufert digitis et in omnium conspectu elevat, dicens μέγα τὸ δνομα. Subjuxero cuncti τῆς ἁγίας Τριάδος. Ille παναγία Θεοτόκε, βοήθει ἡμῖν. Respondent alii ταῖς αὐτῆς προσεχίαις ὁ Θεὸς ἐλέησον καὶ σώσον ἡμᾶς. Mox omnibus accenso thure expiatis, τραπεζᾶρου refectorarii obsequio buccellam divisam omnes consumpsere; et commune poculum Deiparæ nomine benedictum devotius exhausere. Unde ritum hunc processisse affirmant Græci, ex ipsorum sententia librisque retulit Gretserus: nos preces adjungendas exposuimus in Euchologio, quibus expositionem omnem et mysticum sensum, tum precibus tum ritu conclusum, abunde subjungimus ex Synieonis Thessalonicensis scriptis. GOAR.]

P. 63. Τὸ τοῦ οἰνοχείου φέρει σκουτέλιον. Inepte Junius **301** *vinariæ capidis scutellam*. Nam οἰνοχέιον est hic ipsa cella vinaria, cujus promus condus erat pincerna. Cellæ ergo vinariæ scutellam ferebat, seu scutellam quæ asservabatur in cella vinaria. Forte legendum est οἰνοχέιον. GRETΣ.

Ibid. *Ἐνοπέλιος*. [Discum illam vel patinam A interpretor, in qua vinum et aqua propinquantur, quæque bibentis mento ad honorem supponitur; οἰνοπέλον vero, cujus est hæc patina, nusquam mihi sonat cellam vinariam, sed cyathum quo vinum et aqua offeruntur haurienda. GOAR.]

Ib. *Granatza*. Hic Junius iterum totus fit Syrus, ut et paulo post in voce lapatza. Forte vestis hæc confecta erat ex illa tela pretiosa, auro interstincta, quam Itali granitum vocant, ut est l. in De canonizatione S. Didaci, c. 20. GRÆTS.

Ibid. [*Ἰπαράτζα*. De qua Bullengerus. Vestis Cpolitani imperatoris granatza dicta, reliquorum principum lapatza, granatza quidem quasi laxis et fluentibus manicis trabea et vestis nitens, ex duabus vocibus Syris ἰπαράτζα : contra lapatza, pro lappa tzach, constricta trabea, quia manicæ erant strictæ et in zonam impactæ. Granatzam refert ejusmodi grandioris nummi effigies, quæ apud Gretserum tomo III De cruce, fol. 92, visitur. GOAR.]

Quærat quis, num imperator solus mensæ assederit. Respondeo ordinario assedisse solum, adhibuisse tamen aliquando etiam alios, ut Augustam, filios, principes aulæ, quin et legatos variarum gentium, ut constat ex legatione Luitprandi ad Nicephorum Phocam. Mensam imperatoris, qualis præcipue festis diebus esse solet, graphice describit Luitprandus, testis oculatus, l. vi Rerum per orbem gestaram c 3 : *Est domus, inquit, juxta Hippodromum, aquilonem versus, miræ et altitudinis et pulchritudinis, quæ decannea cubita vocatur. Quod nomen non ab re, sed ex apparentibus causis sortita est; δέκα enim Græce, Latine decem, ἑνὴνά novem; cubita aut a cubando inclinata vel curvata dicere possumus. Hoc autem ideo, quoniam quidem 19 mensæ in ea quæ secundum carnem est D. N. Jesu Christi natiuitate apponuntur. In quibus imperator pariter et convivæ non sedendo, ut cæteris diebus, sed recumbendo epulantur. Quibus in diebus non argenteis, sed tantum aureis vasis ministratur. Post cibum autem aureis vasis tribus sunt poma delata, quæ ob immensum pondus non hominum manibus, sed purpura tectis vehiculis sunt allata. Apponuntur autem duo hoc modo : in mensa per foramina laquearis tres sunt funes, pellibus deauratis tecti, cum anulis aureis depositi, qui ansis, quæ in scutulis (lego scutellis) prominent impositi, adjuvantibus inferius quatuor aut eo amplius hominibus, per varibile, quod supra laquearium est, ergalium in mensam subvehuntur, eodemque modo deponuntur. Hac Luitprandus : sed pro cubita lege accubita. Zonaras in illud canonis Trullani 74 ἀκούβιτα στρωνώειν : ἢ τε λέξις τῶν ἀκούβιτων τῶν Ἀπτινῶν ἔστιν (ἀκούβω γὰρ παρὰ Ῥωμαίους τὸ ἀναπίπτω), σημαίνει στρώμας ἡρμένας εἰς ὕψος καὶ μαλακάς. Αὗται δὲ τρυφῆς καὶ μαλακίας εἰσιν. Ejusdem palatii, quod a 19 accubitis seu lectis tricliniaribus nomen invenit, meminit Paulus Diaconus 302 in Leone : *Silentium contra sanctas ac venerabiles celebravit iconas in tri-**

banali 19 accubituum. idem : In crastino Sabbato sancto exivit imperator in tribunalibus 19 accubituum. Colinus lib. De origin. Cp. : Καὶ τὰ δέκα ἑνὴνά ἀκούβιτα καὶ τὸ στέφηνον καὶ τὸν ναβὺν τοῦ ἀγίου Στεφάνου.

Idem Luitprandus, vi, 2, de alio palatio Magnaura dicto : Est Cpoli domus palatio contigua miræ magnitudinis ac pulchritudinis, quæ a Græcis ὁ loco λ posita Μεγαύρα, quasi magna aura pro aula dicitur. Hanc itaque Constantinus, tum ob Hispanorum nuntios, qui tunc noviter eo venerant, tum ob me et Liutefredum, hoc modo parari jussit. Ærea, sed deaurata quadam arbor ante imperatoris oculos stabat, cujus ramos illidem æreos diversi generis deaurataque volucres replebant, quæ secundum species suas diversarum avium voces emittebant. In primis vero solium hujusmodi erat arte compositum, ut in momento humile, excelcius modo, quam mox videretur sublime. Sed sedile, quod erat immensæ magnitudinis, incertum utrum ærei an lignei, verum auro testi leones quasi custodiebant. In hac igitur duorum eunuchorum humeris incumbens ante imperatoris præsentiam sum deductus. Cumque in adventu meo leones rugitum emitterent, aves secundum species suas perstreperent, nullo sum terrore, nulla admiratione commotus, quoniam quidem ex his omnibus eos qui bene noverant fueram percontatus. Tertio itaque imperatorem pronus adorans capiti sustuli, et quem prius moderata mensura a terra elevatum sedere vidi, mox aliis indutum vestibus penes domus laquear sedere prospexi. Quod qualiter feret, cogitare non potui, nisi forte eo sit subvectus ergalio quo torcularium arbores subvehuntur. Per se autem nihil loentus, quoniam et si velle, intercapedo maxima indecorum faceret, de vita Berengarii et sospitate per legothetam est percontatus.

Erat Cpoli aliud palatium, cui πορφύρα seu purpura nomen, parturientibus et parientibus imperatricibus destinatum. Anna Commena l. vi Alexiadis : Alexius Comnenus domum reversus τὴν βασιλῆα κατὰ τὸ ἀφωρισμένον κάλαϊ ταῖς τικτούταις τῶν βασιλῆων οἰκημα ἐπὶ ταῖς ὠδίαιν εὐρηκα. Πορφύραν τοῦτο ἀνέκαθεν ὀνομάζουσιν, ἐξ οὗ καὶ τὸ τῶν πορφυρογενῆτων ὄνομα εἰς τὴν οἰκουμένην διέδραμε. Luitprandus, 1, 2 : *Porphrogenitum non in purpura, sed in domo quæ Porphyra dicitur, natum appello. Et quoniam res processit in medium, quod de hujus Porphyrogeniti generi audivimus, proferamus. Constantinus imperator Augustus, ex cujus nomine Cpolis est sortita vocabulum civitas, domum istam ædificari jussit, cui Porphyra nomen imposuit, voluitque successuram nobilitatis suæ sobolem istic in lucem prodire, quatenus qui suo ex stemmate nascerentur, luculenta hac appellatione Porphyrogeniti appellarentur. Alii porphyrogenitos dictos censent, quod patre imperatore et purpura imperiali convestito nati essent. Ita Zonaras in Constantino Duca : *Imperium reliquit tribus filiis suis, quos sustulit ex Eugenia conjuge sua, Michaelem quidem et Andronicum, quando adhuc privatam vitam**

ducebat, **303** *Constantinum vero cum jam imperaret, ipsaque etiam Eugenia ad Augustæ honorem evecta. Hinc iste solus erat porphyrogenitus, quem statim etiam ante alios imperatoris insignibus exornavit.* GRETS.

CAPUT III.

Observationes in caput 8, quod est de Epiphania Domini.

P. 64. Festum Epiphaniæ, hoc est *apparitionis*, dicitur singulari numero ἡ ἐπιφάνεια, plurali numero et genere neutro τὰ ἐπιφάνεια, quin et τὰ ἐπιφάνεια. Aliquando τὰ θεοφάνεια, quia Deus apparuit. Tribuitur hoc nomen huic festo 1) quia Dominus eo die magis se manifestavit, 2) quia apparuit hominibus, quando baptismum eo die in Jordane a Joanne suscepit, 3) quod eo die Christus mutata aqua in vinum hominibus se manifestavit in nuptiis Canæ Galilææ. Latina Ecclesia omnes has causas hujus diei sequitur, ut patet ex Breviario Romano. Græci festum hoc colunt potissime ob secundam causam: nam apparitionem magis factam celebrant in eo natalis Christi festo, 25 Decembris, ut patet ex Menæis. S. Chrysostomus, Hom: de baptismo Christi: *Quam ob causam hæc (solemnitas) ἐπιφάνεια, hoc est apparitio, appellatur? Quia nimirum non omnibus manifestus est redditus, cum partu est editus, sed cum est baptizatus: nam ad hunc usque diem vulgo erat ignotus. Nam incognitum eum fuisse vulgo, neque quisnam esset plerosque scivisse, constat ex istis Joannis Baptistæ verbis Joan. 1: « Medius vestrum stetit, quem vos nescitis. » Quid vero mirum, si alii non nossent, quando illum etiam ipse Baptista ad eum usque diem ignorabat? « Et ego nesciebam eum, » inquit. Latinos ob manifestationem magis factam hoc festum obire patet ex homiliis SS. Patrum, S. Augustini, S. Leonis, S. Maximi et aliorum. Patet idem ex Germanica appellatione hujus festi, quæ est *Trium regum, der heiligen drei könig tag*. Et legitur Evangelium S. Matthæi de adventu magorum. Nec aliter hæretici tam in quotidiano sermone quam in kalendariis suis hoc festum nominant, quam *der heiligen drei könig-tag*. Inde etiam liquet numerus magorum, *die heiligen drei könige*: non dicitur *die heiligen vier könige, die heiligen zween könige*.*

Morose admodum de regibus disserit Casaubonus in 2 Exercitat. contra Baronium, et tandem eo venit ut regulos fuisse non distineatur, dummodo ita sentire vel non sentire unicuique sit liberum, neque articulus fidei inde cadatur. Quis pro articulo fidei hoc habet? Communis est et fuit persuasio fidelium; a qua propter ratiunculas vel potius stultitias Calvinisticas discedere parum consultum aut expediens est.

304 Morosius adhuc grammaticatur idem Casaubonus de nomine festi Exercit. c. 45. Epiphaniam enim seu theophaniam potius competere nativitati Christi: tunc enim etiam ἐφάνη, apparuit, maxime pastoribus, etc. Veteres 6 Januarii celebrasse Natalem Domini, et ideo diem illum, ob natum scilicet

Christum, dictum epiphaniam seu theophaniam. Et adfert aliquot testimonia, quorum nullum est ad rem. Nemo negat theophaniæ seu epiphaniæ appellationem etiam nativitati tribui posse: tunc enim apparuit Dominus inter homines et pastores ad se traxit, etc., et in missa hujus festi legitur: *Apparuit gratia Salvatoris nostri*, etc. Sed videndum hic quid usus ecclesiasticus ferat; qui est et fuit ut absolute loquendo dies 6 Januarii diceretur Epiphania, idque propter tres causas initio dictas, etsi alii alias causas magis attendebant. Et pauci erant qui Natalem Domini celebrarent die 6 Januarii; et fere intra Ægyptum hæc consuetudo conscribatur, ut est apud Cassianum, Collat. 10, 2. Proferit Casaubonus locum ex oratione Chrysostomi in Natalem Domini, tom. V, Savilliano, p. 511, ubi dicit *vix decimum annum agi, cum ecclesia, in qua hanc orationem dixit, festum natalis celebrare cæperit diemque nativitatis cognoverit*. Sed oratio hæc non est Chrysostomi. Patet 1) ex stylo, 2) quia Cpoli ante S. Chrysostomum festum nativitatis agebatur, ut patet ex oratione Nazianzeni in *Natalem Domini* et ex alia in *dtem Luminum*. 3) Quia ipse auctor hujus homiliæ dicit natalem celebratum et cognitum fuisse a Thracia usque Gades. At Cpolis est in Thracia. Neque alia epiphaniæ fuit ratio 6 Januarii quam nunc sit, nisi apud paucos eosque fere Ægyptios, qui natalem Domini 6 Januarii obibant.

Appellatur eadem Epiphaniæ solemnitas *festum Luminum*, tum ob baptismum, tum quia Christiani diem hunc accensis cereis celebrare consueverunt. Ita Billius annot. ad orat. in sancta Lumina, et Baronius ad Martyrolog. Rom. 6 Jan. Sed exstitit cui hæc opinio Billiana et Baroniana non placeret tanquam longe a vero avia. Quid est ergo festum Luminum si non epiphaniæ seu baptismi Christi? Respondet esse festum quo quotannis Christiani baptismatis a se suscepti memoriam recolant. Id probat ex oratione quadragesima Nazianzeni, quæ est in *sacrum baptismum*, ubi in ipso statim exordio ista leguntur: *Hæri splendidum luminum diem celebravimus; salutem enim nostram lætitia prosequi conveniebat, ac multo quidem magis quam carnis amici dies eos quotannis celebrant quibus vel nati vel matrimonio juncti sunt, vel nomen acceperunt, vel certe inter juvenes censi cæperunt, vel locum aliquem primo incoluerunt, vel quacunquæ demum alia de causa mortales festum diem agunt. Hodie de baptismo et beneficio hinc accepto ad nos veniente disseremus*. Ex quibus verbis colligit *festum Luminum* nihil aliud fuisse quam baptismi ab unoquoque suscepti commemorationem. Sed persuasioni huic manifeste obstat in primis ipsemet Nazianzenus, qui festum Luminum aperte nominat festum baptismatis Christi seu epiphaniæ, **305** quando Christus in Jordane baptizatus mundo apparuit: sic enim ait: *Sanctus Luminum dies, ad quem pervenimus quemque hodie divino beneficio celebravimus, pro principio quidem Christi mei, hoc est vere lucis, omnem hominem in mundum venien-*

tem illuminantis, baptismum habet, meam autem quoque purgationem operatur. Et post longam de baptismo Christi disputationem, hanc ad ipsam orationis calcem subinfert parænesin: *Nos autem hodie Christi baptismum honore completamur ac festum honeste celebremus, non ventris deliciis operam dantes, sed spiritualiter nos ipsos oblectantes.* Ita etiam Gregorium intellexit Nicetas scholiastes ejus. Quod itidem ex inscriptione liquet, quæ est ista: *Εἰς τὰ ἄγια φῶτα τῶν ἐπιφανίων λόγος.* Idem planum sit ex ritualibus Græcorum libris, ubi προερίτιον τῶν φῶτων nihil est aliud quam profestum epiphaniæ seu apparitionis Christi ad Jordanem, quando in Jordane baptizatus est, ipsumque festum die sexto Januarii apud Græcos celebrari solitum appellatur ἐφορτὴ τῶν φῶτων; cuius appellationis ea est ratio, quia Christiani eo die in ecclesia et alibi faces, cereos, lucernas accendebant, ut ait Nicetas, in honorem baptizati Christi, qui vera lux est, et baptismi ab ipso instituti, qui et ipse φῶς καὶ φωτισμὸς nominatur, ut antea diximus.

Cæterum locus ex oratione de baptismo novæ illi opinioni nihil adjumenti affert: nam baptismum, quem Christus suscepit, vocat salutem nostram, quia, ut Patres loqui solent, Christus baptismo suo quas sanctificavit et nostræ salutis in baptismo suo procurandæ destinavit. et salutiferas effecit. Quorūcirca consentaneum esse ait Nazianzenus, ut sicut alii diem natalem suum, matrimonii et id genus alios quotannis celebrant, ita etiam salutem nostram, hoc est baptismum Christi, anniversaria panegyri celebremus.

Maneat ergo, festum Luminum esse festum epiphaniæ seu epiphaniarum, quando Dominus in Jordane baptizatus mundo apparuit et ut fortunatum sidus felicissime illuxit: hanc enim solam Domini epiphaniam seu apparitionem baptismo illustrem Græci solemnem habent, nec de apparitione magis facta mentionem ullam eo quidem die faciunt, cum Latini potissimum die sexto Januarii solemniter recolant epiphaniam seu manifestationem, qua Christus infans orientalibus magis sese patefecit; tametsi nec illam penitus negligant quæ facta est ad Jordanem in baptismo, nec illam quæ contigit in nuptiis in Cana Galilææ, quādo primum signum fecit. Hinc canit Ecclesia: *Tribus miraculis ornatum diem sanctum colimus.* Et octava epiphaniæ potissimum apparitioni ad Jordanem in baptismo dedicatur, ut planum sit ex Romanæ Ecclesiæ ritualibus libris.

P. 65. Ἀγίασμας seu consecratio et aspersio aquæ. Primo die cujusque mensis aqua benedicebatur et ex benedicta homines aspergebantur in palatio Cpolitano, excepto Januario, quo id fiebat die sexto, hoc est in ipsa epiphania Domini, et Septembri, quo id fiebat die 14 in ipsa exaltatione S. crucis. Forma benedicendæ aquæ exstat ex Menæo die 6 Januarii et in Euchologio, et est ista: **306** Ἀγίασεν τὸ ὕδωρ τοῦτο, καὶ ἔδξ αὐτῷ τὴν χάριν τῆς

ἀπολυτρώσεως, τὴν εὐλογίαν τοῦ Ἰορδάνου. Πίψουσιν αὐτὸ ἀφθαρσίας, πηγῆν, ἀγιασμοῦ δῶρον, ἀμαρτημάτων λυτήριον, νοσημάτων ἀλεξητήριον, δαίμονιν ὀλέθριον, ταῖς ἐναντίας δυνάμεσιν ἀπρόσιτον, ἀγγελικῆς ἰσχύος πεπληρωμένον, ἵνα πάντες οἱ ἀρούμενοι καὶ μεταλαμβάνοντες ἔχοιεν αὐτὸ πρὸς καθαρισμόν ψυχῶν καὶ σωμάτων, πρὸς ἰατρῶν παθῶν, πρὸς ἀγιασμόν, πρὸς πᾶσαν ὠφέλειαν ἐπιτήθειον. Nec in aula solum, sed in aliis omnibus Græcaneis ecclesiis aqua hoc die benedicebatur, etiam apud Æthiopas, qui hodie undis non modo se aspergunt, sed et penitus immergunt. Et fideles circa mediam noctem, quæ festum antecedit, ob reverentiam baptismi quo Salvator noster tinctus est, aequalum ibant, unusquisque ad obvium sibi fontem, rivum aut fluvium, cui aquæ Deus hanc benedictionem largiebatur ut multis annis incorrupta maneret. Testis locuples hujus rei S. Chrysostomus, hom. de baptismo Christi tom. V operum Græcorum. *In hac solemnitate (epiphaniæ, qua Græci μέγαν ἀγιασμόν celebrant) sub mediam noctem omnes ὕδρευόμενοι cum aquam acceperint, domum latentes referunt ac reconduunt et per integrum annum conservant, utpote quod hodierna die sanctificatæ sint aquæ (per baptismum Christi in Jordane); fitque miraculum evidens, dum nihil temporis longinquitate aquarum illarum natura ruitur, sed integro anno, atque adeo biennio et triennio sæpe, quæ hodie sunt hausta, incorrupta et recens permanet, ac post tantum temporis cum iis quæ nuper fuerint e fontibus eductæ certat.*

Hæc S. Chrysostomus. Quid vero S. Epiphanius, hære. i 51? Mira nimirum, eo ipso festo, hoc est sexto die Januarii, in memoriam patrati a Christo miraculi, quosdam fontes atque adeo ipsum fluvium Nilum effici vinosos seu in vinum verti. Audiamus ipsum S. Epiphanium. *Circa ipsam undecimam (mensis Tybi, qui est sextus nostri Januarii) post annos triginta factum est primum signum in Cana Galilææ, quando aqua facta est vinum. Quapropter etiam in multis locis usque in hunc diem hoc fit, quod tunc factum est, divinum signum in testimonium incredulis, velut testantur in multis locis fontes ac fluvii in vinum conversi, Cibyres quidem urbis Caricæ fons, qua hora hauserunt ministri et ipse dixit: «Date architriclino.» Testatur et in Gerasa Arabiæ fons similiter. Nos bibimus de Cybires fonte, fratres vero nostri de eo quieti in Gerasa, in martyrum templo. Sed et multi in Ægypto de Nilo hoc testantur. Tres ergo aquas nominat, quæ dicto festo in vinum vertantur, 1) fontem Cibyres, 2) fontem in Gerasa, 3) Nilum. Cum igitur tres isti fontes vinoso sapore nunquam fluxerint nisi hoc die, manifestum sit hoc miraculum non esse patratum nisi ad recolendam memoriam vini ex aqua a Christo in Cana Galilææ producti. Et de his tribus fontibus, inquit Baronius, tom. I anno 31 n. 33, se non meminisse ullum sibi scriptorem, qui Christi natalem antecesserit, lectum esse, qui testetur duos illos fontes et fluvium Nilum verti in vinum. Ille illustriss. Baronii condu-*

eticus calumniator **307** Casaubonus insilit Exercit. 13, in celeberrimum Annalium scriptorem, incinitque etiam ante Christi adventum alibi fuisse fontes vinosos, testesque laudat Vitruvium, Plinium et eclogas Sotionis. Ad quid hæc nisi ad texendum calumniam? Baronius non dicit se non meminisse quod legerit ullum auctorem qui fontium vinosorum ante Christum meminisset: sed ait se non meminisse quod ullum Christi nativitatem antegressum legerit, qui duos supra ex Epiphania adductos fontes et Nilum fluvium in vinum aliquando versos esse vel verti scripserit. Et hoc longe aliter timent quam quod Baronio impostor fraudulenter imponit. Sed absisto hinc, ne actum agam: jam enim Baronium ab hac et multis aliis criminationibus Casaubonianis præclare vindicavit noster Heribertus Rosweidus in Lege talionis 12 tabularum et in Anticapello suo.

Fuerunt et alibi, sed extra epiphaniæ festum, amnes vinosi et fontes lactei. Sylvester Giraldus in Itinerario Cambriæ, II, 1: *Hoc mihi notabile videtur quod nostris diebus tam fluvium hunc (Alunum) vino manare quam fontem, quem Pissil Duwi, fistulam David vocant, lac stillare compertum est.*

Addamus et hoc, aquam Jordanis, postquam eam Christus contactu et baptismo suo consecravit, incorruptionis munere donatam esse. Illustriss. princeps Nicolaus Christophorus Radzivilus in suo Hodæporico Hierosolymitano: *Aquam valde turbidam Jordanis habet, sed salubrem, quæ in vase asservata nunquam corrumpitur, prout in ea quam attuli mecum indubitanter sum expertus.* Hæc inclytus ille princeps.

Illud denique dignum censeo quod observetur, Donatistas olim in Africa epiphaniæ festum non celebrasse, ut testatur S. Augustinus serm. 32 De tempore his verbis: *Merito istum diem nunquam nobiscum hæretici Donatistæ celebrare voluerunt, quia nec unitatem amant, nec Orientali Ecclesiæ, ubi apparuit illa stella, communicant: nos autem manifestationem Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi, quia primitias gentium delibavit, in unitate gentium celebramus.* GRETS.

P. 65. [*Ὁ δὲ μετὰ τὴν λειτουργίαν ἀγιασμός.* Aquam iterato benedicit Ecclesia Græca in Theophaniis, semel pervigilii vespere, et in missa secundo. Secundam consecrationem tangit hæc dictio. Aquæ istius benedicendæ ritum exhibet Euchologium sub hoc titulo: *Ἀκολουθία τοῦ μεγάλου ἀγιασμοῦ τῶν ἁγίων Θεοφανείων.* Officii rituumque interpretationem quantuluscunque labor noster adject: ecclesiasticis ibi elucidatis, cum Codino succincte disserente aulica quam breviter prosequimur.

Ibid. [*Λαμπάς.* De luminibus sacro τῶν φώτων die in ecclesia accensis superflue tractat hic scholiastes. Adverto nihilominus λαμπάδος nomen solemnitati, de qua loquimur, adeo proprium redditum, ut cerci hoc solo die accensi

illud jam sibi vindicent apud vulgus; alias quandoque in usum veniunt, κηροὶ ἐκ κηρίων nuncupantur. Porro λαμπάς hodierna, seu festiva, tanta mole confatur vel coloribus pingitur ac artis tanta varietate adornatur ut inter reliquos cereos ἐκλάμπει verissime videatur. Hinc **308** virgatum variegatumque opus cereo in hac festivitate succedendo vetus et a majoribus accepta paræmia comparat. De illo quoque nos loco præfato nonnulla. GOAR.]

CAPUT IV.

Observationes et explicationes in c. 9, quod est de festo adorandæ crucis.

P. 65. Vide quæ de Dominica adorationis S. crucis in media Quadragesima scripsimus t. I, de S. Cruce l. 1, c. 67, et t. II multas habes homilias a Græcis Patribus hac Dominica dictas. GRETS.

Ibid. [*Κυριακὴ τρίτῃ τῶν νηστειῶν τὴν προσκύνησιν ἐορτάζομεν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιῦ σταυροῦ, αἰτ Triodium.* Rationem quæsitam subjungit, ut crux nimirum, passionis Christi monumentum, nos ad eam ferventius austeritatis tempore sequendam excitet, præteritos abstinentiæ labores consopiat, et velut paschalis hilaritatis pignus sese ipsam proponat. Plures in hoc festum homilias scripsero Chrysostomus, Sophronius, Theodorus Studites, Xiphilinus, Philotheus et alii. Vulgatiorem celebritatis ritum his verbis Typicum Sabæ constituit: *Κυριακὴ τρίτῃ τῶν ἁγίων νηστειῶν τὴν προσκύνησιν ἐορτάζομεν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιῦ σταυροῦ. Δοξολογία μεγάλη. Ὅταν δὲ ψάλλομεν τὴν δοξολογίαν, ἀλλάσσει ὁ ἱερεὺς τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ λαβῶν θυμιατὸν θυμιατὴν τὴν ἁγίαν τράπεζαν καὶ τὸν σταυρόν. Εἶθ' οὕτω λαμβάνει αὐτὸν μετὰ δίσκου ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ εἰν τῇ θήκῃ, καὶ ἐξέρχεται ἐκ τοῦ ἀριστεροῦ βήματος, προπορευομένου αὐτῷ λαμπάδων δύο καὶ θυμιατοῦ, καὶ ἀπέρχεται εἰς βασιλικὰς πύλας. Τελεθεισῆς δὲ τῆς δοξολογίας καὶ τοῦ τρισαγίου, λέγει ὁ ἱερεὺς σοφία, ὀρθοί. Καὶ λέγομεν τὸ τροπάριον: «Σῶσον, Κύριε, τὸν λαόν σου καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου.» Καὶ εἰσοδεύει ὁ ἱερεὺς φέρων τὸν ἅγιον σταυρὸν ἐμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν. Κάκεισε προετραπισθέντος τετραπόδος τίθεται ἐπάνω αὐτοῦ ὁ τιμῆος σταυρὸς, καὶ εὐθὺς ἀρχόμεθα ψάλλοντες: «Τὸν σταυρόν σου προσκυνούμεν, Δέσποτα.» Καὶ ἀνοίξας τὴν θύκην ἀρχεται προσκυνῶν ὁ προεστὼς καὶ ὁ ἱερεὺς, βάλλοντες μετανοίας τρεῖς κατενώπιον τοῦ τιμίου σταυροῦ. Καὶ μετὰ τὸ ἀσπάσασθαι πάλιν βάλλουσι μετάνοιαν ὁμοίως, καὶ εἰς τοὺς χορούς πρὸς μίαν. Εἶθ' οὕτως ἀρχονται οἱ ἀδελφοί.*

Ibid. *Τῆς τοῦ καλατίου ἐκκλησίας.* Quam ex pluribus in eo conditis auctor non assignat, primam siquidem Trullanam Theophanes a Pulcheria fundatam in Protomartyris honorem refert, aliam τῷ ἀρχιστρατήγῳ Michaeli in eodem dicatam legitimus. Basilium Leonemque tot et tam varias ibidem struxisse dotasseque narrat, ut urbis unius spatii plures capi non solere cernamus. GOAR.]

Ibid. *Sticharium.* Junius secure vertit, *manipu-*

lum, et phelonem penulam, et epitachelium collarium; orarium retinet quidem, sed ridicule interpretatur psalmum oratorium, εὐκτικὸν μᾶλος. Ergo ministri ecclesiarum, qui orarium ferebant, psalmum oratorium ferebant. Quæso, inspicere imaginem Georgii Pachymeris initio Gregoræ, orario conspicuam: et dispice num ibi psalmum oratorium inventurus sis. GRÆTS.

309 *Ibid.* [Στιχάριον diaconalis tunica, talaris, undique clausa, nonnihil stricta, coloris albi pro solito, ἀπὸ τοῦ στιχοῦ, quod uno tractu contextatur, dicta.

Ibid. Φελώνην vocant casulam sacerdotalem, manicis carentem, ac totum corpus undique ambientem. Cappam neotericus quidam æque simpliciter ac inscienter vocavit. Ex privilegio et ad ampliorum ornatum palatino archidiacono casulam ferre licet.

Ibid. Οὐ μὴν ἐπιτραχήλιον. Ob sacerdotalis gradus defectum, cujus illud est insigne, stola nimirum e collo versus medias tibias defluens, cujus pendulæ hinc inde partes ad invicem sunt colligatæ.

Ibid. Ὠράριον, stola diaconalis sacerdotali strictior, cui in longum vox ἄγιος ter inscribitur. Sinistro tantum humero tunicæ superposita ac sinistra manu retenta gestatur.

Ibid. Σῶσον, Κύριε. His adde, si curiosius reliqua desideras, ὁ θεός, τὴν λαὸν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου, ἐπίσχεψαι τὴν κόσμον σου ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς, ὕψωσον κέρασ Χριστιανῶν ὀρθοδόξων, καὶ κατὰπεψὼν ἐφ' ἡμᾶς τὰ ἐλέη σου τὰ πλοῦσια, πρεσβείαις τῆς παναγράντου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, τῇ δυνάμει τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ; προστασίαις τῶν τιμίων ἐπουργητῶν δυνάμεων, ἀσωμάτων. GOAR]

P. 66. Junius ubique perperam *catacaelos* pro *epocutacaelos*. GRÆTS.

Ibid. [E novem officialium Magnæ ecclesiæ pentadibus primi sex, œconomus nimirum, sacellarius, scevophylax, chartophylax, sacellæ præpositus, hodieque primus defensorum (quondam protoprotarius) ab auctoribus plerisque ἐξωκατάκοιλοι appellati. Ratio dubia est, et circa vocem conjecturis hucusque lusum est abunde. Paucis nugæ rejiciendæ, brevius quoque vera sententia proferenda. Sunt qui, ut liberius hallucinentur, ἐξωκατακόλους repudjant, quorum vice ἐξωκατακόλους reponunt, jejuna valde concilii Trullani, moniales can. 40 ἐξωκατεῖν, extra monasterium dormire, prohibentis, auctoritate fulti; hosque idem ἐξωκατακόλους quasi ἐξωκατακόλους, qui extra palatium vel patriarchium cubarent, dictos. Verum cur non facilius eos ἐξωκατεῖν quam ἐξωκατόλους ab ἐξωκατεῖν diceres? An non pervertit dictionis sensum præpositionis additamentum, quam vel litterulæ vel accentus mutatio corrumpere potest ex integro? At ante Leonis Armenii tempesta-

tem, dices, clerici juxta Cedrenum palatium non habitabant et erant ἐξώκοιτοι. Assentior. Verum ubi vocem ἐξωκατακόλων, quam soli neoterici scriptores suggerunt, in usu tunc fuisse demonstrabis? Quin imo si prius ἐξωκατάκοιλοι, qui e palatio erant ἐξώκοιτοι, cum a Leone Armenio (ne sicarii perduellesque, quod tunc actum est, fraudulenter cum clericis in palatium noctu irreperent) clerici pernoctaverint in regijs ædibus, nulla deinceps ἐξωκότων vel ἐξωκατακόλων esset habenda memoria. His junge, non palatinos, sed patriarchicos primos clericos ἐξωκατακόλους vocatos; ut quid hæc rerum dissentientium perturbatio et a palatio ad patriarchæ sedem digressus, ut qui palatii ἐξώκοιτοι, nomen dent patriarchicis

ἐξωκατακόλοις? Illi etiam, inquires, fuerunt e patriarchio ἐξώκοιτοι. Quasi vero inde ἐξωκατόλοι. Facilius, me iudice, diceres ἐξωκατακόλους quasi ἐξωκατακόλους, qui συγκέλλου patriarchæ *concellanei* privilegio, ut ad ejus *cellam* habitarent, nusquam gauderent. Terret me nihilominus ne id suggeram ἐξωκατακόλων dignitas, cui a privilegii aliis concessi privatione nomèn mutuari prorsus indignum. Placet idcirco magis reliquos omnes his inferiores clericos ceu κατακόλους *loco depressiore et humili consistentes* spectare, hos vero sive in ecclesiæ consessu sive in procedendi ordine sive ad patriarcham vicinia sublimiores multo ac eminentiores, et (qui sunt modo spectatissimi cardinales) ἐξωκατακόλους

perfecte, *eminentissimos* decernere **310** vocandos. Detineor tamen Regiorum lectione vocem unicam in duas dividente, diaconos memoratos ἐξωκατακόλους, *sex depressos*, patriarchæ nimirum assessores, verum dignitate, jure, loco, potestate inferiores omnino. Arriserat prius ea vocis expositio, quæ regiam urbem CP. ad veteris Romæ instar in montibus et vallibus variis sitam, quasdam etiam ecclesias tum in istis tum in illis exædificatas contemplant, humiliorum locorum oratoria minus e clerico dignis assignaret regendas, præcipuas vero, quæ in montibus fundamenta posita nanciscerentur, his ἐξωκατακόλοις velut montes lucernis reservatas censeret. Præter Junium conjectorem alius non adfuit qui sententiam firmaret auctor.

Et nunc ideo non acrius defensa, Georgii Coresii suis me litteris amice convenientis diversam mentem tenacius amplecti constitutum. Totus, inquit ille, CP. patriarchii situs concavum locum occupavit quondam, ejusque ædes cum reliquis spectatæ κόλην θέσιν *cavitatem* et velut *voraginem* exhibebant oculis, et in ea tum syncelli tum alii monachi patriarchæ obsequio mancipati vel etiam domestici sedem obtinebant, unde et κατάκοιλοι: primates vero clerici ἐξω κολόστητο; commorantes *domosque* amplas et excelsas adepti, ceu qui ex præcipuis familiis et proceribus seligerentur, ἐξωκατάκοιλοι nominati, qui non modo clericos alios, sed et pontifices ipsos honore præcederent. Hæc ille.

P. 66. [Τῶν πατριάρχων τις. Debet ille, quisquis fuerit, quadringentos annos superare, cum Symeon Thessalonicensis ante memoratum tempus scriptor eximius primos ecclesie Magnæ clericos, qui exocatacæli, velit etiam ab antiquo (diutino spatio) diaconos exstitisse.

Ibid. [Σφραγίζω nonnunquam ordino seu veros ordines confero refert (Balsamon in Can. apostolicum 36 : Διακόνους χειροτονεῖσθαι μὲν, τοῦτ' ἐστὶ σφραγίζεσθαι, ἐμάθομεν), nonnunquam cruce signo. Euchologium in Ordina. Lectoris : Σφραγίζων ἐπετίθει τὴν χεῖρα. Thessalonicensis : Τῷ διακρίῳ σφραγίζει τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, *cæreo bicipiti Evangelium signat.* Quandoque tandem est, *adjuncto crucis signo ministerium vel officium committo.* Typicum Sabæ c. 5 : Τῇ δὲ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ σφραγίζει προσετώς ἐξυπνιστὴν ἐν ἐκκλησίᾳ. Quos itaque patriarcha exocatacælos σφραγίζει, *crucis signo instituit,* prius diaconi vera ordinatione promoti intelliguntur. GOAR.]

P. 67. Junius addit negationem, οὐ φοροῦσι, *non gestant.* Codices Boici omittunt ; itaque prorsus diversus sensus efficitur, nempe diaconos tota Quadragesima gestare purpurea sticharia, excepto Annuntiationis festo, Palmarum et magno Sabbato. GRETS.

Ibid. [Non toleranda vocum corruptio negationem affirmationis vice substituens : multo sincerius Regia, eliminata particula negante, φοροῦσιν. Auctoritas et consuetudo fidelem hujusmodi lectionem tuentur, luctus siquidem et Quadragesimæ tempore rubrum sibi colorem assumit Orientalis Ecclesia, reliquo tempore, festivo maxime, candidam. Annuntiatio vero, Palmarum dies et Sabbatum Paschatis pervigillum solemnia sunt et festa Dominica, in quibus rubeus color horrorem iacuit et adversum omen desert. Simeon Thessalonicensis : Τὶ δηλοῦσι τὰ λευκὰ ἐνδύματα τοῦ ἀρχιερέως, καὶ τὰ ἐρυθρὰ κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν ; subjungit : Λευκὰ ταῦτα διὰ τὸ καθαρὸν χάριτος καὶ φωτεινόν. Πολλάκις δὲ γε καὶ πορφυρὰ κατὰ τὸν καιρὸν τῶν νηστειῶν διὰ τὸ πνεθεῖν ἡμᾶς ; ἀμαρτήσαντας καὶ διὰ τὸν σφαγέντα ὑπὲρ ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Demetrius Bulgariensis Jævis Gr. l. v : Πένθους εἰς τὰ πορφυρὰ ἐνδύματα σήμερον · ἐν μόνασι γὰρ νηστείοις ἡμέραις καὶ ἐν μηνιοσύνοις ἀπελθόντων λαμβάνονται. GOAR.]

311 CAPUT V.

Observationes et explicationes in c. 10, de festo Palmarum.

P. 67. Quod nos festum Palmarum, id Græci ἐορτὴν βατῶν vocant ; de quo fuse Codin. c. 10. Βάτῃ Græco sermone dici *palmas* seu ramos palmarum tradit S. Hieronymus in c. 8 Ezechiel. Inscite de hoc nomine Balsamon, *Batum*, inquit, *lingua Romana neque tamum ex arbore casum neque rosam ex roseto collectam neque liliam ex liliorum horto decerptum significat.* De duobus posterioribus, nil

contendimus, de priore hæremus : si enim non significat ramum, dic quid significat ? Ἀνθρωπίνης ἐξ γνώμης ; ἐκ τοῦδε εἰς τόδε μετάβασις, ἀγαθὴ δηλονότι ἢ πονηρά. Pulchre ; pergas. Ἐντεῦθεν γὰρ τοὺς παιδοτρίδας βαλοῦλους κατονομάζομεν ὡς τὰ νηπιώδη τῶν παιδῶν φρονήματα μετάγοντας πρὸς ἀρβένωσιν. Docte, quasi bajulus non sit a Latina voce *bajulo*, sicut gerulus a *gero*. Pergit : Καὶ πρῆβαικάτορας λέγομεν τοὺς ποικιλλομένους κατὰ τὴν ἔριν συνεργοῦς καὶ προδιδόντες τοὺς πρόσφυγας. *Prævaicatores (prævaricatores) appellamus cooperarios seu adjutores, qui variantur instar iridis, et clientes produunt.* Ita quidem interpres : sed quis non videt legendum esse κατὰ τὴν ἔριν ? ut prævaricatores sint illi qui in ipsa lite clientes suos destituunt et produunt, variatique ad alteram partem, sua deserta, transeunt. Nimirum quia Græculus iste in *bajulo* et *prævaricor* aliquam similitudinem animadvertit cum voce βάτον, ideo putabat inde formatam, quasi a *vario*, seu, ut ipse scripsisset, a βαρίῳ, et omisso ρ a βαίῳ, quod est *multo*. Hinc etiam dicit Judæos non intelligentes, Christo Hierosolymam ingrediente, quid sibi vellet illa ramosum gestatio, exclamasse βαβαί, παπαί βαβαί τῶν Μωσαϊκῶν παραγγελιῶν, βάτον ἀπροσδοκῆτον γέγονε, ταυτέστι μεταφορὰ πρὸς ἀπώλειαν. Hæc Græculus ille de etymo vocis, ληρῶν.

Docet autem Balsamon hoc τῶν βασιφύρων die imperatores olim ac patriarchas distribuisse subditis βόγας, hoc est *munera* et *baia*, huncque usum usque ad tempora Constantinij monarchi durasse et postea desisse. Sunt autem *rogæ* stipendia etiam militaria : hinc apud Codinum vox ipsa βόγαι, et inde formati βογάτορες, milites qui stipendia merent, *soldaten*. Item largitiones, *erogationes*, munera, et dona a principibus liberaliter distribui consueta. Qua voce crebro utitur etiam Anastasius bibliothecarius in Historia Pontificum, ut in Eugenio : *Rogam clero dedit.* Hinc etiam natus videtur modus loquendi Germanorum : *Er hat ein guten rogen sogen*, de illo qui luculentum quid adeptus est. Hinc etiam βογεύσιν *militare, merere* : forte cusa et hæc vox a Latino *rogo* vel *erogo*. Habet Balsamon etiam βογαλία.

Hujusmodi *rogam* a se visam describit Luitprandus Ticinensis 312 l. vi. *In ea*, inquit, *quæ est ante ante βασιφύρων, quod nos palmarum ramos dicimus, hebdomade tam in militibus quam in diversis constitutis officiis numismatum aureorum erogationem, prout cujusque mereretur officium, imperator facit ; cui erogationi quia me interesse voluit, me venire præcepit. Fuit autem hujusmodi. Erat apposita decem cubitorum longitudinis ac quatuor latitudinis mensa quæ numismata loculis congregata, prout cuique dabatur, numeris extrinsecus in loculis scriptis retinebat. Ingredebantur denique ad imperatorem non consue, sed ordinatim secundum vocantis vocem, quæ scripta virorum nomina secundum officii dignitatem recitabat. Quorum primus vocatus est rector domus ; cui non tu*

manibus, sed in humeris posita sunt numismata cum scaramangis quatuor (vestis genus est scaramangium, pluviae, caeterisque caeli injuriis arcendis apposita. Vide Pandecten Turcicum, c. 177 et 199): post quem δ domesticus scholarum et δ λογαριστης; τῆς πλοιας sunt vocati, quorum alter militibus, alter navigantibus praerat. Hi itaque paris numeri, quia dignitas par erat, numismata et scaramanga suscipientes pra multitudine non jam in humeris portaverunt, sed adjuvantibus aliis post se cum labore traxerunt. Post hos admissi sunt magistri numero 24, quibus erogatae sunt numismatum aureorum librae, unicuique secundum eundem numerum 24, cum scaramangis duobus. Patriociorum deinde orto hos pone est secutus, et 12 numismatum libris cum scaramanga una donatus. Turba post hos immensa vocatur protospathariorum, epathariorum, candidatorum et id genus clientum. Haec de roga ad festum Palmarum fieri solita in palatio Cpolitano Luitprandus.

Sed fons iste liberalitatis exaruerat in palatio, et forme etiam in patriarchio, tempore Balsamonis, ut ipse conqueritur. Et patriarcha quidem ne prorsus immunificus videretur, κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς κατηχήσεως θυμιάματα dividebat, festo baliorum seu palmarum cereos et cruces, magna quarta feria, hoc est die Mercurii majoris septimanæ, cereos et thymiamata, die Paschatis ἀσπασμῶδες καὶ τρικέφαλα, interpres: salutationes et tricripitia. Osculo enim et amplexu excipiebat populum festo Paschatis, dans unicuique *tricephalum*: exiguae monetæ genus est, a tribus capitibus nomen ducens. Celebrabatur dies catecheseos feria tertia post Dominicam τῆς ἀποκρέου, hoc est *carnisprivii*. Nomen hoc inde habebat, quia patriarcha populum eo die ad jejunium Quadragesimæ rite sancteque obeundum commonefaciebat, datis thymiamatis seu incensis; quorum omnium rationes exponit Balsamon in quadam de hoc argumento epistola, quæ exstat l. vii Juris Græco-Rom. fol. 471.

P. 67. Pro τοῦ περιπάτου, quod vitiose Junius asseri, scripsimus ex manuscriptis δ περιπατος; sic enim et oratio et orationis sensus constat.

Ib. Sabbato Lazari, pridie Palmarum celebrant Græci admodum solemnem caeremoniam festum excitati Lazari; de quo consule rituales libros Græcorum. GRETS.

313 P. 67. [Triodium: Ἐορτάζεσθαι κατὰ τὴν παροῦσαν ἡμέραν (palmarum pervigilio) ἐτάχθη ἡ Λαζάρου ἑγερσις, ὅτι οἱ ἅγιοι καὶ θεοφόροι Πατέρες ἡμῶν, μᾶλλον δὲ οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι, μετὰ τὴν τεσσαρακονθήμερον νηστείαν διὰ τὴν κάθαρσιν τὰ ἅγια πάθη τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μέλλοντες πανηγυρίζειν, ἐπειδὴ τοῦτο τὸ θαῦμα ἀρχὴν καὶ αἰτίαν μάλιστα εὔρον τῆς κατὰ τοῦ Χριστοῦ μανίας τῶν Ἰουδαίων, κατὰ τοῦτο ἐνταῦθα τὸ ὑπερφυῖς τοῦτο τεράστιον ἔθεντο. GOAR.]

Ib. Ἀλλόσσει. Meursius v. Ἀλλαξιμάριον dicit recentiores Græcos ἀλλόσσειν simpliciter dicere pro induere vestem; citatque hunc locum et cum qui

A paulo post de principibus sequitur. Adducit et alium ex Euchologio, allum denique ex Marco Hieromonacho. Hinc ἀλλάγματα et ἀλλαγαί absolute *indumenta*. Quamvis autem nullus ex his locis simpliciter evincat id quod vult Meursius, demus tamen id ita esse: libenter vicissim vocabitur notionem de mutatione vestium ipsi vocabulo congruentiorem esse, et hanc secundam quasi adventiciam jure censi. GRETS.

Ibid. [Haud mutat, ut præmissum, quin potius unam imperatoris ex vestibus ab antiquis imperatoribus acceptam ipse assumit et induit. Observo porro pluribus imperatoribus eadem vestimenta, seu dignitatis quam personæ magis propria, deservisse. Hinc Luitprandus vilitatem et vetustatem eorum subsannat in Legatione. Quæ nihilominus adeo vetustas consumpserat, Theophilus aliquot interjectis annis renovavit. Leo Grammaticus in ejus Vita: Ἐκαινοβύγησεν δὲ καὶ τὰς βασιλικὰς στολὰς ἀνανεῶσα; καὶ χρυσοῦφάντου; κατακοσμήσας.]

Ib. Στέμμα. Tum auctor tum reliqui scriptores alii semper intelligunt imperatoris diadema uajus et ornatus. GOAR.]

Ibid. Saccum. Junius *sagum*, tam hic quam supra; et in annot. *Gallica vox corrupta ex sagum*. Mirum ex Oriente non accersitam originationem. Cur *saccum* potius a *sago* quam a *sacco* Græcis Latinisque communi deducamus? Cur *sagum* reddamus, cum non sit tantum vestis militaris, sed et forensis, nec forensis tantum vestis militaris, sed et ecclesiastica? ut planum sit ex Turcogræc. p. 20, ubi vestis quædam patriarchica *saccus* nominatur. *Filiæ ejus ornamenta dederunt patriarchio*, ἔξ ὧν ἐστὶν ὁ σάκκος; ἔως τοῦ νῦν, ex quibus conjectus est *vetus ille saccus, qui hodie quoque durat*. Ubi recte interpres pontificiam vestem interpretatur. Distinguitur saccus a *mandya*. Id clarum ex his. Codinus: Ἐνδύεται ἐπάνω τοῦ σάκκου καὶ διαδήματος μανδύαν χρυσοῦν. GRETS.

Ib. [Ἀλλόσσειν ὡσαύτως. Antiquas ac officii ministeriisque accommodas vestes etiam aulicos Nicephori in processione gestasse memorat Luitprandus in legat. Sed et, inquit, *optimates sui, qui cum ipso per plebeiam et discalceatam multitudinem istam transierunt, magnis et magna vetustatis simis tunicis erant induti*.]

P. 68. [Ἐξέλθετε ἔθρη. Theophili opus esse hoc canticum testatur Cedrenus. Ἐπιλοτιμειτο, inquit, καὶ μελωδῶ; εἶναι, διδὸν καὶ ὕμνους ποιῶν τινὰς καὶ στιχηρὰ μελλίζων ἄδεσθαι προέτρεπεν. Φέρεται δὲ καὶ τις λόγος, ὡς ἔρωτι τοῦ μέλους βαλλόμενος κατὰ τὴν Μεγάλην ἐκκλησίαν ἐν φαίδραϊς πανηγύρεσιν οὐ παρητήσατο τὸ χειρονομεῖν. Et infra: Καὶ τὸ στιχηρὸν δὲ κατὰ τὴν βασιλοφόνον τὸ Ἐξέλθετε ἔθρη, ἐξέλθετε καὶ λαοί, τὸν ἐκείνου φασὶν εἶναι τόκον ψυχῆς. GOAR.]

314 P. 68. Verba illa eis τύπον γὰρ Χριστοῦ τὸ εὐαγγέλιον ἔροισται, ad tyrum Christi bona hæc an-

nuntiatio advenit, Junius verterat prorsus inepte, A quia *idiomelum*, vel lampadarius cantans illud *idomelum*, loquitur de Evangelio quod archidiaconus ferebat, et hoc Evangelium, sive, ut distinctius dicam, hunc codicem Evangeliorum, ait Christi typum ac figuram gerere. GRETS.

Ib. [Στέφανος *circulus* caput ambiens, ac minor stemmaté *corona*, φάλλιν aliud regii capitis operimentum, de quo c. 6 p. 52, suppositum nec ab omni parte στεφάνῳ velatum adhuc, ostentans. Adverte collegam imperii etiam stemmate fuisse coronatum, quicūque alius despota, Sebastocrator, Cæsar, coronæ quidem gestandæ, haud tamen stemmatis jus acceptum; ac idcirco στέφανον gestare, non στέμμα, vel ἐσ-εμμένον progredi. A seris igitur et velis ferendis longe alienus conspici-

Ib. [Ἀρπάζει κλάδον. Ramos hac solemnitate gestatos in matutinis tacuit Codinus. Typicum docet, ὅτι ἀρπάζονται οἱ ἀδελφοὶ τὸ εὐαγγέλιον, διανέμειν τὸν ἡγούμενον τὰ βότα, in sine matutinarum precum fratribus ad Evangelii osculum accedentibus ecclesiæ superiorem palmarum ramos distribuere, ad finem usque officii gestandos. Εὐχὴν εἰς τὸ δοῦναι τὰ βότα τῇ βασιφύρῳ promittit Euchologium. Ritus insuper ultimis imperii annis adhuc observatum testatur Phranzæ interpretis his verbis: *Postridie quoniam Palmarum solemnitas incidebat, myrti ramos amputamus, quos manibus gestat totus exercitus.* A retentis et manu gestatis myrti ramis stationarios μυσταίτας dictos scriptis asserit Georgius Coresius. Balsamon Meditato De incensis l. vii Juris GR.: Κλάδους φοινίκων καὶ μυρσίνων βλέπω τοὺς ἀνθρώπους κατέχοντας καὶ τὴν βασιφύρον δόξάζοντας. GOAR.]

CAPUT VI.

Observationes et explicationes in c. 11. Quod est de luctu imperatoris.

P. 69. [Μετὰ φορέματος λευκοῦ. Ὅπερ ἐστὶ τεκμήριον πενθούτων βασιλείων, scripsit, qui ipse induit, Cantacuzenus l. iii; ob filium sibi natum in avi morte assumptas vestes lugubres deposuit Andronicus teste Gregora, x, 3: Περιχαρῆς γενόμενος ὁ βασιλεὺς ἤμειψεν εἰς τὸ λαμπρότερον τὰ ἐνδύματα, ἀ διὰ τὴν τοῦ πάππου τελευταίαν τέως ἐνεδέδυτο. Purpuream tamen chlamydem sive mandyam, μανδύον (ita scriptum reperio) πορφυροῦν, in calamitate publica tulisse Justinum miror apud Theophanem. Ante bellum Persicum nigras calceos Heraclium gestasse Cedrenus ostendit. Sin minus muliebrem imperatores, regium tamen hodie luctum in Oriente ducunt feminæ: nulla est enim quæ lineo totum corpus circumtegente velo colorem album non assumat. Uxoribus quidem fuscas solummodo vestes in conjugum funeribus, virginibus etiam candidas in parentum fratrumque luctu gerere solitum: viris nonnisi nigrum in quorumcunque obitu ferre colorem ex more licitum est. GOAR.]

Ib. Nota morem lugendi nostro contrarium:

A nam apud nos vestes candidæ gaudii potius quam luctus argumentum sunt. Cantacuzenus, l. iii Historiæ, c. 27, de die coronationis suæ agens, ita scribit: *Postridie (coronationis) vestes auri subtemine picturatas 315 deponentes candidas induerunt, lugentium imperatorum argumentum. Mutationis causam præsentibus imperator asseruit, pridie propter festum diem illas alias induisse, nunc illo præterito rursus fratris et imperatoris (Andronici Junioris) mortem sibi legendam.*

Ibid. Intuere et animo venerare sanctissimæ Virginis *victoriæ effectricis* imaginem cum imagine S. Georgii. Fuit hæc Nicopœæ Virginis imago sine dubio illa quam Joannes Comnenus imperator suo loco curru triumphali imposuit velut *victoriæ*, quam obtinuerat, *unicam effectricem*. V. Nicet. Chon. p. ed. Bonn. 26. Videntur autem hanc Dei Genitricis imaginem secum extulisse in expeditiones. Hinc Nicetas Choniates in imperio Murzuphli: Ἡ τῆς θεομήτορος εἰκὼν, ἣν οἱ βασιλεῖς Ῥωμαίων ποιοῦνται συστρατηγὸν, τοῖς ἐναντιοῖς ἐάλωσεν. Etiam Heraclius imperator imaginem sanctissimæ Virginis in militiam præsidii causa abducebat. Arthurus Britto in *obsidione Badonici Montis, fretus imagine Dominicæ Matris quam armis suis insuerat, nongentos hostium solus adorsus incredibili cæde profligavit*, ut scribit Wilhelmus Malmesburiensis, l. i De gestis regum Angliæ, c. 4. GRETS.

Ibid. [Τῆς νικοποιοῦ. Quod dubie Gretserus, certus assero divæ Virginis imaginem νικοποιοῦ nomine consecratam et in palatio a Joanne Comneno repositam. Argumento mihi sibi sunt Nicetæ de illa imagine in triumphum acta loquentis verba: Τὰς νίκας τῇ θεομήτρω ὡς συστρατηγέτιδι ἀμάχῳ ἐπιγραφόμενος. Quæ etiam triumphum pompam ἐκ τῶν ἐφῶν πολῶν τῆς πόλεως ἐς αὐτὸ τὸ μέγα παλάτιον duxit. Manuel filius eidem, ait illius Vitæ l. v, triumphum ceu ἀπροσμάχῳ καὶ ἀκαταγωνίστῳ συστρατηγῷ ἐρεxit. GOAR.]

Ib. S. Georgii imago. Forsitan hæc illa est ex qua sanguinem manasse scribit Pachymeres, l. vii *Histor.* Certe illa est cujus equus (equitem enim hæc imago S. Georgium exhibebat) horrendo prodigio horrificum hinnitum edidit sub Andronico seniore imperatore, paulo ante quam junior Andronicus Cpolim occuparet. Prodigium hoc describit Gregoras, l. viii, p. 503. Ex cujus narratione habes hanc D. Georgii equestrem imaginem, tanto miraculo nobilitatam, esse illam de qua hic Curopalata. Vide quæ de S. Georgio scripsimus, l. ii De festis, c. 6. Consule etiam Adamannum Scotum abbatem, de situ Terræ sanctæ, nuper a nobis editum, l. iii, ubi mira de quadam S. Georgii imagine reperies.

Ib. *Peripaton* commodius non vertes quam si processionem vertas: est enim id quod Germani vocant *den umbgang*. Vide quæ hac de re diximus l. i De sacris processionibus, c. 1. Junius et ubique

ambulat et ambulationes somniat, ut morem sacram processionum, supplicationum et litaniarum obfuscet. GRETS.

Ib. [Αειτήρ. Hac voce non nam supplicationem, sed inter ambulandum factam sive processionem, significari discrete monstratum est in Euchologicis. GOAR.]

P. 70. De imagine Virginis Hodegetriæ c. sept. plura ipsemet Codinus. Non erat ordinario in aula, sed in monasterio τῶν 316 ὀδηγῶν; ferebatur autem pietatis causa ad aulam ultimis Quadragesimæ diebus, nempe feria illa quinta quæ nostram Dominicam *Judica* antecedit: manebatque in palatio usque ad secundam feriam Paschatis; quo die referebatur in monasterium et templum τῶν ὀδηγῶν. Est hæc imago, ad quam, capta ab Andronico juniore Cpoli, Andronicus senior supplex confugit. Rem narrat Nicephorus Gregoras, l. ix, p. 422 Bonn. Cum autem, teste eodem Gregora, 24 dies Maii ageretur quando a juniore Andronico Cpolis capta est, necesse est imaginem Virginis Hodegetriæ extra ordinem præscriptum in palatio fuisse; et forte Andronicus senior defectione illa nepotis et asselarum commotus eam in palatium solatii et subsidii causa apportandam curaverat.

Quid venerationis Michael Palæologus imperator imagini Hodegetriæ, expulsis Latinis Cpoli, detulerit, exponit Gregoras l. iv, p. 87.

Porro templum τῶν ὀδηγῶν ædificavit Pulcheria imperatrix, in quo divinam Deiparæ imaginem reposuit, quam Lucas evangelista in tabula depictam reliquit, ut ait Nicephorus, xiv, 2.

Cum Isaacum Angelum imp. Cpolitano Branas arce obsideret, imperator *Dei Genitricis imaginem, quæ ab Hodegio monasterio Hodegetria nuncupatur, in mœnia pro vallo inexpugnabili transtulit, ut scribit Nicetas Choniates l. i De rebus gestis Isaaci Angeli.* Nec frustra, ut felix exitus delevavit.

Ut iusjurandum eo firmiter esset, voluit Andronicus senior imperator sibi illud dari a Michaelæ Catharo, nepote suo, coram sacrosancta imagine castissimæ Dei Genitricis Hodegetriæ, ut scribit Gregoras, l. viii. Hodegetriam porro interpretatur *Wollfus via monstratricem seu ductricem.* GRETS.

Ibid. [Vere quidem Gretserus τὴν εἰκόνα τῆς θεομήτορος, ἥτις ἐκ τῆς τῶν ὀδηγῶν μονῆς καθ' ἣν προσκεκλήρωται Ὀδηγήτριαν προσκεκλήσθαι refert ex Niceta in Isaacio Angelo l. i; eandem vero asserturus, ad quam bello pressus et a nepote captus senior Andronicus confugerit, ut eam amplexus vitæ libertatisque immunitatem assequeretur, se tantum auctore et teste firmat Gretserus ac nonnisi dubius vaticinatur. Satius eam dixisset, quæ, referente Vincentio in Spec. Hist. 25, 147, sub Leone Isauro per muros urbis CP. ducta lædum Saracenis eam urbem obsidentibus intulit naufragium, ὀδηγήτριαν siquidem refert a Luca cum puero Jesu ulnis gestato depictam, ac in ὀδη-

γῶν loco, duobus cæcis illuc monente B. virgine ad visum recipiendum deductis, religiose positam. Audacior adjungam eandem quæ Heraclii tempore a Sergio pontifice CP. per muros circumlata Scythæ ab eis miraculose depulsi: qualem enim ὀδηγήτριαν Vincentius, hæc quoque describit anonymus brevi publici juris a patre Couabefis. facientis, Σέργιος δὲ ὁ κεράρχης τὰς ἱερὰς εἰκόνας τῆς θεομήτορος, αἱ μάλιστα καὶ βρέφος ὁ Σωτὴρ ἐξείκωνισθαι; ἐν ἀγκάλαις τῆς μητρὸς ἐξεφέρσαστο, ταύτας λαβῶν περιφέρει τὰ τεύχη. Ὀδηγήτριας certe, ut antiquissima, si a Luca delineata, etiam puerum Jesum ulnis complectebatur. De simili in Blachernensi templo a Romano Argyro reperta Cedrenum disserentem perlege. GOAR.]

317 CAPUT VII.

Observationes et explicationes in c. 12, quod est de officio magnæ hebdomadæ.

P. 70. *Magnæ hebdomadæ.* Quibusdam religio est dicere *hebdomada hebdomadæ.* Sed hæc religio a superstitione parum abit. Ascribam hic verba scholiastæ librorum De avaritia Salviani Massiliensis, ad illud *lampadam tuam. Ne quis forte putet vitium esse in hac lectione, et reponendum lampadem, moneo lampadam quoque dici a nominativo lampada.* Sic hebdomada *Latina terminatione, quæ Græcis hebdomas.* GRETS.

Ib. Meursius admodum anxie monet ne quis, cum audit quatuor Evangelia lecta esse, suspicetur *tetrabiblon Evangeliorum,* hoc est ipsos integros quatuor Evangeliorum commentarios lectos esse; quod nimis longum fuisset. Itaque articulum τὰ, præpositum vocabulo *τέσσαρα,* exulare jubet. Sed si Græcorum rituales libros diligentius inspexisset, aliter puto super hac re pronuntiasset. Ita enim Typicum Sabæ c. 38, agens de hac magnæ hebdomadis feria secunda: Ἀναγιώσκεται δὲ τὸ τετραεὐαγγέλιον τῆ β', γ' καὶ δ', καὶ πληροῦται. Ne autem suspiceris tantum partem aliquam ex quatuor Evangelii lectam esse, audi ejusdem Typici auctorem eodem loco: Εἰδέναι δὲ χρὴ ὅτι τὸ κατὰ Ματθαῖον ἅγιον εὐαγγέλιον ὅλον ἀναγιώσκεται ὁμοίως καὶ τὸ κατὰ Μάρκον καὶ τὸ κατὰ Λουκᾶν. Τὸ δὲ κατὰ Ἰωάννην ἀναγιώσκεται ἄχρι τῆς ἀρχῆς τῶν ἁγίων παθῶν. Ἀναγιώσκεται δὲ οὗτος ἐν ταῖς τρισὶν ἡμέραις ἡγουν β', γ' καὶ δ' καὶ πληροῦνται ἐν ταῖς ὥραις γίνεται δὲ τὸ κατὰ Λουκᾶν ἀναγνώσεις γ', καὶ δ' ἄλλα ἀπὸ δευτέρου. Ὁμοῦ ἀναγνώσεις θ', καὶ ὥρας θ', καὶ πλεον οὐδὲν. Ex his jam Meursius non Codinum, sed sua emendare poterit. Et si quid emendandum sit, potius expungam illud τῆ μεγάλης πέμπτης, quia magna feria quinta non legebatur τὸ τετραεὐαγγέλιον, quippe quod præcedente die, videlicet magna feria quarta, jam absolutum erat, ut ex Typico Sabæ audivimus; nisi forte in palatio Cpolitano tetrabibli lectio ad quintam ipsam feriam magnam extendereur. Quamvis ipsum quoque Tridium Græcorum cum Typico Sabæ concinat; cujus hæc sunt verba: *Legitur etiam tetraevangelium*

secunda, tertia et quarta feria. Καὶ πληροῦται et completur seu terminatur. GRETS.

Ibid. [Non his modo Dominicæ passioni memorandæ sacratis ferils, prout erudite demonstrat Gretserus, sed et continuo totius anni spatio totius quatuor evangelistarum textus in ecclesia palam legitur, quod discrete his verbis edisserit doctissimus Allatius. Exceptis magnis solemnitatibus, quæ peculiare sibi poscunt, Evangelium in reliquis anni diebus ita dispartitur Græci, ut unius prius evangelistæ textum in trimesia dividant et diebus applicent, donec finiat, postmodum alterius continuent, donec omnia ad exitum perduxerint, et diebus Dominicis a scriptore Evangelii nomen imponant: dicunt enim ἡ πρώτη κυριακὴ τοῦ Ματθαίου, ἡ δευτέρα τοῦ Ματθαίου, et sic de aliis. Id ut melius comprehendas, velim **318** animadvertas Joannis Evangelii textum universum septem integris hebdomadibus legi, quæ a magna paschæ Dominica tribus diebus exceptis numerantur, Matthæi feria secunda post Dominicam Pentecostes ad subsequentem Parasceven Exaltationis diem festum absolviturque hebdomadibus septem et decem. Harum undecim singulis diebus Matthæi lectionem continuant, a duodecima quinque tantum diebus Marci lectio assumitur, Sabbatis et Dominicis Matthæi lectio restituitur, usque ad hebdomadem decimam et septimam, dummodo hæc postrema inter tempus paschale occurrat; sin minus, non legitur. Lucæ Evangelium a feria secunda quæ Dominicam post Exaltationem excipit, et integris hebdomadibus duodecim continuatur. Ab initio tertiæ decimæ Marci percurritur in reliquis diebus, sed Sabbatis et Dominicis Lucæ assumitur. Marci tandem inter Matthæi et Lucæ absumitur; quod vero supererit, Sabbatis et Dominicis quadragesimæ absolvitur. Hæc ille. GOAR.]

P. 70. De more lavandi pedes, tam hoc die quam aliis, proprium opusculum edidi, quod *Pedilavium* inseripsi; cui etiam ex Euchologio Græcorum officium *pedilavii* inserui. Nec Orientis tantum reges et Imperatores hoc die pauperum pedes lavabant, sed et Occidentis, ut pluribus exemplis ostendi in jam dicto opusculo.

Post absolutam narrationem de lotionem pedum sequitur in editione Juniana titulus iste, ὁ νεπτῆς. Sed vidit ipsemet Junius titulum non suo loco positum esse, et si recipiendus sit, ponendum ante illa verba, πρὸ δὲ τῆς λειτουργίας, etc. Nec in altero codice Bolco comparet. GRETS.

Ibid. [Absoluta missa lavipedium fieri præcipit Euchologium, quod populi commoditati quam mysterio, quod observat imperator, stat satius.

Ibid. Ὑποκάμισα auctor explicat χιτῶνας, Suidas ἐπενδύτας, ἐσώτατα ἱμάτια, *tunicas*; Simon Portius cum vulgo ὑποχιτῶνας, ἐχέσαρχα, ἐνδοτάτους χιτωνίσκους, uno verbo *interulas*. GOAR.]

Ibid. Curtzobraccia *kurze hosen*, ut παπούτσιον,

A *solea, calceus*. Scribitur etiam παπούτσι. Melior forsans scriptura est *curtobraccia*. GRETS.

Ibid. [Ποιῖ εὐλογητόν. A benedictione auspiciatur, dicens: Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ibid. Τὸ τρισάγιον. A ter repetita voce ἅγιος: Ἄγιος ὁ Θεός, ἅγιος ἰσχυρός, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλάττων ἡμᾶς.

Ibid. Τοῦ εὐαγγελίου. Cujus ἀρχιτέλεια, principium et finis sunt: *Sciens Jesus quia omnia dedit ei Pater, etc. et non estis mandati omnes.*

P. 71. [Τοῦ νεπτῆρος ἀκολουθία. Quam qui desiderabit integram, nostra Euchologia, si merentur, adibis. Ἀκολουθία autem *officium est divinum*, cujus partes ad invicem connexæ ordine se consequuntur, quasi *sequentia*. GOAR.]

Ibid. Alter codex Bolcus ἀνὰ χρυσοῦν νομίσματα τρία. Forsan recta lectio erit ἀνὰ χρυσᾶ νομίσματα, ut ἀνὰ capiatur eo sensu quo Matth. xi: Ἐλαβὼν ἀνὰ δηνάριον, *acceperunt singuli denarium*. Ἐλαβὼν καὶ αὐτοὶ ἀνὰ δηνάριον, *acceperunt ipsi quoque singuli denarium*. GRETS.

Ibid. [Τράπεζα δὲ οὐδαμοῦ. Ob religiosioris jejunii præceptum, quod tamen etiam monachis hoc die vino non interdicit. Euchologium: Δίδεται τὸ κατακλασθὲν, καὶ μεταλαμβάνομεν οἴνου μόγου.

319 *Ibid.* [Τῆς ἀγρυπνίας ἀκολουθία. Voluptas quietis quantumlibet studiosa in vigiliis, quas παννυχίδας vocant, luxum querit, de quibus Simoncatta, viii, 13: Ἐννηθες γοῦν τοὺς ἐγγυρλοὺς ἐπὶ τοῖς λελοχευμένοις παιδίοις ἐβδομαίαν ἄγουσι τὴν ἡμέραν συμποσίων ἑορταῖς καταπαννυχίζεσθαι. Dilectionis pariter fervor asperitatis amans, in Christi morte protractis per diem jejuniis, noctis omne spatium insomne molitur etiam in imperatorum palatiis adjungere. Παννυχίδας sacras non ascetici modo fratres, sed et communioris, devotæ tamen vitæ præceptores suis scriptis celebrant. Commendant in præcipuis Christi Domini et Deiparæ festis ecclesiastica officia, ubi frequentiorem plebem ad concinendas Dei laudes convocant. Hæc vero ἀγρυπνία τῶν καθῶν adeo culta, ut κατὰ τὸν τεταγμένον καιρὸν, circa secundam nimirum vel tertiam a serotino crepusculo horam, non possit ab imperatore non celebrari. De his festis vigilatis tractat Allatius, de lib. Eccles. Græco dissertatione 1. GOAR.]

Ibid. Duodecim ista evangelia erant partes ex quatuor evangelistis desumptæ, ut planum sit ex Græcorum Triodio, ubi duodecim ordine enumerantur, adjuncto evangelistæ, ex quo quolibet desumptum est, nomine. Itaque nihil hæc duodecim evangeliorum lectio ad illam quatuor Evangeliorum seu τοῦ τετραευαγγελίου, ut ex dictis perspicuum relinquatur. Falsum autem est duodecim hæc evangelia quater in anno lecta esse, ut dicit Meursius. Semel in anno lecta sunt, non quater, nempe magna feria quinta in officio vigiliæ pro

sesto Parasceves instituat. Testem do ipsum Codinum et Triodium. Nec recte Meursius huc advocat lectionem duodecim lectionum ex Anastasio et Bernone : loquuntur enim de duodecim lectionibus in angariis seu quatuor temporibus recitari consuetis. At Codinus agit de duodecim evangeliiis, quæ quinta feria majoris hebdomadis in officio vigiliæ legebantur. Nec duodecim illæ lectiones, quas ex Anastasio et Bernone producit Meursius, in angariis ex Evangelio sumebantur, sed ex Moisaicis et prophetiis libris, ut et hodie angariarum lectiones quinque ex prophetiis petuntur. Quam apposite vero ad evangelia, quæ recitabantur in ecclesia, accommodat Meursius illud Isidori Pelusiotæ, l. II, ep. 150, ubi ait phylacteria Judæorum fuisse delicta micrã, ãper ãφόρουν οί τών Ιουδαίων καθήγαται ὡσπερ νῦν αἱ γυναῖκες τὰ εὐαγγέλια τὰ micrã. Arbitratur parva fuisse evangelia illa quæ in templo legebantur : sed cum toto anno plurima evangelia legerentur, haud parva dici potuissent. Parva igitur dicuntur vel quia initium unius evangelii, puta sancti Joannis, vel omnium quatuor evangelistarum exordia continebant, ferebanturque, ut et hodie evangelium sancti Joannis, amuletorum vice, potissimum a feminis. Vide quæ scripsimus tom. I De sancta cruce, l. II, c. 29 ; sed ut hinc tandem alicam, οὐδὲν ὄγκῃ ; in Glossarii Evangelio inesse reperio. GRETZ.]

Ibid. [Τὰ δώδεκα εὐαγγέλια. Exhibet Græcorum εὐαγγελιστάρτιον, omnemque ex quatuor Evangelii scriptoribus passionis historiam ordine decerptam concorditerque connexam comprehendunt : unumquodque vero τμήμα est historię passionis Dominicæ.]

Ibid. Λαμπάδα. Nullum aliud inter λαμπάδα et κτήρον discrimen quam inter communem et majorem arteque exquisitiore comptum cereum : hic imperatori, alter aulicorum turbæ distribuitur. GOLL.]

320 P. 72. Ex quatuor vigillis in palatio celebrari solitis prima est magni canonis. Ubi dicit Junius festum magni canonis esse Dominicam orthodoxiæ : sed errat more suo solemniori. Nam Dominica orthodoxiæ erat prima Dominica Quadragesimæ : festum magni canonis agebatur tñ πέμπτη τῆς πέμπτης ἑβδομάδος τῆς τεσσαρακοστῆς, quinta feria quinta hebdomadis quadragesimæ. Docent hoc rituales Græcorum libri, quorum unus qui Triodium inscribitur ista : Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ κατὰ τὴν ἀρχαίαν παράδοσιν ψάλλομεν καὶ τὴν τοῦ μεγάλου κανόνος ἀκολουθίαν. Τοῦτον τῶν ὄντως κανόνων μέγιστον ἀπάντων ἀρίστου ; καὶ τεχνέντως ἡρμόσατο καὶ συνέγραψεν ὁ ἐν ἀγίοις Πατῆρ ἡμῶν Ἀνδρέας ὁ ἀρχιεπίσκοπος Κρήτης, ὁ καὶ Ἱεροσολυμίτης ὀνομαζόμενος, ὃς ὤρμητο μὲν ἐκ Δαμασκού, ἐπὶ τεσσαρεσκαίδεκάτῃ δὲ ἔτει τῆς αὐτοῦ ἡλικίας παιδευτηρίῳ γραμματικῆς ἐκδοθεὶς καὶ τὴν ἐγκύκλιον παιδεύειν ἐξασκήσας εἰς Ἱεροσόλυμα γενοῦν τὸν μοναστήν ὑπέσχεται βίον, ὁσίως δὲ καὶ θεοφιλῶς διαζῶν ἐν ἡσυχῳ καὶ ἀταράχῳ τῇ βιοτῇ

Ibid. [Κατὰ τὰς τῶν μηνῶν ἐκάστων ἀρχάς. Geminam aquam benedictam prædicant Græci, majorem et minorem, μέγαν καὶ μικρὸν ἁγιασμόν. Illa pervigilio, nec non ipso Theophaniorum die in missa conficitur, hæc 337 mensis ejusque principio. Illa Christi nomine, hæc Deiparæ benedicuntur. Illa pœnitentibus prohibita, comedentibus vel abominandis quibusque expiandis nec non dæmonibus terrendis consecrata; hæc privatis aliis usibus communibusque rebus sanctificandis dicata. Utriusque benedicendæ ritum et officium exhibet Græcorum Euchologium. GOAR.]

Ibid. Pro quinto Januarii legendum est sexto: eo enim die sēbat iste ἁγιασμός. Nec hujus emendationis alium do auctorem præter ipsum Codinum, qui c. 8, ubi de festo Epiphaniæ agit, hagiastum istum ipso die festo Epiphaniæ peragi discrete scribit; ut taceam libros rituales Græcorum. GRETS.

Ibid. [Ἐν τῇ ἕκτη. Codices alli ἐν τῇ πέμπτῃ. Nec hi vel illi aberrant: sit enim aqua benedicta tum pervigilii Theophaniorum vespere, Januarii die 5, tum in Theophaniorum missa, die 6; de quo disse-ruimus in Euchologicis.]

Ibid. [Ἡ ἀκολουθία τοῦ ἁγιασμοῦ prolixior est quam quæ hic attestatur. Post preces hoc pacto sanctificatur ex Euchologio: λαβὼν τὸν τίμιον σταυρὸν ὁ ἱερεὺς εὐλογεῖ τὰ ὕδατα ἐκ τρίτου, κτά-ρων καὶ ἀνάγων αὐτὸν ὄρθιον. Εἶτα ἀσπάζεται ὁ ἱερεὺς τὸν τίμιον σταυρὸν, ὡσαύτως καὶ πᾶς ὁ λαός. Εἴθ' οὕτως βαντίζει πάντα τὸν λαὸν καὶ τὴν μονὴν μετὰ τοῦ ἁγιασμοῦ. Ad Euchologium, benigne lector, permitte te remitti. GOAR.]

Ibid. Olivoxeion hic aliter accipiendum puto quam supra c. 7 p. 62, v. 8, ubi de Panagia sermo erat. Junius nimis sabrilliter interpretatur sceuos instrumentum et κωδώνιον poculum et œnocheum vinariam capedem. Quam venustum vero illud? Cum participat imperator consecrationem ex poculo. Libenter tamen scirem quo animo hæc de S. Cruce et alia plurima in hoc libro legisset vel vertisset Junius, tum adeo a Calvinianis institutis abhorreant? GRETS.

Ibid. [Olvoxeior. Ejus germanam significantiam habet superius positam.]

P. 79. [Πάντων αὐθις βούρτων τὸ πολυχρόνιον. Vix beneficium conferas Græcis quin tibi confestim ex animo rependant benedictionem. Hinc usitatæ voces illæ: Καὶ τοῦ χρόνου, etiam anno sequenti idem mihi beneficium conferas. Ὁ Θεὸς; καὶ σοῦ τὴ πληρώσῃ, idem tibi rependat Deus. Ὁ Θεὸς σοῦ συγχωρήσῃ, in mercedem remittat tibi Deus tua peccata. Τοῦ χρόνου καὶ τοῦ ἄλλου χρόνου, post primum et secundum annum idem mihi conferas, εἰς, GOAR.]

CAPUT X.

Observationes et explicationes in c. 15, de festis extra palatium.

Ibid. [Primum Septembris diem merito recenset, a Septembri siquidem annum auspicatur Orientalis Ecclesia. Gregorius cognomento Figulus Tauromitanus archiepiscopus indictionis sive anni principio, id est Kalendis Septembris, orationem habet qua renovati presentis die anni rationem profert: Ῥωμαίοις πάλαι μὲν ὁ Ἰανουάριος ἦν τοῦ ἔτους ἀρχή· ἀφ' οὗ δὲ ὁ Αὐγουστος Καίσαρ τὸν Ἀντωνίων ἐτροπώσατο κατὰ τὸν 338 Σεπτέμβριον μῆνα, περιφανῆ ποιῆσαι τὴν νίκην βουλόμενος μεταμείβει τὸ Ῥωμαϊκὸν ἔθος καὶ χαρίζεται τῷ μηνὶ τὰ πρεσβεῖα καθάπερ πρωτόλεια. Eadem luce indictionem mutandi consuetudo: Ἡ μὲν οὖν, scribit idem Gregorius, παροῦσα ἡμέρα κατὰ μὲν τὸ ἱστορικῶς καὶ γενόμενον καὶ τελούμενον ἀρχὴ τῆς χρονικῆς ὑπέρχεται ἀνακυκλήσεως, Ἰνδικτα λεγομένη τῇ Ῥωμαίων φωνῇ· οὕτω γὰρ ἐκείνοι τὸν ὀριζμὸν ὀνομάζουσιν. Tum antiqua Hebræorum religione in tubarum expirationis et scenopeglorum festis hoc mense celebratis laudata, subdit: Videte, quæso, quanta hæc, quæ exigua videtur, celebritas mysteria continet; utque non sine divino consilio mensis ille September a Latinis sit dictus, non modo quia septimus est, sed etiam quia sanctus, hoc est religiosus ac veneratione dignus est. Illud vero præterea considerandum, multorum celebritates sanctorum in eundem illum diem, qui initium ac coronidem anni comprehendit, incurere, qui nobis ad hanc vitam cum virtute traducendam adjuutores esse solent. Omnium primo memoriam illius in synagoga Christi Domini lectionis repetimus; tum sacrosanctam Dei Matris imaginem veneramur: sed et Jesu Nave et septem incrementorum in Epheso martyrum et sanctarum quadraginta virginum, et Callistæ, Evodis atque Herminogenis non minus fide quam natura germanorum anniversarium agimus diem. Præter quos Stylites ille Symeon velut clarissima fas ei celebritati præluet ab his omnibus quædam in hoc anni principium redundat; unde et insolitam in eo Græcorum imperator ostentat religionem.

Ibid. [Μετὰ λιτανείας. Suidas λιτανεία λιτή, παράκλησις vulgo παρακάλεισις supplicatio inter ambulandum et procedendum facta, περιπάτος processio. Primum processiones, ad quas tum patriarcha tum imperator convenirent, depingit Theophanes in Marciano: Ἐν ταῖς λιταῖς τοῦ Κάμπου περὶς ἐξήκει πολλὰ τοῖς δεομένοις εὖ ποιῶν. Ὅθεν τοῦτον ὄρων ὁ πατριάρχης Ἀνατόλιος καὶ αὐτὸς οὐκ ἔτι φορεῖται φερόμενος κατὰ τὸ ἔθος ἐλιτάνευεν, ἀλλὰ περὶς. Idem: Ὁ δὲ Αἰλουρος συναγαγὼν ἀτάκτους Ἀλεξανδρεῖς ἐνδραμούοντας ἐν τῷ Βυζαντίῳ, ἐκ τοῦ παλατίου λιτανεύων ἦλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἐποχούμενος ὄν. In Justiniano: Γέγονε τὰ πρότερον ἔγκαινια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ ἐξῆλθεν ἡ λιτή ἀπὸ τῆς ἀγίας Ἀναστασίας, καθομένου Μηνῶ τοῦ πατριάρχου ἐν τῷ αὐτοῦ ὀρχήματι καὶ τοῦ βασι-

λέως συλλιτανεύοντος τῷ λαῷ. In eodem: Ἦλθεν ὁ ἐπίσκοπος Μηνῶς μετὰ τῶν ἁγίων λειψάνων καθήμενος ἐν ὀρχήματι χρυσῷ βασιλικῷ διαλίθῳ. Et infra: Γεγόνασι τὰ ἔγκαινια τῆς ἀγίας Εἰρήνης πέραν ἐν Σουκαῖς (nunc Galata), καὶ ἐξῆλθον τὰ ἅγια λείψανα ἐκ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας μετὰ τῶν δύο πατριαρχῶν Μηνῶ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως καὶ Ἀπολλινάρου τοῦ Ἀλεξανδρείας, καὶ ἐκάθισαν ἀμφοτέρωθεν ἐν τῷ βασιλικῷ ὀρχήματι, κατέχοντες ἐν τοῖς γόνατιν αὐτῶν τὰ ἅγια λείψανα. Theophanes idem: Τῷ Δεκεμβρίῳ μηνὶ γέγονεν ἔγκαινια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας τὸ δεύτερον, ἡ δὲ παννυχὶς τῶν αὐτῶν ἔγκαινίων γέγονεν εἰς τὸν ἅγιον Πλάτωνα. Καὶ ἐξῆλθεν ὁ πατριάρχης τῆς ΚΠ μετὰ τῆς λιτῆς, συμπρόντος καὶ τοῦ βασιλέως, καθεζόμενος ἐν τῷ ὀρχήματι καὶ φέρων ἀποστολικὸν σχῆμα καὶ κρατῶν τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον. Sacras imagines in processionibus ab antiquo delatas sileo. Πρόφρχεσθαι μετὰ σταυρικῶν σημείων καὶ σεπτῶν ἐκτύπων Χριστοῦ ἐν πανηγύρεσιν εἰθισται καὶ πομπαῖς, ait Nicetas in Muzurphilo.

Ibid. [Τὸ πορφυροῦν κίονιον. De qua Nicetorus Callistus VIII, 32: Τὸν σεβάσιμιον καὶ θεῖον σταυρὸν ἐπὶ πορφυρῷ Ῥωμαίῳ ἀνίστα κίονι ἐν τῷ Φιλαδελφίῳ οὕτως πῶς εἰρημένῳ. De eadem Origines CP: Τὸν δὲ εἰς Φιλαδέλφιον ὄντα σταυρὸν ἀνέστησεν ὁ ἅγιος Κωνσταντῖνος ἐπὶ κίονος κεχρυσωμένου, διὰ λῆθων καὶ ὕλων, κατὰ τὸν σταυρὸν ἤτοι τύπον ὃν εἶδεν ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τοῦ κίονος ἐκείνου τοῦ πορφυροῦ, καὶ ἐποίησε στήλας τῶν υἱῶν αὐτοῦ, quod ibi e via redeuntibus 339 sese data salute fuerint amplexati, unde et Φιλαδελφίον nomen loco factum est, ad si: istram fori partem, ex iisdem CP Originibus: Ὅτι τὸ καλούμενον Φιλαδέλφιον οἱ υἱοὶ εἰσι τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. GOAR.

P. 90. [Ἐφ' οὗ ὁ σταυρὸς ἵσταται. Suidas v. Σταυρός: Ἐπὶ τῷ βόρειον τοῦ φέρου μέρος ἵσταται, ὡς εἶδεν αὐτὸν Κωνσταντῖνος, χρυσέμπλαστος, ἐν τοῖς ἀκρωτηριακοῖς στοργγύλοις μήλοις, ἐνθα καὶ αὐτὸς καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ καθεωρῶντο χρυσέμβαφοι, hoc est statuis deauratis donati.

Ibid. [Ὁ ἀλάτοι φόρος. Simocatta, l. 1: Περιλαμπρος δ' οὗτος χώρος τῆς πόλεως. Alias vulgo πωλητήριον, ubi res quævis venium exponuntur.

Ibid. [Ἀπέρχεται ὁ βασιλεύς. Sive oraturus ad ecclesiam sive συλλιτανεύων procederet imperator, utrobique πρόφρχεσθαι habebat, camque ipse imperatoris insignibus, comitantibus aulicis propriis cuique officio vestibus ornatis, populo gratulante et obviam procedente agebat. Imperatorem Nicetorus describit Luitprandus in legatione ἐν προελεύσει ad magnam Ecclesiam profectum, imperatricem Irenen Gedrenus: Τῇ δευτέρῃ τοῦ ἁγίου Πίσχα ἀπελθοῦσα ἡ βασίλισσα ἐπὶ τῇ κατὰ τύκον γυνομένη προελεύσει εἰς τοὺς ἅγιους Ἀποστόλους· δεξιῆς δὲ προῆλθε ἐν ὀρχήματι χρυσῷ ἐποχουμένη τέσσαρτιν ἱπποῖσι, κρατούμενη ὑπὸ πατρικίων, ῥιψάσα ὑπάτασαν ἐν τῇ μέσῃ πολλῇν. Leo Grammaticus, vel quivis alius, in Leone Armenio: Καί

προελθὼν ἐν τῇ Χριστοῦ γεννήσει ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ Α εἰσηλθὼν ἐν τῷ θυσιαστησίῳ. Φθασάσης δὲ καὶ τῆς ἑορτῆς τῶν Φώτων προῆλθεν ὁμοίως, καὶ εἰσελθὼν οὐ προσεκύνησεν. Cedrenus in Leone Sapiente : Συνήθους δὲ προελύσεως γενομένης κατὰ ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς ἐν τῷ ναῷ. Eustathius tandem ad II. I : Πομπή, θρίαμβος, ὃν προέλευσιν ἢ κοινή γλῶσσα καλεῖ. An idem sit προέλευσις quod πρόκενος, de quo Cedrenus in Justino II : Αὐτὸς βασιλέως ἐπὶ πρόκενον, non existimo : Προέλευσιν enim non reperies nisi pietatis vel ob accepta beneficia tripudiantis vel ad depellenda mala deprecantis gratia susceptam, πρόκενον vero nonnunquam ad solam pompam et fastum, imo quandoque ad luxum. Leo Grammaticus in Leone Sapiente : Λέων πρόκενον ἐποίησεν εἰς τὰ Δαμιανοῦ. Συνόντος Β δὲ Ζαούτζα καὶ παραδυναστεύοντος καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ Ζωῆς ἅμα τῷ βασιλεῖ, Θεοφανῶ δὲ ἡ γαμετὴ αὐτοῦ οὐ παρῆν ἐκέισε, ἀλλ' ἐν Βλαχέρναις ἐν τῇ ἀγία σορῷ προσεκαρτέρει ἐδύομηνη. Sequitur : Δόξαντος οὖν τοῦ βασιλέως μείψαι ἐκέισε. Certe in solita ecclesie processione non fuisset moratus, nec secum pellicem duxisset, aut interim ejus uxor in oratione diutius perseveraret. Fasti Siculi : ἐποίησεν Λέων πρόκεσον (lege πρόκενον cum allis) μῆνας ἑξ. Processio ecclesiastico ritu peragenda, tantum spatium non requirit. De processu principum et magistratum cum dignitatum insignibus Pancrollus in notitiam Orientis c. 22. GOAR.]

P. 79. Tomo III de S. Cruce, l. 1, c. 26, descripsi nummum, in cuius altera parte visitur Joannes C Palæologus imperator C Cpolitianus ad columnam crucigeram venerabundus et supplicabundus, sine dubio ex hoc more Kalendarum Septembrium. Vide l. c. De S. Cruce. De columna porphyretica consule quæ scripsimus tom. I, De S. Cruce. l. II, c. 45, ex Nicephoro et Codino in Originibus Cpolitianis. Superest hoc itidem ævo hæc columna porphyretica. *Exstat ex regione diversorii, inquit Dousa in suo Cpolitano Itinerario, vel potius in Encomio Meletii cujusdam patriarchæ Græcanici, vel in satyra, qua Jesuitas insectatur, in quo Cæsareos oratores hospitari mos est, columna Constantini purpurea, in cuius summitate spondylus ædificatus est, in qua ejusmodi inscriptio apparet :*

340 Τὸ θεῖον ἔργον ἐνθάδε φθαρὲν χρόνῳ,
Νεοὶ Μαρτυρῆ εὐσεβῆς αὐτοκρατορ.

Est hic Emmanuel antepenultimus ex imperatoribus Cpolitianis : nam post hunc secutus est Joannes, qui concilio Florentino interfuit, post istum Constantinus, sub quo Cpolis in Turcicam servitutum venit. Hujus porphyreticæ columnæ meminit etiam, eodem ferme quo Dousa modo, Salomon Swigerus, prædicans Noricus, l. II sui Hodæporici c. 57.

Quid acciderit, quando Andronicus senior imperator Cp. cum clero et populo Kalendis Septembris ad columnam porphyreticam supplicabat, docet nos Gregoras ad calcem libri VI, ejus verba

reddo : *Sub quartam ejusdem diei (nimirum primi Septembris) horam, sacris iuguginibus veteri more una cum imperatore patriarcha et episcopis ad porphyreticam columnam congregatis, cui sacra crux insitit, cum sacri hymni canerentur, porcus alicunde elapsus subito in medium psallentium chorum insitit, multo cæno inquinatus, et varie huc atque illuc vagatus rix tandem excessit. Id prudentioribus confusionem quamdam Christi Ecclesie et factionem significare visum.* Qualis confusio et factio paulo post secuta est, capta ab Andronico Juniore Cpoli. GRETS.

P. 80. [*Ἐκείσε τελευτήην ἀκολουθίαν.* Partem ejus habes in Euchologio nostro fol. 810 et in Menæo 4 Septembris ejus memoriam celebrante his verbis : Ἡ δὲ τοῦ ἐμπρησμοῦ μνήμη διὰ τὸ συμβῆναι διὰ τὰς ἀμαρτίας ἡμῶν γενέσθαι ἐμπρησμὸν μέγιστον ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπὶ Λέοντος μεγάλου βασιλέως καὶ πυρποληθῆναι τὸ πλείστον μέρος τῆς πόλεως ἐπὶ ἡμέρας ἑπτὰ. Cedrenus de illo incendio in Leone memorato. GOAR.]

Ibid. Celebrant Græci hoc festum cum Latinis 8 Septembris. In monasterio Libis sepultus est Andronicus senior, olim imperator, sed biennium ante vitæ finem monachus. *Cadaver ejus in Libis monasterium est perlatum, quod mater ejus domina Theodora renovarat,* inquit Gregoras extremo l. IX suæ Historiæ. Eadem forme Cantacuzenus, I, 40. *Observe Junium mala fide monachum vertere ædem, cum sit monasterium : errat interpres, hoc est Junius, qui ædem reddit, inquit ipsemet Moursius.* GRETS.

Ibid. [Monasterium a Theodora Michaelis Palæologi uxore reparatum, ubi sibi sepulcrum instauravit filius Andronicus, et inferias novem diebus (numero mortuis dicato) persolvi mandavit. Gregoras, ad l. IX calcem : Τὸ ἐκεῖνον νεκρὸν εἰς τὴν μονὴν τοῦ Λιθὸς ἐπικέκλημένην ἀπήνεγκαν, ἣν ἡ μήτηρ αὐτοῦ Θεοδώρα ἀνεκαίνισεν. Ἐνθα δὲ καὶ τὸ πένθος, κατ' ἔθος, ἐπὶ ἑνὲα ἡμέρας τετέλεσται. A Constantio Libe fuerat prius exstructum Leone Sapiente imperante. Grammaticus Leo : Λέων ὁ βασιλεὺς παρὰ Κωνσταντίου τοῦ Λιθὸς ἐν τῇ μονῇ τῇ αὐτοῦ τῇ οὐτῇ ἐν τῷ Μερδοσαγάρῃ τοῦ ποιῆσαι τὰ ἔγκαλντα καὶ ἀριστήσαι προσεκήλησεν. GOAR.]

Ibid. S. Demetrii martyris, cui cognomenium Myroblyta, festum celebrant Græci 26 Octobris. Hoc ergo die imperator ad monasterium in honorem S. Demetrii a Palæologis ædificatum sese conferebat. GRETS.

341 *Ibid.* [*Μονή τῶν Παλαιολόγων.* A Palæologis nomen sortitum monasterium opes, proventus, ædificia, ornamenta quævis, ab eis primum imperii sedem occupantibus debuit accepisse. GOAR.]

Ibid. Natalem S. Chrysostomi obeunt Græci 13 Novembris.

Ibid. Nerti, in præsentatione. Sic enim res intelligitur. Celebratur a Latinis pariter et Græcis 21 Novembris. Monasterii τῆς Περιβλέπτου Ἄμμι-

uit Gregoras I. VII, et Pachymeres, I. V. Erat monasterium sanctissimæ virginis Mariæ, quam Græci περιβλεπτον, hoc est spectabilem seu admirandam, vocant. In hoc festum partim exstant, partim adhuc in bibliothecis latent multæ Græcorum homiliæ. Græts.

Ibid. [De hoc monasterio Cedrenus in Romano Argyro: 'Αναρθεῖς ὁ Ῥωμανὸς βασιλεὺς, θάπτεται ἐν τῇ παρ' αὐτοῦ νεοεργηθείσῃ τῆς Περιβλέπτου μονῆ. Scripserat superius: 'Ο δὲ βασιλεὺς Ῥωμανὸς τὴν οἶκον τοῦ Τριακονταφύλλου ἐξωνησάμενος εἰς μοναστήριον μετεσκεύασεν ἐπ' ὀνόματι τῆς δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. Quibus sumptibus et quia magnificentiâ extractum Cedrenus prosequitur: ubi situm fuerit, docet Gregoras, VII, 18; a Nicephoro Botaniate reparatum Zonaras refert ad ejus Vitæ calcem. Goar.]

Ibid. Festum S. Basilii celebrant Græci Kalendia Januarii, hoc est ipso circumcisionis die.

Ibid. Festum Occursus seu Purificationis nobiseum celebrant Græci 2 Februarii. Blachernense templum, suburbanum erat ad litus maris, conditum a Pulcheria imperatrice. Opus enim ejus est, inquit Nicephorus, XIV, 2, sacrum Dei Genitricis templum, quod Blacherna dicitur, dignum illa ipsa Verbi Matre, quod inhabitaret domicilium. Cujus divinum tumulum et sepulcrales fascias inventas cum veneratione maxima ibi reposuit. (Cedrenus in Marciano confert Goar.) Magna religione templum id Byzantini colunt, inquit idem Nicephorus, XVIII, 38: dicitur namque et creditur vestes Mariæ virginis et partem quamdam admirandæ illius zonæ capitisque etiam amiculum in aurea urna ibi aservari. De veste d. Virginis reperta vide eundem Nicephor. XV, 24. Græts.

Ibid. [Μέχρι τῶν Ὑψηλῶν. De palatii Blachernensis parte, cui nomen Ὑψηλά, dictum superius.

P. 81. [Πέτευμα esse palatii locum quo imperator πεζεύει, manifestat cap. 5, idemque declarat nota ad p. 29. Goar.]

Ibid. Festum S. Georgii martyris celebrant Græci 23 die Aprilis. Manganensis monasterii nomen Cantacuzenus, I. I, c. 50 et 59, et I. IV, c. 16 et 42 et 45, in quo aliquandiu Cantacuzenus, deposito imperio, vitam monasticam egit. Ejusdem aliquoties mentio sit in Historia Nicephori Gregoræ. In hac processione ad Mangana die S. Georgii Constantino Duce imperatori insidiæ structæ sunt, quas tamen ipse feliciter evasit, ut scribit Joannes Europalata. Monasterium Manganense exstruxit Monomachus imperator, testibus Cedreno et Europalata; ubi etiam sepultus est. Græts.

Ibid. [Cedrenus de Manganis loco: Ἔργον Βασιλεῖου τοῦ βασιλέως καὶ ὁ λεγόμενος οἶκος τὰ Μάγγανα καὶ ὁ ἕτερος ὁ νέος καλούμενος. Quas, ut subdit, eo proposito erexit, ne publicos redditus in usus privatos verteret. Eam ob rem redditus eis ex agriculturæ proveniibus constituit 342 idoneos, unde imperatorio convivio pro se et iis qui toto anni

decurau invitarentur, sufficientes et juste partim sumptus suppeditarent. Procul itaque erat a custodiendis bellicis instrumentis, ut Xylander et alii sunt opinati; nec κουράτωρ τῶν Μαγγάνων, quem cum aliis in Isaaci Comneno Zonaras et Europalates memorat, alius erat quam qui domus hujuscæ et reddituum ejus curam haberet. Turrim sive propugnaculum ponit extra urbem in Manganorum planitie Cantacuzenus, III, 72, eamque adeo munitam c. 80 et 87 affirmat ut urbem CP. vel tueri vel oppugnare posset. Monasterium illic loci construxit Monomachus Constantinus, legiturque apud Cedrenum κείμενος ἐν τῇ παρ' αὐτοῦ νεοεργηθείσῃ μονῇ τῶν Μαγγάνων, subditurque: Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ἀποθανὼν ἐν τοῖς Μαγγάνοις ταφῆς ἔτυχε τῆς τυχοῦσης. Goar.]

P. 81. Festum Constantini et Helenæ imp. celebrant Græci 21 die Maii. Græts.

Ibid. [Constantinum non sanctum modo sed et ἱσαπόστολον Græci prædicant ob propagatam et defensam ejus studio fidem. Templum SS. Apostolis in utraque Roma ædificasse cunctæ loquuntur historiæ, et in eorundem limine capsam porphyreicam Romanam eidem in sepulcrum concessam. Goar.]

Ibid. Natalem diem S. Joannis Baptistæ obeunt Græci nobiscum 24 die Junii. Monasterii cui Petra nomen, meminit Cantacuz. III, 35. Græts.

Ibid. [Petra nomen monasterio. Μονὴ προσαγορευομένη Πέτρα, scribit Cantacuzenus, III, 35. Ædes illa sacra Basilii Macedonis opus est, de quo Cedrenus: Καὶ τοὺς δύο τοῦ Βαπτιστοῦ σηκοὺς ἐν τῇ Στροβίλῳ καὶ Μικεδονιανῶν, τοῦ μὲν ἀνωκοδόμησε τὸ πλεῖστον, τὸ δὲ ἐκ βάρων ἀνήγειρεν. Petram vero ad monasterium, cui nomen imponit, sitam στροβίλου figuram referre vident qui etiam hodie CP. oculis circumlustrant. Goar.]

Ibid. Apud Græcos tricesimus dies Junii omnibus simul apostolis dicitur est. Græts.

Ibid. [De Apostolorum festo solemnibus CP. celebrato hæc Theophanes: Φῆτος συγχλητικὸς Ῥώμης ἀποσταλεὶς πρὸς Ἀναστάσιον διὰ τινος χρείας πολιτικῆς τὰς μνήμας τῶν ἁγίων ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου πανηγυρικώτερον ἐπιτελεῖσθαι ἠτήσατο. Ὅ καὶ κρατεῖ μέχρι καὶ νῦν. Goar.]

Ibid. Festum Transfigurationis agunt Græci 6 Augusti. In monasterio Pantocratoris sepultus est Manuel Comnenus imperator, ut scribit Nicetas ad calcem libri VII De rebus Emmanuelis. Græts.

Ibid. [Irenem Andronici senioris uxorem in hoc monasterio sepultam narrat Gregoras VII, 16; regnantibus in Oriente Francis, τὰ τῶν Λατίνων βασιλεία ἡ τοῦ παντοκράτορος ὑπῆρχε μονή, scribit idem IV, 4; regiam sepulturam dederat prius Manueli Comneno, ut auctor est Nicetas in ejus Vita. A Basilio Macedone primo constructum et annuo censu fuisse donatum auctor est Cedrenus: Ἀνήγειρε δὲ (ναὸν Βασιλείος) καὶ ἐκ καινῆς ἐν ταῖς βασιλείαις αὐλαῖς εἰς ἕνομα τοῦ Δεσπότητος Σωτήρος Χριστοῦ. Et infra: Καὶ ἄλλους δὲ πολλοὺς θελοῦς ναοῦς

ἐντὸς τοῦ παλατίου ἰδομήσατο εἰς ὄνομα τοῦ Σωτῆρος Ἁ
Χριστοῦ. ΓΟΑΒ.]

Ibid. Die 15 Augusti agunt Latini cum Græcis *assumptionem D. Virginis*. Græci, ut apparet ex Menæis et Menologiis, vocant hoc festum *κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου*. Et hoc titulo exstant Patrum orationes in hoc festum, ut B. Damasceni 343 et Andreae Cretensis. Mortuam ergo volunt 15 die Augusti; adduntque eodem die resurrexisse et animo simul et corpore in cælum assumptionem esse. Quare post supradictum de *Dormitione* titulum subiungunt Menæa: *Τῷ αὐτῷ μὴν πεντακαίδεκάτῃ ἡ δεσπομία μετέστασις τῆς ὑπερενδύξου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας*. Eodem ergo die et obiit et ad cælos, reducta in corpus anima, abiit sanctissima Deipara. Quod etiam Latina Ecclesia sentire videtur, quæ die 15 Augusti *Assumptionem B. Virginis* solemnī cæremonia celebrat, tametsi de *Dormitione*, utrum eodem die an aliquo præcedente acciderit, nihil tradit. Latini quidam martyrologi, ut Ado et Usuardus, *Dormitionem*, non *Assumptionem* indignant; cuius causa acriter in illos insurgit Baronius anno Redemptoris 48, eosque provocat ad antiquissima Romani Martyrologii vestigia, ubi non *Dormitio* sed *Assumptio* legatur. Veniam det magnus Annalium conditor, si quid dixerō pro supradictis martyrologis. Romanum Martyrologium omnium aliorum vetustissimum, sæpe a Baronio desideratum sed nusquam repertum, nuper demum studio Heriberti Rosweydi nostri publicatum et Paulo V pontifici maximo inscriptum, hoc, inquam, Martyrologium 15 die Augusti hanc inscriptionem præfert: *S. Mariæ Dormitio*. Si ergo martyrologi illi primævum hoc Romanæ Ecclesiæ Martyrologium secuti sunt, quid peccarunt? Nec mirum, quia forsā illi *Assumptio* Deiparæ cum corpore et anima tam liquida non fuit quam nobis est hodie, quia veritas paulatim magis atque magis eruitur et elucidatur, ita ut quod prioribus sæculis obscuriusculum habebatur, id posteris temporibus clara in luce reponatur. Accedit quod Rabanus et Notkerus in suis Martyrologiis appellatione hodie Latinis consueta utantur: apud utrumque enim leges *Assumptio B. Mariæ genitricis Dei*, ut et apud Bedam. Quare, ut in semitam revertamur, beatissimam Virginem eodem die mortuam, sepultam et a mortuis excitatam cum Græcorum Menæis credimus, licet Damascenus resuscitationem tertio demum ab obitu die statuat in oratione de *Assumptione B. Mariæ*. Tametsi probabilius isti quam alii apud Bedam, qui *Assumptionem* Deiparæ ad 1x Kalendaras Octobres, hoc est ad 24 diem Septembris, referunt, ita ut inter mortem ejus 15 Augusti, quæ fuit prima *Assumptio*, nempe secundum animam, iut recesserint quadraginta dies usque dum anima cum corpore rursus conglutinata resurrexit cælosque petiit. Verum hæc omni verisimilitudine carent, et adversantur tam Latinæ quam Græcæ Ecclesiæ; recteque notat Baronius in Martyrologio Ro-

mano ad diem 15 Augusti illud de secunda *Assumptione* esse assumendum non a Beda, sed a mala quapiam manu. Nec consuetudo Germanorum tricesimum assumptæ Virginis celebrantium quidquam hanc persuasionem juvat: non enim id faciunt quasi tricesimo demum die rediviva in cælos exaltata fuerit, sed totis illis triginta diebus assumptio in cælum statim a morte facta decantatur. Græci non agunt 344 hunc tricesimum, ut patet ex Typico S. Sabæ, ex Menæo in Augusto et Septembri. Est devotio Germanica, et exstat in plerisque Missalibus et Breviariis, in Eystettensi, Ratisponensi, Salisburgensi, Frisingensi, Curiensi; multisque locis, summo mane per triginta illos dies canitur officium de B. Virgine, *Gaudeamus omnes etc.*, frequenti populo accurrente. Et hic Ingolstadii quotidie per triginta dies ex congregationis Academicæ fundatione litaniz et aliæ cantiones canuntur in templo D. Virginis, idemque fit in Mauriciana parochia. Et quamvis, ut aliqui objiciunt, a Græcis etiam schismaticis ortum haberet, quod tamen secus est, non ideo improbanda esset hæc consuetudo; nam et a schismaticis bonum aliquid institutum proficisci potest. Est ergo a Germanis hic mos, qui defunctis tricesimum agere solent; et alicubi si quis honestior mortuus est, non tantum parentant illi tertio septimo et tricesimo die, sed quotidie habitu lugubri ad missam et ad vesperas eunt, et offerunt ad altare quidem pecuniam, ad cenotaphium vero (*auf der baar*) vinum, panes, etc. Germani ergo venerationi divæ Virginis addictissimi etiam per tot dies parentare voluerunt divæ Virgini, non lugubriter ut mortuæ, sed hilariter ut in cælos assumptæ: hinc non audiuntur funebria cantica, sed omnia ad lætitiã comparata.

P. 81. Decollationi S. Joannis Baptistæ sacer est dies 29 Augusti tam apud Græcos quam apud Latinos. In hoc festum variæ exstant Græcorum Patrum homiliæ. Non pauciores forte adhuc in bibliothecis cum tineis blattisque bellum gerunt.

P. 82. Secundo die Julii agunt Græci anniversariam memoriam depositæ in templo Blacherneasi vestis Deiparæ virginis sub Leone et Verina imp. Vide Menæum dicto die Julii. At 31 die Augusti agunt iidem Græci anniversariam memoriam depositæ zonæ Deiparæ virginis in templo Chalcoopratiarum. Vide Menæum dicto die Augusti et Nicephor. xiv, 49. Sed de quo festo accipiendum quod Codinus scribit? Videtur de priore, quandoquidem *depositionem venerandæ vestis* nominat; et imperator ad Blachernas hoc festo ibat, ubi vestis illa reposita. Cur ergo Codinus id non recensuit suo loco, hoc est in Julio? Causam dicat qui notam habet: ego mihi ignotam fateor. Nisi forte legendum hîc τῆς τιμίας ζώνης. Sed tunc obstat templum Blachernium, ad quod hoc die imperator cum suis palatinis itabat: at zona Deiparæ asservabatur in templo in Chalcoopratiis condito, ut testatur Menæum. GRETS.

Ibid. [Miratur nec immerito Gretserus, cur, cum A memoria depositæ in templo Blachernensi vestis Deiparæ virginis sub Leone et Verina imp. 2 Julii celebretur, Augusti vero die 31 Græci anniversarium depositæ zonæ ejusdem Deiparæ in templo Chalcoopratorum peragant, imperator celebrata Joannis Prodromi decollatione ad Blachernas adoratum ire scribatur, festo depositæ vestis quod Julii 2 præterit peragendo. Vel si aliud retro dictam decollationem occurreret, aliud a deposita zona in Chalcoopratiis colenda nusquam animo deberet obversari. *Causam dicat*, 345 ait Gretserus, qui notam habet. Profert eam, non iuevudite, me quidem iudice, editis operibus jam clarus noster Franciscus Combesis notis in Encomium in depositionem zonæ virginis Deiparæ propellam lucem aspecturum. Mentio fit, ait, de Blachernarum templo, in quo etiam erat portio quædam illius zonæ, simul cum vestibus, ut Nicephorus, xviii, 38, testatur. Subdit: Potuit, tametsi erat ea die præcipuus conventus in Chalcoopratis, etiam in Blachernis esse, ubi nec sacra zona deesset, conjuncta illi vesti sacræ, conjunctamque proinde habens religionem ac laudem. In Encomii illius, quod evulgat et elucubrat, præcæm allatæ sententiæ reperio argumentum his verbis: "Ὅστε μὴ τῆς ζώνης μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς τιμῆς; ἐσθῆτος τῶν ἐπαλίων συνεφέψασαι (χρηθῆ) καὶ γὰρ ἄλλως οὐδ' ὅστις ἀπ' ἀλλήλων ταῦτα τῇ μνήμῃ διαλεῖν, ἀλλ' ὥσπερ ἀμφοῖν βραχρόσθαι πρὸς τὴν ἐν σερκί ζωὴν ἢ πανάμωμος πιστεύεται, οὕτω δεῖν καὶ ἡμᾶς οὐκ ἰδίᾳ, κοινῇ δὲ τὸν πρόποντα τοῦτοις αἶνον ἐξυψάσθαι. Alias congruas rationes ibidem deducit encomiastes. GOAR.]

Fascias seputerales B. Virginis reposuit Pulcheria imperatrix in templo Blachernio, teste Nicephoro, lib. xiv, c. 2. Fasciis infantie, quibus Christus infans involutus est, honoravit et ornavit templum τῶν Ὁδηγῶν, ut eodem loco ilem Nicephorus scribit. Baronius tom. I anno Christi primo n. 8 dicit in honorem fasciarum, quibus infans Christus involutus est, diem festum apud Græcos institutum esse 31 Augusti. Casaubonus, Baronii conductitius calumniator, dicit in Ritualibus Græcorum libris nihil haberi de festo fasciis dicato, sed tantum zonæ. Ut id ita sit, diem tamen hunc fasciis quoque sacrum fuisse testantur duo auctores Græci, Germanus et Euthymius, qui in Græcia vixerunt et orationibus encomiasticis, quæ exstant apud Lippomannum et Surium, festum hoc illustrant. Occinit criminatorem non esse credendum Euthymio et Germano. Et nos Genevensi ex lustro vociferanti Casaubono credemus! Cur ergo in Ritualibus libris nulla mentio? Opinor, quia sacræ fasciæ festi sacræ zonæ tantum appendix erant.

P. 82. Dominica orthodoxiæ est prima Dominica Quadragesimæ, ut manifestum est cum ex aliis Græcorum ritualibus libris, tum ex Typico S. Sabæ c. 42, cujus titulus est Διάταξις τῆς πρώτης Κυριαχῆς τῶν ἁγίων νηστειῶν ἕτοι τῆς ὀρθοδοξίας.

Prima verba capituli hæc sunt τῇ Κυριακῇ τῆς ὀρθοδοξίας. Causam appellationis hujus ita breviter, et summa sequens vestigia, narrat Philotheus patriarcha Cyprianus in homilia prima Quadragesimæ Dominica recitata: Τῇ Κυριακῇ ταύτῃ καὶ πρώτη τῶν νηστειῶν ἢ τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησία ἐορτάζειν παρέλαβε τὴν ὀρθοδοξίαν ἕτοι τὴν ἀναστήλων τῶν σεπτῶν καὶ ἁγίων εἰκόνων, γενομένην παρὰ Μιχαὴλ βασιλέως καὶ Θεοδώρου τῆς τούτου μητρὸς τῆς μακαρῆς βασιλίδος καὶ τοῦ ἁγίου Μεθοδίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως. Γέγονε δ' οὕτως. Λέοντος τοῦ Ἰσαύρου κατὰ παραχώρησιν Θεοῦ τὰ σκήπτρα τῆς βασιλείας κρατήσαντος ἢ τῆς εἰκονομαχίας ἤρξατο καὶ ἐπαρρησιάζατο αἵρεσις. Ἐκείνου δὲ τὸ ζῆν κακῶς ἀπορρέξαντος; ὁ ἐκείνου υἱὸς Κωνσταντῖνος ὁ Κοπρῶνυμος τῆς ἀρχῆς; καὶ τῆς αἰρέσεως διδάσχος; γίνεται. 346 Ἐκείνου δὲ αἰσχρότερον τελευτήσαντος; ὁ ἐκ τῆς Καζάρας υἱὸς ἐκείνου εἰς τὴν βασιλείαν καθίσταται. Ἐπει δὲ καὶ οὗτος τὸ ζῆν ἐξεμέρησεν, Εἰρήνην καὶ Κωνσταντῖνος τῆς ἀρχῆς κληρονόμοι γίνονται. Οὗτοι δὲ ὑπὸ Ταρασιῶ τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῳ καθοδηγούμενοι τὴν ἐβδόμην σύνοδον συγχροτοῦσι, καὶ ἡ Ἐκκλησία τὰς ἁγίας εἰκόνας ἀπολαμβάνει καὶ τὸν ἐαυτῆς περιτίθεται κόσμον. Τούτων δὲ τῶν τῆδε ἀποχωρησάντων, ὁ ἀπὸ γενικοῦ Νικηφόρος εἰς τὴν βασιλείαν ἀνάγεται, εἶτα Σταυράκιος ὁ υἱὸς, μετ' ὃν Μιχαὴλ ὁ Παγκρατὲς τὰς ἁγίας εἰκόνας τεθόμειναι. Τὸν δὲ Παγκρατὲς Μιχαὴλ ὁ θηριώδης; Λέων ὁ Ἀρμένιος διαδέχεται, καὶ τὴν δευτέραν οὗτος εἰκονομαχίαν διεγείρει, καὶ πάλιν ἄκοσμος ἢ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία γνωρίζεται. Τούτων διαδέχεται ὁ ἐκ τοῦ Ἀμορίου Μιχαὴλ, τὸν δὲ πάλιν Θεόφιλος ὁ υἱὸς, ἐπὶ τῇ κατὰ τῶν εἰκόνων μανίᾳ καὶ οὗτος τοὺς ἄλλους; ὑπερβάλλων. Τελευτήσαντος; δὲ καὶ τοῦ Θεοφίλου πικρῶς καὶ βιαίως, ἢ ἐκείνου σύζυγος ἢ μακαρία βασίλισ; Θεοδώρα καὶ ὁ ταύτης εὐσεβέστατος υἱὸς Μιχαὴλ τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς βασιλείας; κληρονόμοι γίνονται, καὶ οὖραν παρρησίας τοῖς ὀρθοδόξοις ἀνοίγουσιν. ὅθεν καὶ ἀνεθρόνυτες τότε ἅπαντες οἱ τῆς ὀρθοδοξίας λογάδες ἀπὸ τε ἀρχιερέων ἱερέων καὶ μοναχῶν περιφανῶν τὴν ὀρθοδοξίαν ἐκήρυξαν. Καὶ ἢ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία τὴν ἐαυτῆς εὐπρέπειαν ἠμφιάσατο, ταύτην τὴν ἡμέραν ἐορτάζοντες σήμερον. Hæc Philotheus. Instituebatur ea die in memoriam orthodoxiæ restitutæ processio non sine crucibus et imaginibus. Typicum Sabæ, c. 42: Λιτανεύμεν κοινῶς μετὰ τῶν ἁγίων τοῦ σταυροῦ ξύλων καὶ τῶν σεπτῶν εἰκόνων. Legebatur eodem die decretum concilii secundi Nicæni de imaginibus reparandis, retinendis et honorandis, Ἐπερχόμεθα, inquit Typicum, ἐν τότῳ ὄρισμένῳ ὅπου δεῖ ἀναγινώσκειν τὸ συνοδικόν.

Ex his planum esse arbitror quam vere scripserit Calvinianus scholiastes Curopalatiæ, *Dominicum Orthodoxiæ aut junctam aut certe proximam fuisse Pentecostæ*. Qui juncta vel proxima, si fuit prima Dominica Quadragesimæ? Et ut maxime juncta aut proxima fuisset Pentecostæ, non debebat tamen conjici in 21 diem Maii, tum quia nulla Dominica

stabilem et fixum locum habet inter dies mensis, tum quia Pentecoste est festum mobile dependens a Paschate. Non ergo sepius cadere potest Dominica Orthodoxiæ in 21 diem Maii, cum ipsa Pentecoste hunc diem vel antecedere vel subsequi possit. GRETS.

Ibid. [Ex Typico Sabæ brevem tibi 'Orthodoxiæ, ita dicte historiam descripsit Gretserus: orationem aliam et copiosam magis tibi jamjam edet nuper memoratus. Combells ex mas Regiis, cui titulus Ἀγγησι; διαλαμβάνουσα περί τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων, καὶ ὅπως καὶ δι' ἦν αἰτίαν παρίλαβς τὴν Ὀρθοδοξίαν ἐτήσιως; τελεῖν τῇ πρώτῃ Κυριακῇ τῶν ἁγίων νηστειῶν ἢ ἁγία Θεοῦ Ἐκκλησία. Vide Leonem Grammaticum, Codrenum, Zonaram et alios in Michaelæ et Theodora.

Ibid. [Τὸ συνοδικόν. Præfata Ὀρθοδοξίας Dominica elatis in sublime crucibus et venerabilis imaginibus ad statutum locum processionem ecclesiasticam habet Orientalis Ecclesia. Ibidem Patrum antiquorum hæreses 347 olim scriptis, doctrina, voce, laboribus insectantium habita solemnī ritu memoria, recensitis etiam hæresibus ipsis ac per-verso cujusque dogmate publicato, cunctis ter ἀνάθεμα inelamant, et hæreticorum omnium nomen execrantur: ita dicitur τὸ συνοδικόν τῆς ἁγίας; καὶ οἰκουμενικῆς ἐκδόμης συνόδου ἀναγινώσκεισθαι. Videndum Triodiam quo integrum reperitur.

Ibid. [Ἰσταται. Vide imperatorem Ecclesiæ decreta venerantem. GOAR.]

P. 82. Prædie Palmarum agitur a Græcis anniversaria memoria *resuscitati Lazari*: ejus in honorem templum extruxit Leo Philo sophus imperator teste Zonara, et in eo sacrum ejus corpus ex Cypro translatum condidit. GRETS.

Ibid. [Δικαίων. Beatos omnes in varias classes distribuunt Græci. Et certe nonnullis, ut Barnaba, Luca, Stephano, apostolorum collegio connumeratis, aliis etiam ἱσαποστόλων nomine honoratis, subjungunt ἱερομάρτυρας pontifices simul et martyres; μοιχ μάρτυρας (intellige λιτούς nudos ac simplices) martyres; ὁμολογητάς confessores nonnulla tormenta vel exsilium pro Christi nomine passos; ὀσιομάρτυρας monachos simul et martyres; ὀσίους, monachos; δικαίους justos, quos confessores vulgo dicimus; παρθένους virgines; παρθενομάρτυρας virgines simul ac martyres; γυναικομάρτυρας feminas martyres, etc.

Ibid. [Ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ μονήν. Cujus fundatorem Leonem Sapientem refert alius Leo Grammaticus in ejus Vita: Ἐκτίσεν ὁ Λεων εἰς τοὺς λεγομένους Τόπους τὸν ἅγιον Λάζαρον, κατασκευάσας; μονήν ἀνδρείαν εὐνούχων, ἐνθα καὶ τοῦ ἁγίου Λαζάρου σῶμα καὶ Μαρίας τῆς Μαγδαληνῆς ἀνακομίσας ἀπέθετο, ποιήσας τὰ ἐγκαίνια καὶ τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας. Ἀσχολουμένου δὲ τοῦ στόλου εἰς τὰ κτίσματα τῶν τοιούτων ἐκκλησιῶν παρελήφθη ἐν Σικελίᾳ τὸ Ταυρομένιον ὑπὸ τῶν Ἀφρων.

Ibid. [Τὰς γυ; ομιέρας ἐν τοῖς μοιχστηρίοις ἐορ-

Α τὰς. Si S. Sophiæ apostolorum Blachernarumque dempseris ecclesias, alias hic recensitas, ad quas ex devotione statutis diebus pergit imperator, monachis assignatas ac imperatorum magnificentia extructas, sicut et e catholicis tres enumeratas, observabis.

Ibid. [Πλάγιον. Regium vexillum imperatore absente obliquum, præsentē rectum tenetur.

Ibid. [Ἄπειν λαμπάδα ἐπὶ τοῦ διβέλλου. Quid illud ritus, cereum vel lampadem in vexillo accendere? num recte harioler, amice lector, iudex esto. In aeneis figuris huic operi sparsim appositis (describunt illa Græcorum imperatorem Joannem ultimum ad Florentinam synodum iter habentem) ad latus imperatoris sedentis in triremi vexillum, superius a me διβέλλιον nominatum c. 5 nota ad p. 39, animadverto, ex cujus medio conto lateranum sive phanale prorumpens non aliud quam ignem imperatoribus prælatum includere inihimet persuasero. Num modo ἄπειν τὴν λαμπάδα ἐπάνω τοῦ διβέλλου νεαν admittat conjecturam, approba; vel tu quidpiam aliud loco magis congruum edisere. GOAR.]

Ibid. Ridiculus est quod Junius suspicatur, ὠραία; πύλας dictas quasi horarias, quod in primo illo templum aditu sit commodissima sciaterum et horologiorum sedes. Credam, ubi Junius demonstraverit etiam in templo Hierosolymitano portam Speciosam dictam esse quasi horariam, quod sciaterum et horologiorum sedes esset. GRETS.

Ibid. [Vestibulum monasticarum ecclesiarum subeuntibus occurrunt ὄραται; πύλαι, nonnunquam βασιλικαὶ nuncupatae. Vestibulum illud πρόναος 348 auctori dicitur, qui vulgo νάρθηξ, estque ecclesiæ portis adjuncta porticus exterior semper aperta et in ecclesiam advenientes primum excipiens, qualem observare te precor Parisiis ad valvas templorum S. Germani nomine structorum, ad S. Victoris et ad S. Genovesæ. Πρόνον hunc prætergressis occurrunt dicte majores portæ, ὠραταί, speciosæ, vel ob pictas ἐν προνάῳ sacras imagines, vel quod speciosam Salomonii templi referant, vel denique verius quod ad eas monachi minores horas primam, tertiam, sextam, nonam et matutinarum partem huic modulo præviai τῆς εὐσπλαγγχίας τὴν πύλην ἀνοίξον ἡμῖν, Θεοτόκε, etc. concinant. GOAR.]

CAPUT XI.

Observationes et explicaciones in τ. 16, quod est de fossato.

P. 83. [Τέντα σκηπή, κέρπη, κατοῦνα, tentorium.

Ibid. [Ἐξυπλώσαι τὰ ἑαυτοῦ. Regium domesticique vexillum in aciem latum et e conflictu ad castra relatum II, 7, narrat Cantacuzenus. GOAR.]

P. 85. Ineptè Junius, quando fossatum oportet pedem figere, imo quando oportet fossatum migrare vel alio proficisci. Nam περσεύειν est hic iter facere, ut paulo post aperitissime apparet, ubi dicit Codi-us neminem περσεύειν, hoc est iter ini e, priusquam magus domesticus univique flamma-

lo suum locum assignavit. Eundem errorem errat Junius mox.

Ibid. Κατονοτόπιον, *castra, locus tentiorum*. Κατοῦναι *tentoria*. Κατονεύειν *castra ponere, tentoria figere*, vel etiam absolute στρατοπεδεύειν. Junius hic in Arabem versus *catunas ex Arabia advocat, consuecta sibi in his rebus, nisi fallor, felicitate*. GRÆTS.

Ibid. [Κατονοτόπιον quod ἀπληκτον et proprie φοσσάτον. Ἄπληκτα, quasi τῆς πληγῆς ἔξω, sunt *castra sive castrorum metationes, et quod quidam applicationes*: castra enim *applicare* et *figere* dicimus. Quia vero vallo *fossaque* castra circumdata, hinc unus τῶν ἀπληκτων καὶ τοῦ φοσσάτου sensus. Castra deinde fossa munita σκηνῶς, κατοῦνας, τένας tentoria excipiunt, ac proprieτα κατονοτόπιον; ad tentoria ponenda planities apta valloque munita, idem quod ἀπληκτα vel φοσσάτον. Nicetas Isaacii Angelj, l. 1: Μέσον τοῦ κάμπου ἔποιε: τὰ αὐτοῦ κατονοτόπια, μήτε φύλακας ἔχων ἀκριβεῖς ἢ βίγλας, μήτε μὴν βάλλων χάρακα. *Infra*: καὶ πρὸ: τὴν τοῦ Καίσαρος κατοῦναν ἤλθον. *Inferius iterum*: Ἠρόπῃσαν παρὰ τῶν βαρβάρων αἱ κατοῦναι πᾶσαι. Unus Leonis locus ex his plura, imo fere cuncta, connectit declaratque, *Tactileorum const. 11, 1*: Δεῖ οὖν τὰ ἀπληκτα ἦτοι τὰ φοσσάτα (κυρίως γὰρ φοσσάτον τὸ ἀπληκτον τοῦ ὅλου στρατοῦ καλεῖται) ἔσφαλῶς σε πειεῖν, καὶ εἰ μὲν ἐνδέχεται, εἰς ἀριστέρους τόπους κτεροσκηνῶν τὰ στρατιωτικὰ, εἰ δὲ οὐ κατὰ πάντα, μὴ ἀμειλῶς ἀλλὰ σφιγκτικῶς καὶ θυρῶς ἀπληχεύειν. Κατοῦνας purro quasi καντοῦνας sive καντοῦνια (quæ γωνίαι, *angulos*, tum Portio tum vulgari plebi sonant) puto dictas, quod ipsæ καντουνωταί *castraque* καντουνωτά, *in quadrum* nimirum et *angulos æquales* dispositæ, vel iterum quod ubique in castris ex tentiorum a se invicem dissitorum ordine apparerent anguli. Unde forsitan viarum **349** compita Gallis *cantons*, vel certe ab his (quot enim et quanta ab his ultimis imperii sæculis mutati sunt Græci) illorum κατοῦναι: et rursus ex vernaculo *cantonner*, quod est incessum locum tenere et eo se ut munitione tueri, τὸ κατονοποιεῖν in Græciam detulerunt Franci. *Consule Leonem l. c. n. 17*.

P. 84. [Τόπον seriem et ordinem intellige.

Ibid. [Πρὸ τοῦ πεζεῦσαι τὸ φοσσάτον. Hoc fuit Leonis mandatam in *Tact. const. 9 n. 61 et 62*: Μὴ ποτε ἐγκρύπτονται εἰς θλεθρὸν τινα. Et *infra*: Καὶ ταῦτα προερευρῆν δεῖ διὰ τὴ ψιλῶν στρατιωτῶν καὶ ὀλίγων καθάλλων, ἕμα δὲ καὶ ἀποσοβεῖν τοὺς κερυμμένους ἔχθρους, εἰδ' οὕτω παρέρχεσθαι τὴν παράταξιν. *COLAR.*]

P. 84. *Codex Lautherianus et alter Boicus*: Δειπνήσατε καὶ τραγήσατε τὰ ἄλογα. GRÆTS.

Ibid. [Solos equites de nocte posuerunt in excubiis postremi Græci. *Leo Tact. const. n. 53*: Ἐπὶ τῆς περικτῆς ὁδοποιίας εἰς μὲν ἐπιπέδους τόπους δέον σε καὶ ἔπιθεν αὐτῶν καὶ ἐμπροσθεν καθάλλων καθοστῆν εἰς βίγλας, καὶ ἐξωτέρω τῆς βίγλας μηδὲνα τῶν πεζῶν φαίνεσθαι. *COLAR.*]

P. 85. [Τοῦ φοσσάτου ὄννουμαζομένου. *Luitprando recensitque exercita*. Theophanes in *Justiniano*: Τοὺς στρατιώτας ὁ Γερμανὸς ἠρίθμει, καὶ τῶν γραμμάτων τὰ βιβλία, ἐν οἷς τῶν στρατιωτῶν τὰ ὀνόματα ἐνεγέγραπτο, ἀναλεξέμενος. *Nicetas Isaacii Angelj l. III*: Συλλογαὶ οὖν καὶ ἀπογραφαὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν ἐγίνοντο στρατευμάτων, οὐκ ἀκριβῆ δὲ καὶ τὸ μισθοφορικὸν συνελέγετο

Ibid. [Ὁ μέγας δομέστικος ἐν ψτόπῳ ὁ βασιλεύς. Hinc ei regni pousse honores delati. *Joanni Atucho magno domestico sub Joanne Comneno casu obviam tibi facto cuncti proceres et ex regia stirpe honoratissimi viri etiam deferabant cultum ut ex equis descenderent et exhiberent reverentiam*. *Nicetas*: Πᾶσαν ὑπερανέθη παραθύναστυσειν μέγας τιμηθεῖς δομέστικος; ὧς καὶ πολλοὺς τῶν ἐπιτίμων κατὰ γένος βασιλείων ἀποβαίνειν τοῦ ἴππου καὶ τόπῳ ἀπονέμειν προσηύθησιν, κατὰ συγχωρίαν ὑπεκτιδίζοντα. *III velut imperatori satellites assignati*. *Manuelis l. 1*: Ὁ μέγας δομέστικος τοὺς ἰδίους μεταπέμπεται δορυφόρους, οὓς ἐπὶ καιρῷ μέγης εἶχε χρησίμους ἑαυτῷ καὶ ὀπλίταις ἀγαθοῖς ἐκέρητο. *Potestatem domesticci quam ampliam et imperatoris proximam ipse domesticus Cantacuzenus, l. II fuisse describit*. *COLAR.*]

Ibid. De cursu et spoliis Jam alibi egimus. GRÆTS.

Ibid. [Ἀδῶφ. *Nomine, in partem, ejus ratione, etc.*, respondet plurimum antiquo *ἐνεκα*. Phrasis a recentioribus frequenter usitata, mutata pro locutionis corruptela ψ in ου. Sic διὰ λόγου μου *emere mei* vel *nomine meo*, διὰ λόγου σου *propter te, etc.* dicunt. *Theophanes*: Λόγου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας *in magnæ ecclesiæ partem*. *COLAR.*]

Ibid. Καφαλάδες et καφαλάδα: sunt ad verbum nostri *capitanei*. GRÆTS.

Ibid. [Κεφαλάδες hodierni vocant *capitanicos*; de qua voce docte *Rigakius v. κεφαλή*, quæ idem quod *alii* corruptior *κεφαλάδα*.

Ibid. [Ῥογατόρων. Habuerunt Græci, quorum morem imitantur Turcæ, milites alios *τιμάρηδας*, alios *βογάτορας*. Primitis in stipendium perpetuum assignabantur agri, qui vulgo *τιμάρια*, velut laboris τιμὰς compensationes. *Cantacuzenus, I, 33*: Τοῦ μένει μισθοφορικῶς τῆς στρατιᾶς τὸν μισθὸν ἀξήσας; παρέσχον καὶ γῆς ἐκάστην πλείθρα χρυσοῦν δέκα. *Secundis βόγαι* pecuniæ numeratæ, de quibus alibi. *Rogas 350* semel in anno, vere *plurimum*, in proceres et in milites divisas scribit *Balsamon Meditato de incensis, etc.* *Concinne describit Luitprandus in Legatione, et ab antiquo ita distributas confirmat Simocatta, III, 4*: Ἐπιγινόμενου δ' ἤρος; καὶ προσηγῆ καὶ ἐπιχαριν ὕψιν παρεχομένου τῆ γῆ, ἢ κατὰ τὸ κελθὸς τοῦ χρυσοῦ διανομῆ τῷ μαχιμῷ ὅπῳ τοῦ ἀποκράτορος; ἐξεπέμπτο. *Hiemo tamen stipendia eisdem soluta monet idem auctor, l. II*: Χειμῶνος; γὰρ ἤδη που ἐνεδήμει καιρὸς; καὶ ἡ ἐγκύκλιος τῶν χρημάτων ἐπίδοσις τῷ Ῥωμαϊκῷ ἔχειτο συντάγματι. *COLAR.*]

P. 85. Junius, hic ut alibi semper, ἄρματα putat esse *castris*, cum sint *arma* a Latino vocabulo desumpta.

Ibid. Τὴ γενέσθαι. Videtur addendum δελ. Gæts.

CAPUT XH.

Observationes et explicationes in c. 17, de coronatione imperatoris.

P. 86. [Περὶ στεφνηφορίας βασιλέως. Imperatores renuntiati, qui vel subditorum electione vel sanguinis jura vel vi tyrannide arrepta ad regendum Imperium promoti : coronati deinde, qui insignibus imperii, corona, sceptro, chlamyde, ornati et unctione delibuti. De tradendis insignibus hiæce, tacita qualibet alia promotione, totus est præsens typus.

Ibid. [Κατὰ τὴν πρὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἐσπέρας. Imperii successores, vel ad illud populi militante electione obtinendam vocatos, palatium seu propriam sedem possidere certum : ascitos ad imperium a principe seniore illud statim incedere datum. Vespere igitur coronationi prævio ad illud se conferunt, ut comite, imo duce seniore ad ecclesiam postera luce pergant. Vide Michaelem Theophili F. apud Leonem Grammaticum quiddam hujusmodi jam suo tempore observantem : Ὅψι δὲ Σαββάτου τῆς Πεντηκοστῆς ἐμήνυσε Φωτίῳ τῷ πατριάρχῃ ὁ βασιλεὺς διὰ Ῥανδακίου πρωτοβεστιαρίου τὴν ἀναγόρευσιν τῆς βασιλείας ποιῆσαι Βασιλείου. Καὶ τῇ ἐπαύριον ἐξῆλθον δύο σέλλα. Οἱ δὲ λαοὶ ἐταράχθησαν πῶς; ἐνὸς βασιλέως δυοὺς δύο σέλλα ἐξῆλθον. Observa rursus ad adulatores et perduellibus promotum ad invadenda sceptra primium hujus nominis Andronicum primo pie potestatis insignibus tumultuario arreptis ornari, Τῇ δ' ὀσπεραῖα ἐπὶ τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας, ac Inferius, Τὰ ἱερὰ ἐσφίκετο μέλαθρα στεφνησόμενος, ac postremo ad ipsam Magnam Ecclesiam sive ad sacra penetralia coronandam tendere, ritum jam receptum ita referente Niceta in Alexio II.

Ibid. [Συμβαλλόμενοι. Non curiosius circumspiciendæ, quin potius coronationis approbandæ sine ex cunctis ordinibus præcipui simul conveniunt. Tiberius apud Simocattam Mauricium denuntiaturus imperatorem : Τὸν τῆς ἱεραρχικῆς προεστῶτα καθέδρας συγκαλεσάμενος, τὸν τε τῶν ἱερῶν ἀξιωμάτων συναθροισάμενος σύλλογον, τοὺς τε δορυφόρους καὶ φύλακας καὶ πάντα τοὺς ἐς βασιλέως τιμὴν συντεταγμένους, καὶ μὴν καὶ τοὺς ἐπισημοτέρους τοῦ δήμου. Joannes etiam nominis istius secundus apud Nicetam ἐκκλησιάζει τὸ συγγενὲς καὶ φίλιον καὶ ὁπόσον ἐν ὑπεροχῇς τε καὶ ἀξιώμασιν ἦν, ut filio Manueli natu minori, rejecto priore, moritarius imperium relinquat. GOAR.]

Ibid. Ἀξιώματα ἔχειν vel ἐν ἀξιώματι εἶναι vel esse ἀξιώματικόν solis despotæ Cæsari et Sebastocratori competiti.

351 *Ibid.* Τὸ φοσάτον non pro *castris*, sed pro ipsis *millibus* accipitur. Gæts.

Ibid. [Ἐξ τῆς ἀγίας Σοφίας. Imperii coronam

primos principes Christianos in ecclesia non suscepisse apud me est indubium. At quamvis de Marciano, qui Anatolii patriarchæ opâ declaratus est imperator a Pulcheria, nonnulla sit suspicio, quem Theophanes θεῖα ψήφῳ αὐτοκράτορα ἀναδειχθέντα scribit, en tamen ut Leo junior senioris nepos patrem Zenonem propria manu diademate ornât, ἐν τῷ καθίσματι τοῦ ἱπποδρομίου, ait idem Theophanes. Anastasius ibidem coronatus. Justinus in palatio, Justinianus ibidem. Mauricius quoque præsentem quidem patriarcha senatuque imperator salutatus est, verum in palatii tribunali, ad Tiberii jamjam morituri lectum, in quem locum ipse φορᾶδην ἐξεκομίσθη scribit Simocatta, 1, 1. Copronymus denique in novemdecim accubitorum tribunali regia corona fuit rediinitus, ut ex Theophane Inferius referemus. Phocas omnium primus περιβάλλεται τὸν βασιλεῖον στεφάνον ἐν τῷ κῆρ τοῦ προφήτου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου, quo forsau tyrannidem pietate coloraret et loco sacro sacrilegium tegetet. Heraclius deinde ἐν τῷ εὐκταίρῳ τοῦ ἀγίου Στεφάνου ἐν τῷ παλατίῳ ἐτέθη, in ecclesia reliqui. GOAR.]

Ibid. Nota professionem fidei, et juramentum, quo se obligabat tam imperator quam futurus imperator. Gæts.

Ibid. [Fidei, quam mente teneret, publicum testimonium in Ecclesiæ conventu primus inter imperatores dedit Anastasius. Historiam refert hoc pacto Theophanes : Βασιλεύσας ὁ Ἀναστάσιος ἔγραψεν ἀπητήθη ὁμολογίαν πρὸς Εὐφημίου πατριάρχου, πρὸς τὸ μὴ σαλευσάι τι τῆς Ἐκκλησίας καὶ πίστεως. Βιαζομένη; δὲ αὐτὸν τῆς βασιλείας Ἀριάνης καὶ τῆς συγκλήτου, ἔλαθεν αὐτοῦ τὸ ἰδιόχειρον, ὡς ἀποδέχεται εἰς ὄρον πίστεως τὰ δόγματα τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου. Καὶ οὕτω στεφθεὶς ὑπ' αὐτοῦ Ἀριάνην ἀγεται εἰς γάμον. Scriptam professionem illam penes se custodiēbat patriarcha : Τῷ γὰρ δευτέρῳ ἔται αὐτοῦ, ait Cedrenus, μετὰ βίας τὴν ὁμολογίαν αὐτοῦ παρὰ Εὐθυμίου ἔλαθε. Parem fidei professionem emisit Phocas, eodem Theophane teste : Πάντων ἐν τῷ Ἐβδόμῳ (loco CP septem lapidibus dissito) ἀφικομένων Κυριακὸς ὁ πατριάρχης ἀπήτησε τὸν τύραννον ὁμολογίαν περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως καὶ τοῦ ἀτάραχον φυλάξαι τὴν Ἐκκλησίαν. Tertium exhibuisse Leonem Isaurum reperio apud scriptorem eundem. Λέων οὖν εἰσῆλθεν εἰς τὸ παλάτιον, καὶ παραλαβὼν πάντα, ποιήσας προάλευσιν, εἰσῆλθεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἀειλῶν εἰς τὸν ἀμβωνα ἐτέθη ὑπὸ Νικηφόρου τοῦ ἡνικαῦτα πατριάρχου δυοῦς, πρότερον ποιήσας ἰδιόχειρον μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ μέγιστε κατά τῆς Ἐκκλησίας γενέσθαι ἢ σαλευσάι τι τῶν καλῶς εἰς αὐτὴν ὀρισθέντων ὑπὸ τῶν ἀγίων Πατέρων ἱερῶν δογμάτων. Hac se cautela, dato nempe juramento fideique testimonio, adversus imperatores prævi sensus suspicione notatos munierunt primitus patriarchæ, unde sensim invaluit mos ut orthodoxi quoque fidem erga Deum et in populum clementer

tiam interposito sacramento devincire non abnue-
rent. De Michaele Rangabe post Isaurum quarto
imperatore scribit Zonaras : Ὑπὸ τοῦ πατριάρχου
Νικηφόρου τεταίνωτο βασιλικῶ διαδήματι, ἀπει-
τηθεὶς παρ' αὐτοῦ ἔγγραφον ἐπαγγελίαν τοῦ μὴ τι
παραινῆσαι τῶν τῆς Ἐκκλησίας θεσμῶν μηδ' ἀ-
μασι χρᾶσθαι Χριστιανῶν. Leo Armechius, Στε-
φελίς ὑπὸ Νικηφόρου πατριάρχου ἐθεβαίωσεν αὐτὸν
ἔγγραφως περὶ τῆς ἑαυτοῦ ὁρθοδοξίας. Deo peroli-
que fidem servaturum, diris interpositis, promi-
sisse Andronicum testis est Nicetas in Alexio
Manuelis F. Præstitit idem tertius Andronicus ju-
nior dictus, ex Gregora, iv, 15 : Εἶτα αὐτὸς μὲν
Ἀνδρόνικος ἔδωκε τῷ πατρὶ πρῶτον μὲν σέβειν
τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν ὁρθῶς καὶ τὰ ταύτης προ-
νόμια περιέπειν καθ' ἅπαντα τρόπον, καὶ **352**
ἀλόβητα συντηρεῖν. Reciprocum fidei erga regiam
majestatem a clero senatu et populo postremi im-
peratores exegerunt. Subdit eodem loco Grego-
rias : Καὶ ἐπὶ τούτοις ἅπαν τὸ Ῥωμαίων ὄμιον
γένεο· τῷ νέῳ βασιλεῖ Ἀνδρόνικῳ τὰ εἰθισμένα τοῖς
βασιλεῦσιν. Ὁ γὰρ μὴν πατριάρχης καὶ πᾶν τὸ τῆς
Ἐκκλησίας ἄθροισμα γράμματα τοὺς ἐαυτῶν ἔγχα-
ράξαντες ὄρκους τοῖς ἱεροῖς ἐνθεθεῖσιν κώδιξιν,
ἀνεπιβούλευτον αὐτῷ διατηρήσειν τὴν βασιλείαν
ἠμολογούντες αὐτοὶ τε καὶ οἱ ἐφεξῆς τὰ τῆς Ἐκκλη-
σίας διαδεχόμενοι. Antiquum morem a Græcis re-
ceptum, ut imperatore e vivis sublato cuncti
provinciarum præfecti magistratu censerentur
exactorati, donec publicis habitis comitiis Imperii
successori fidelitatis sacramentum dicerent, deinde
quos ille delegisset provincias reciperent, narrat
Cantacuzenus, i, 2 : pluraque subjungit ad con-
suetudinem jurisjurandi a subditis imperatori
præstandi spectantia. Ad horrendum penitus fre-
quenterque confirmatum, quod impellente Leone
Cæronymii, filios ejus in fidem suam recipiens,
populus emisit, calamum verto. Κινηθέντες οἱ τῶν
θεμάτων ἄρχοντες, αἰτ Theophanes, εἰσῆλθον πάν-
τες σὺν τῷ πλῆθει τοῦ λαοῦ αἰτούμενοι τὸν υἱὸν
αὐτοῦ εἰς βασιλείαν. Ὁ δὲ, ὡς ἔθος βασιλεῦσιν, ἀν-
τεδήλου αὐτοῖς ὅτι Ὁ υἱός μου ὁ μονογενής μου
ἐστίν, φοβοῦμαι τοῦτο ποιῆσαι, μὴ πως συμβῆ
μοι τὸ ἀνθρώπινον, καὶ νηπίου αὐτοῦ ὄντος θανα-
τώσῃτε αὐτὸν καὶ ἄλλον προβάλλῃτε. Οἱ δὲ μετ'
ὄρκου πληροφορεῖν αὐτὸν μὴ βασιλευθῆναι ἐκτὸς
τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, εἰ καὶ (lego μὴ) θανεῖν αὐτῷ
(lego αὐτὸν) θελήσῃ ὁ Θεός. Τοῦτο δὲ ἀπὸ τῆς κυ-
ριακῆς τῶν Βαίων ἕως τῆς μεγάλης Πέμπτης τοῦ
λαοῦ ἐνωχλεῖτο. Καὶ ἐν τῷ Ἰπποδρομίῳ σωρευόμε-
νοι καὶ αἰτούμενοι, τῇ ἁγίᾳ Παρασκευῇ ἐκέλευσεν
ὁμοῦσαι αὐτούς. Καὶ ὡμοσε πᾶς ὁ λαὸς εἰς τὰ τίμια
καὶ ζωποια ἔξυλα, οἱ τε τῶν θεμάτων καὶ τῆς
συγκλήτου καὶ τῶν ἑσῶ ταγμάτων καὶ τῶν πολιτῶν
πάντων καὶ ἐργαστηριακῶν, τοῦ μὴ δέξασθαι βασι-
λείαν ἐκτὸς Λέοντος καὶ Κωνσταντίνου καὶ τοῦ σπέρ-
ματος αὐτοῦ. Καὶ ἐποίησαν ἔγγραφα, καθῶς ὡμο-
σαν, ἰδιόχειρα αὐτῶν. Καὶ τῇ ἐπαύριον, ἧτις ἦν τὸ
ἄγιον Σάββατον, ἐξῆλθεν ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ τριβου-

νάλιον τῶν δεκαεννέα ἀκουσίτων, καὶ προσβάλετο
νωβελίσσιμον Εὐδόκιμον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ· τὸν
γὰρ Ἀνθιμον ζῶν ὁ πατὴρ προσβάλετο. Καὶ προῆλ-
θεν ὁ βασιλεὺς σὺν τοῖς δύο Καίσαρσι καὶ νωβελισ-
σίμοις καὶ τῷ νέῳ Κωνσταντίνῳ εἰς τὴν μεγάλην
Ἐκκλησίαν. Καὶ ὑπαλλάξας τὴν ἐνδυτὴν, ὡς ἔθος
ἐστὶν τοῖς βασιλεῦσιν, ἀνῆλθεν ἐν τῷ ἄμβωνι σὺν
τῷ υἱῷ αὐτοῦ καὶ τῷ πατριάρχῃ, καὶ εἰσελθὼν πᾶς
ὁ λαὸς ἀπέθεντο τὰ ἔγγραφα αὐτῶν ἐν τῇ ἁγίᾳ τρα-
πέζῃ. Ὁ δὲ βασιλεὺς διελάλησεν οὕτως· Ἰδοὺ, ἀδελ-
φοί, τὴν αἴτησιν ὁμῶν πληρῶ, καὶ δωροῦμαι ὁμῖν
τὸν υἱόν μου εἰς βασιλείαν· ἰδοὺ ἐκ τῆς Ἐκκλησίας
καὶ τῆς χειρὸς τοῦ Χριστοῦ αὐτὸν παραλαμβάνετε.
Οἱ δὲ μεγάλη τῇ φωνῇ ἐβόησαν, λέγοντες· Ἀντιφώ-
νησον, γιὰ τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἐκ τῆς χειρὸς σου παρα-
λαμβάνομεν τὸν κύριον Κωνσταντίνον βασιλεῖα, καὶ
φυλάττειν αὐτὸν καὶ ὑπεραποθνήσκειν αὐτοῦ. Jura-
mentum hujusmodi Manuelis Comneni imperatoris
declarat signum brevius describit Nicetas : Ἐφεξῆς
δὲ τῶν θεῶν προτεθέντων λογίων ἐπ' αὐτῶν ἐμπι-
Porro imperatores in sua inauguratione etiam alios, si occasio offerretur, dignitatibus honestabant novisque titulis condecorabant: nam cum Joannes Andronici Junioris filius coronaretur, omnes ferme proceres, ut quemque imperatrix, patriarcha et concilium esse dignum judicarat, dignitates adepti sunt. Et Isactus quidem Aeanes panhypersebastus declaratus est, Apocausus magnus dux, Chummus magnus stratopedarcha. 368 Andronicus Palæologus Apocauci gener etiam ipse magnus stratopedarcha designatur, Gabalas protosebastus, et ita alii omnes, eorum suffragiis, de quibus supra diximus. Patriarcha quoque gradum permutare non poterat, habitu se angustio-rem fecit, et in subscriptionibus colore cæruleo usus; flammeumque seu tegmen capitis, quod antea patriarchas, si de monachis non essent, album ferre- mos erat, ipse auro illustravit, Servatoris nostri et illibatæ ejus genitricis Theoparæ ac Joannis Baptistæ depictis in eo iconibus. Cantacuzenus, III, 36. Ita ad ambitionem tegendam argumenta pietatis imagines assumi debuerunt.

Ambitiosior adhuc Bulgariae archiepiscopus, qui teste Georgio Logotheta in Chronico τὸ βασιλικὸν περιτίθησι σχῆμα καὶ διάδημα, ὡς ἐφασκεν αὐτόνομος ὢν καὶ μηδὲν εὐθύναι ὀφείλων διδόναι, καὶ διὰ τοῦτο ἔχειν ἐξουσίαν βασιλεῖα στέφειν. Vide Novel- lam 151 Justiniani imperatoris.

Cum Joannes Cantacuzenus Didymotichi imperator initiaretur, ipsemet primo vestem imperatoriam

induit, deinde in conspectu omnium peaes crepidis purpureis exornat; quarum dexteram et sanguine proximi, sinistram ex conductitiis Latinis nobilitate et splendore generis primi inducunt. Imperialem autem tiaram ante immaculatæ Virginis Dei Matris imaginem humi positam manu sua tollens ipse capiti suo imponit. Cantacuz. III, 27. Ubi observa morem ponendi humi coronam, ut insinuetur humilitas, et ante imaginem B. Virginis, ut ostendatur imperatoris in sanctos pietas.

Iterum coronatus est idem Cantacuzenus Adrianopoli, prout ipsemet his verbis exponit, III, 92: Jam vero placuit etiam imperatorum more coronari, quandoquidem et patriarcha Hierosolymorum et episcopi complures coram adessent. Cumque mandasset artificibus ut coronam et aliis ut alia ad eam celebritatem cæremoniamque accommodata conficerent, paratis omnibus a Lazaro patriarcha Hierosolymitano, mense Maio, quando Constantini Magni et Helenæ matris ejus, apostolis comparandorum, memoria colitur, corona induitur. Coronat autem et ipse, ut mos tenebat, Irenen conjugem suam; omniaque solitis ritibus, quam maxime fieri potuit, peracta sunt. Nam et argentea atque aurea numismata spargebantur, convivia poculorumque invitationes ad dies plurimos frequentabantur. Tertio demum coronatus est Cpoli in Blachernis Deiparæ virginis templo, prout ipse fusc exponit IV, 4.

Ad finem hujus capituli de coronatione imperatoris accipe ex Petro Damiano l. 1, ep. 17, hunc morem in coronatione observari consuetum, quem a Codino omissum mirarer, nisi scirem ei non fuisse propositum omnia in litteras referre. Ita ergo Damianus: Apud Græcos hæc teneri consuetudo perhibetur, ut cum imperator quis in dignitate creatur, mox ut imperialibus fuerit infalis redimitus, coronæ simul ac sceptri gloria decoratus, cum denique procerum vallatur obsequiis, cum excipitur modulantibus psallentium choris, quidam sibi præsto fit obvius, qui videlicet una manu vasculum plenum mortuorum ossibus ac pulveribus offerat, in alia vero stuppam lini subtiliter pexam ac pilis pensilibus molliter demolitam, cui protinus ignis adhibetur, et repente in ictu oculi flamma subito vorante consumitur, ut in altero debeat considerare quod est, in altero valeat videre quod habet, in cineribus siquidem se cinerem recognoscit; in stuppa jam colligit in die iudicii quam subito mundus ardebit; quatenus, dum se simul ac sua tam vana, tam floccipendenda considerat, de imperialis culminis ascenso fastigio nullatenus insolescat; et dum possessor atque possessio subjacere communi omnium casui non ambigitur, jam quasi de singulari dignitatis apice, qui ad summa proventus est, non inflatur. Pulchrum ergo mundanæ conditionis ordinem homo consideret, et dum suis usibus omnia cernit attribui, non sibi sed suo referat gratias conditori; lenocinantem mundi gloriam sub iudicii sui calcibus deprimat, virorem carnis aridum jam pulverem credat,

diem suæ vocationis tanquam speculum suis obtutibus anteponat, districtum ultimæ discussionis iudicium contremiscat, quatenus, dum nunc Creatoris sui legibus subditur, qui inter creaturas, quæ terrenæ sunt, videtur insignis, in cælesti quoque gloria veraciter sit sublimis. Et huc tendebat quoque acacia, quam imperator altera manu ferre solebat, de qua jam sæpius dictum. Est autem acacia ad verbum innocentia, et Acacius Innocentius, ut suo loco notavimus. GRETS.

CAPUT XIII.

Observationes et explicationes in c. 18 et 19, de coronatione despote, Sebastocratoris et Cæsaris.

P. 100. [Τὰ οὐκεία. Dignoscuntur c. 4 hujus operis. GOAR.]

B Ibid. Διβολέα πέδιλα, duplicis coloris calceamenta. Vel hinc apparet vocabulum διβολέα spectare ad duplicem colorem. (Hæc c. 3. GOAR.) Ex voce πέδιλα natum est πεδούλιον, et Latinis quoque pedulis. Interpres Juvenalis Sat. 1: Pedules novos in bracciis, quos pedornes dicunt. GRETS.

Ibid. [Υπόψηφον. Proprie qui ad aliquod munus electus est et deputatus, nondum tamen impositum habet vel a superiore commissum. Sic electus ad episcopatum, nondum tamen ordinatus, ὑπόψηφος est. Euchologium: Προσφέρεται δὲ ὑπόψηφος (ita legit) ὑπὸ τῶν κληρικῶν αὐτοῦ, ut consecratur.

Ibid. [Ἀσπίδαται κόδα. Vide dicta in nota ad p. 92.

C Ibid. [Καμάρας μικρὰς τέσσαρας. Despotæ corona solus circulus super frontem ambiens, quem gemini hemicycli superne in cruce acti exornant. Radix unius in fronte est et in occipite, supra utramque aurem alterius: ita quatuor fornices exsurgunt: καμάρα enim hemicycli pars est media. Imperii Francorum successor delphinus coronam gestat duobus istiusmodi hemicyclis in cruce transversis insignem et καμάρας μικρὰς τέσσαρας ἔχουσαν. Consule Marcum Vulsonium in Scientia heroica.

370 Ibid. [Ἐμπροσθεν μόνον. Hemicycli nimirum partem mediam circulo in fronte prominentem. GOAR.]

Ibid. Stenmatogyrium, a stemmate scilicet et gyris, quibus constabat. Junius gyratam coronam **D** vocat. GRETS.

Ibid. [Coronaræ cujusvis machinæ circulus planus solet esse basis, quæ κύκλος vel γῦρος nuncupanda. Circulus ille eodem opere conflatus, parque conspiciendo in imperatoris præclariori stemmate, στεμματογύριον est, quasi nudus, solo semifornice adjuncto, stemmatis circulus: στέμμα vero præcipuum est imperatoris insigne. Infera ejus ora στεμματογύριον vallatur. Parte frontis superposita geminant semicirculi duo, in ima quam in supera parte, qua declinant ad latera, conjunctiores. Στεμματογύριον æque ac prominentes semicirculi eæ metallo fabrilique opere videntur confecti; velantque pileum, at non supra aures, vel spatio quod dissident ab invicem, ubi pileus, sicut et ipsi cum

circulo inferiore, lapillis gemmisque coruscat. Pene me suggerat explicanda pilei forma rotunda, verum ad latera nonnihil latior, ob conspectum lapidem in ejus vertice insignem, adeo ut verticis decus omne quantumvis exiguum ab illo moderni Græci στέμμα denominent, quasi fuerit στέμματο; ipsius στέμμα. Percipe ex istis logothetæ verba: Τὰ μὴν ἐρυθρὰ πέδιλα ἀπεβάλετο καὶ τὴν περιμάργαρον πυραμίδα, εἰς τὴν καὶ λίθος ὑπερκάθηται κόκκινος, ἃ βασιλικὰ σύμβολα. Cantacuzeni quoque, 1, 3: Εἰσιὼν τοῦ οὐρανοῦ τὴν θύραν ἐκ μαρμάρων οὖσαν τὴν φλιάν ἡρμωμένην συμβέβηκε τὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς λίθον τῷ μαρμάρῳ προσάρραχθῆναι.

P. 101. [Τὰ γὰρ παλαιὰ ζητεῖται. Nec immerito; vix enim sub favillis exiguus ardebat primævi decoris igniculus, despotaque Sebastocratori et utroque Cæsari prælato, nonnisi nominis et insignium erat huic postremo dignitas. Insignia vero hæc ultimis temporibus adeo rara supererant ut vere apud Nicetam Isaacii Angeli, l. II Conradus Cæsar exprobrat, εἰς μόνον τὸ μὴ τοῖς πολλοῖς ὁμοχρωμον ὑπόδημα τοῦ ποδὸς τὸ τῶν Καيسάρων παράσημον καταλῆξει. Vetustiora Cæsarum insignia legimus apud Theophanem: Τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ Χριστοφόρον καὶ Νικηφόρον προεβάλετο Καίσαρας, τοῦ πατριάρχου ποιήσαντος εὐχὴν, καὶ τοῦ βασιλέως ἐπιθέτων αὐτοῖ; τὰς τε χλαίνας καὶ τὰ Καίσαρεια περικεφάλαια. Ὡσαύτως καὶ Νικήταν τὸν ἔσχατον ἀδελφὸν αὐτῶν ποιήσας νοβελισσιμον, ἐπέθηκεν αὐτῷ χλαίναν χρυσοῦν καὶ τὸν στέφανον. Καὶ οὕτω προῆλθον ῥίπτοντες βασιλεῖς ὑπάτελαν, τριμεῖστια καὶ σιμεῖστια καὶ νομισματα καινούργια, ἕως τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. Nobilissimi, de quo locutus est Theophanes, antiquata jam erat Codini tempore memoria. Ad Cæsarem redeat sermo, quem imperatori assedisse refert Theophanes. Βασιλέσκον τὸν Ἀρματίου υἱὸν προβάλλεται ὁ Ζήνων Καίσαρα· καὶ συνεκάθισεν αὐτῷ ἐν τῷ σήνασ, καὶ ἐτίμα τοὺς ἡνιόχους σὺν τῷ βασιλεῖ, eo quod in Circo perageretur ejus promotio, ἐν τῷ σήνασ, in sessione, alibi κάθισμα τοῦ Ἰπποδρομίου vocato, c. 17, nota ad p. 90. Bardam Cæsarem creatum nummos in populum sparsisse scribit Leo Grammaticus in Michaele Theophili: Προβάλλεται Μεγαλὴ Βάρδα θείον αὐτοῦ Καίσαρα, ὃς ἐπὶ ἄρματος ἐποχηθεὶς ἔδωκεν ὑπάτελαν τῇ μέσῃ. Scribitur idem συγκαθεσθεὶς τῷ βασιλεῖ, ac pertransiens a cæteris assurgentibus præcipuo honore cultus. Βάρδα δὲ τοῦ Καίσαρος ἐν τῇ προελύσει διερχομένου μετὰ σκαραμαγγίλου ὄξως, εἰς τὸ ὠρολόγιον καθεζόμενος Διμηανὸς οὐκ ἐπηγέρθη τιμῆσαι αὐτὸν· τοῦτον ἰδὼν ὁ Καίσαρ ἰθυμώθη λίαν. GOAR.]

Ibid. De Manuele et Joanne uxoris suæ fratribus ipsemet Cantacuzenus, IV, 5, ibidem de filiis suis idem. Manuel Asanes aliquoties etiam a Cantacuzeno appellatur despota. GRETS.

371 Ibid. [Διὰ λίθων ἡεράνεων. Quia color ille ἡεράνεος subviridis, de quo c. 3, Cæsaris est insigne, περιβάλου, dicebant illi Bardæ Cæsari apud Leonem citatum, τὸν χρυσοπέρικόν σου χιτωνίσκον. Ὅξυν

A modo dixit: at ille color ἡεράνεος inter cæruleum et viridem medius est. Nicetas ἡεράνεον scribit Isaaci Augeli I 1: Ἠράνησαν παρὰ τῶν βαρβάρων αἱ κατοῦναι πᾶσαι καὶ τὰ χρυσοῦψῃ βούχα τοῦ Καίσαρος, τὰ μετὰ τῶν ἡεράνεων χρωμάτων σεσημειωμένα.

Ibid. [Εἰς τοὺς αὐτῶν οἴκους. Miror ad proprias domos, non ad ecclesiam, preces pro imposita dignitate, quo fausta reipublicæ felixque evaderet, suscepturos Cæsarem et Sebastocratora deductos auctorem scripsisse. Tanta namque religione imposita sibi munia subibant aulici CP., ut illa nonnisi prævia episcopi vel patriarchæ benedictione auspicarentur. Hinc Euchologica orationes ἐπὶ προχειρίσει Καίσαρος, νοβελισσιμῶν, κουροπαλάτου, ac ἐπὶ προαγωγῇ ἀρχόντων ἦτοι πατρικίων, alia. Hinc iterum videas apud Cedrenum in Constantino Leonis F. patricii dignitate provectum quemdam festim κατελθόντα, ὡς εἶδος, λαθεῖν εὐχὴν. Sed et superiores magistratus aliis subditis nullam conferrebant potestatem quin eam cruce facta committerent. Inde τοῦ σφραγιζῶν verbi novam percipies significantiam, qua tibi sæcularis magistratus cruce facta designatur institutio. Blastares τοῦ στοιχείου K c. 32: Τοὺς συνηγόρους φησὶν ἡ πς' νεαρά τοῦ βασιλέως Λέοντος τοὺς ἐν πολιτικοῖς τεταγμένους δικαστηρίοις καὶ ὑπὸ πριμικηρίοις ὄντας καὶ ὑπὸ κοσμικῶν ἀρχόντων σφραγιζομένους. Eadem quoque voce monasterii præfecti denotat institutionem Germani patriarchæ decretum Juris GR., I, III, p. 234: Τοὺς ἡγουμένους δὲ οὓς ὁ μητροπολίτης προχειρίσαστο εἰς τὰ μοναστήρια, ἐξέσται σοι παραστῆλαι, καὶ ἀνθετέρους σφραγίσαι, εἰ μὴ πως ἀρεστοὶ σοὶ δοκῶσιν οἱ προεσφραγισμένοι. Ἠγουμένου σφραγίδα legis p. sqq. tum sparsim in eodem opere. GOAR.]

CAPUT XIV.

Observationes et explanationes in c. 20, de electione patriarchæ.

Ibid. Titulus Junii est περί χειροτονίας. Est autem chirotoniæ vocabulum, ut et τὸ χειροτονεῖν et χειροτονεῖσθαι, homonymum, significans interdum ipsam designationem, electionem et renuntiationem, aliquando consecrationem, ordinationem, initiationem et sacram inaugurationem. Quare videndum quem sensum hoc vel illo loco dictiones istæ ferant. Errat ergo Junius, cum ista verba Codini, c. 20, χειροτονεῖται δὲ ὁ πατριάρχης ὑπὸ τοῦ Ἡρακλείου, sic reddit: Designatur vero patriarcha a metropolitano Heracleæ. Imo consecratur, ordinatur, et ut sic dicam, inauguratur; nam designatio seu electio patriarchæ Cpolitani non erat episcopi Heracleensis. Aut si et hujus, nonnisi ut partis unius, quandoquidem ad patriarchæ electionem plures conveniebant, ut docet nos hic Codinus. Ab Heracleensi episcopo patriarcham consecrari consuevisse testis est etiam Zonaras in imperio Constantini filii Leonis sol. 156, qui Heracleensis cum imperatorem offendisset, Polyeuctum patriarcham 372 consecravit episcopus Cæsariensis. Ὅς παρὰ τοῦ Καίσαρος

χειροτόνητο. Ubi male interpres Wolfius : *A Cæsariensi episcopo electus. Non electus, sed consecratus est; jam antea enim fuerat electus, καὶ προχειρίσθη πατριάρχης Πολύευκτος μοναχός.* Male etiam Crusius in historia patriarchica Malaxi, l. ii Turco-Græciæ, p. 131 : *Ἐχειροτόνησεν αὐτὸν ὁ Ἡρακλείας πατριάρχης. Declaravit ipsum Heracleensis patriarcham; imo consecravit, ordinavit, initiavit.* Pulchre Zonaras ad can. i Apost. : *Νῦν μὲν χειροτονία καλεῖται ἡ τῆς καθιερώσεως τοῦ ἱερᾶσθαι λαχόντος; τελειουργία τῶν εὐχῶν καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος; ἐπίκλησις ἀπὸ τοῦ τὸν ἀρχιερέα ταῖναι τὴν χεῖρα εὐλογοῦντα τὸν χειροτονούμενον· πάλαι δὲ καὶ αὐτῆ ἡ ψῆφος; χειροτονία ὠνόμαστο.*

Errat iterum Junius cum verba ista, ἐν δὲ τῷ τῆς αὐτοῦ χειροτονίας; καὶ ὡς ἔρχεται μὲν ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν ἁγίαν Σοφίαν, more Calviniano detorquet in solam (veluti ministri alicujus) designationem, ita vertens : *Quo autem ellgendus est tempore.* Minime vero, sed quo tempore *ordinandus et consecrandus* est patriarcha; seu *tempore ordinationis et consecrationis appetente, venit imperator ad Sanctam Sophiam.* GRÆTS.

P. 102. Cantacuzenus, iv, 37. *Divina S. Spiritus gratia invocata, tres in patriarcham eligunt, Philotheum Heracleæ, Macarium Philadelphias episcopos, et privatum adhuc Nicolaum Cabasilum; electorumque nomina imperatori scripta mittunt, qui Philotheum maluit; et is non diu post, legitimis omnibus servatis, patriarcha consecratus ecclesiam aliquandiu administravit.* Olim imperator arbitrato suo, solus, sine episcoporum suffragiis, patriarcham designabat; quod contra canones factum esse fatetur Cantacuzenus, iv, 37, ubi episcopis potestatem facit ut more veteri tres nominent, ex quibus ipse postea eum qui magis arriserit cæteris præferat. §

Postquam Græci a communione sedis apostolicæ sejuncti omnem potestatem, etiam ecclesiasticam, in suos imperatores transtulerunt, non defuerunt certe imperatores partibus sibi delatis, sed qua potestate patriarchas ponebant, eadem eosdem iterum deponabant, et si liberet, depositos reponabant. Omnia historicorum volumina plena sunt exemplis, præcipue Cedreni, Zonaræ, Glycæ, Constantini Menasæ, Nicephori Gregoræ, Cantacuzeni; Turcasque suos successores ipsis factis suis edocuerunt quomodo ipsi itidem cum patriarchis agere deberent. Certe Mahometes sultanus, qui Cpolim sub suum jugum misit, vix alio ritu Gennadium Scholarium creavit quam hic a Codino describitur : *Nam suis manibus δεκανίχιον seu δισκανίχιον, pastorale pedum, magni pretii dedit, baculum nempe argenteum inauratum, artificiose factum. Dedit et equum bonum et certam aureorum summam, his verbis datis quod faustum ac felix sit, esto patriarcha, et utere nostra amicitia in quibus rebus voles, habens omnia jura privilegiaque, sicuti superiores ante te patriarchæ habuerant. Habe quoque templum Sanctorum Apostolorum 373 domicilii loco. Ita id tunc*

accepit, et patriarchicam ibi sedem collocavit, ut est in historia politica l. i Turco-Græc. p. 15. Verum hæc benevolentia sultanorum in patriarchas non diu duravit. Nam sub isto ipso Mahomete patriarchas novem exstiterunt, et præter Gennadium, qui sponte cessit, vix ullus fuit quem calumniatores de solio non dejecerint vel dejiciendum per Bassas Turcicos curarint, introducto etiam duorum millium florenorum *bescesio*, quod patriarcha recens electus pendebat, et annuo tributo totidem millium, cui *charazio* nomen erat.

Postea etiam usque ad hæc nostra tempora vix unquam pax schismaticis cum schismatico patriarcha fuit. Semper suppullularunt æmulationes invidiæ et occultæ machinæ ad hujus vel illius exitium; ut mihi videatur non sine consilio divino edita esse in Turco-Græcia historia politica et ecclesiastica seu patriarchica rerum Cpolitianarum, ex qua perspicue elucet schismaticos non modo cum supremo catholicæ Ecclesiæ capite per charitatem conjunctos non esse, quod per se liquet, sed nec inter se, cum sub gravissima infidelium servitute mutuo sese miris cuniculis infestent, et modo hunc modo illum in patriarchalem thronum Turcarum ope sublevent. Valet nimirum hic illud : Qui pote, plus urget.

Phranzes, Chronici, iii, 19, ferme accuratius morem declarandi patriarcham ab imperatore describit quam Codinus. GRÆTS.

P. 102. [*Ὁ βασιλεὺς ἀπὸ τούτων.* Ad trium electorum tertium in patriarcham nominandum non ita coartata imperatoris libertas, quin omissis episcoporum suffragiis eum quem vellet, consuetudine permittente, designare potuerit. Blastares τοῦ Κ στοιχείου, c. 32 : *Τῶν γὰρ κανόνων τῶν τὰς ἐπισκόπων ψήφους τοῖς ἐπισκόποις τοῖς ἐπαρχίας ἀνατιθέντων, ἄρχοντι δὲ μηδὲν τούτων ἐξεῖναι κοινωνεῖν κελυόντων, εἰ βασιλεῖς καὶ τῆς ψήφου τῶν ἐπισκόπων χωρὶς καὶ πατριάρχας καὶ ἐπισκόπους προβάλλονται. Διὰ τοῦτο, ὡς εἴκοι, ἐπὶ τῷ βασιλεὶ Μιχαὴλ τοῦ Δούκα ὁ μητροπολίτης ἐκεῖνος Σίδης τὰ τῆς βασιλείας ψκόνουμι καὶ ὁ Νεοκαισαρείας τὰ τῆς πόλεως ἀνεγράψατο, καὶ ἐφ' ἡμῶν ὁ Κυζίκου Νίφων τὴν τε ἀπογραφὴν καὶ τὰς τοῦ δημοσίου ἀπάσας ἐνεργησι δουλείας.* Sane operas episcoporum æquo ac electionem imperatoris dispositioni subjectas adulate supra modum calamo scribit Blastares. De CP. patriarcharum electione et inauguratione docte præclareque illustrissimus episcopus Vabrensis eo præsule digno Ἀρχιερατικῶ. De trium electione faciendâ accuratiorem habet narrationem, p. 481 et sqq.

Ibid. [*Μήνυμα nonnunquam vadimonium dictum, aliquando principis mandatum sive rescriptum, hic ejusdem codicillos, breve, nobis breve πιττάκιον proprie vel ψήφισμα significat. Datis enim regiis diplomatibus collatas dignitates firmabant imperatores. Anna, Alexiados, ii : Ἐδεῖε γὰρ μὴ τοῦ χρυσουόλλου τάχιον ἢ προσήκη καταπεμφθέντος αὐτῷ, ὃ τὴν τοῦ Καίσαρος ἀξίαν τούτῳ ἐχαρίζετο, etc.*

P. 103. [*Θρόνον ἡσπαρέου*. Honor et color qua- A
lis Cæsari patriarchæ tribuitur ; ac eam forsam ob
rem ejus proclamationi se Cæsar subtrahit. Vide
dicenda ad v. 15 et sqq.

Ibid. [*Ἀριστάρται ἀμφοτέροι*. Mutuo nec non
æquali honore se colunt imperator et patriarcha ;
dumque sibi invicem assurgunt, pari sese **374** ex-
cellere dignitate præsentunt. Cantacuzenus, 1, 5 :
Ὀὐκ ἔθος βασιλεῦσιν ἐξαντίσταςθαι ἰδιώταις.

Ibid. [*Ἀπὸ τῶν ἀξιώματων τις*. Aliud in aula
CP. dignitas, aliud officium. Dignitatem voco, qua
obtentata solus honor acquiritur, officium, quod mi-
nisteriis in principis vel publici bonum imponditur.
Quid præstitit imperio sebastocrator, panhyperse-
bastus, Sebastus et tot alii, de quibus auctor sæ-
pius οὐκ ἐνεργεῖται vel ἀνεπίγνωστον scripsit, nisi
ut delatos honores admitterent, rogis acceptis cor-
roderent ærarium, vani nominis appellatione gau-
derent ? Hos propriis ἀξιώματα et ἀξιωματικούς
dictos reperies, alios ὀφικιάλιδας vel ἄρχοντας.
Zonaras in Basilio et Constantino : Παρεχωρήθησαν
ἔχειν ὃ ἂν ἕκαστος ἐξ ἐκείνου τυραννοῦντος εἰλήφει,
εἴτε ἐν ἀξίαις ἦν εἴτε ἐν ἀρχαῖς εἴτε μέντοι ἐν κτή-
σει. Annua stipendia sive pensiones viris in digni-
tate constitutis colligo a Comnenæ l. III, loco sub-
obscuro, quo Germanorum imperatori ab Alexio
promittuntur pacti jam inter eos acti ratione ῥόγαι
τῶν ἑοθίντων εἰκοσι ἀξιώματων, virorum viginti
dignitatibus præcellentium stipendia.

Ibid. [*Τοῦ πατριάρχου δικανικόν*. Nusquam C
scripta, sed *pastorales baculos* sive *peda* gerunt ec-
clesiæ pastores. Δικανικία vocant Græci, eo quod
et ipsi justitiam in subditos exercent. Πατριόσαν
benignius vocant hodierni. Doctius ἀρχιερατικὴν
ῥάβδον posuit Euchologium : Εἶτα δίδωσιν αὐτῷ ὁ
ἀρχιερεὺς ἀρχιερατικὴν ῥάβδον, λέγων οὕτω πρὸς
αὐτόν· Λάβε τὴν ῥάβδον, ἵνα ποιμαίνῃς τὸ ἔμπρο-
σθὲν σου ποιμνίον τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῖς μὲν εὐπει-
θίσιν, ἔστω αὐτοῖς ὑπὸ σου βακτηρία καὶ ὑποστη-
ριγμὴς, τοῖς δὲ ἀπειθοῦσιν καὶ εὐτραπήλοις χρῆσον
αὐτῇ ῥάβδῳ ἐπιστυπτικῇ, ῥάβδῳ παιδεύσεως.

Ibid. [*Παλυχορίζουσι*. Ex hac consuetudine, ut
recens instituto patriarchæ πολυχρόνιον oclnatur,
de Copronymo narrat Theophanes : Ἀνήλθεν Κων-
σταντίνος ἐν τῷ ἄμωνι, κρατῶν Κωνσταντίνου μο-
ναχὸν ἐπίσκοπον γενόμενον τοῦ Σουλίου, καὶ ἐπυ-
ξάμενος ἔφη μεγάλη τῇ φωνῇ ἰ Κωνσταντίνῳ οὐ-
κωμανικῷ πατριάρχῃ πολλά τὰ ἔτη.]

P. 104. [*Ἀπέρχεται ἰαπότης*. Restitutio in
thronum, æque ac primum instituto, Isaiæ patriar-
chæ parem honorem exhibuit junior Andronicus,
teste Cantacuzeno, l. 1, c. ult. : Καὶ πατριάρχῃ
Ἡσαΐα δι' αὐτὸν ἐγκλεισμένῳ, ὅσον τε ὁ καιρὸς
ἐδίδοτο εὐχαριστήσας, καὶ εἰς τὸ πατριαρχεῖον ἐφ' ἑπ-
που βασιλικῶς κεκοσμημένου ἀγαθῶν, ἐπαῆλθεν
αὐθις εἰς τὰ βασίλεια. Gennadium patriarcham re-
center consecratum Mohamedus nomine secundus,
primus Cpolis sibi subjectæ infidelis tyrannus, μετα-
καλεσάμενος ἑνθον τῶν βασιλείων αὐτοῦ ἰδίαις χειρῶν

δέδωκεν αὐτῷ δεκανίκιον (Ita corruptius profertur)
πολλοῦ ἄξιον, ἦτοι ῥάβδον ἀγρυρῶν, περιεχερσῶ-
μένην ῥάβδον, καὶ ἑπτον ἀγαθῶν, καὶ μέρος χρυ-
σῶνων ex Chronico Cp. GOAR.]

P. 101. Junius hæc non vertit, sed penitus ever-
tit. *Sciendum est quod alii sacerdotes summi ele-
ctionem facientes obsignant bis. Patriarcha designa-
tionem solum ; quia ab imperatore facta designatio pro
minore sigillo ducitur.* Corrige. *Sciendum est autem
alios sacerdotes summos* (hoc est episcopus, archi-
episcopus, etc.), *eligi per duplex sigillum ; hoc est
per duplicia suffragia seu vota obsignata, seu per
duplex scrutinium.* Τὴν μὲν πρώτην σφραγίδα κα-
λοῦσι μικρὰν· *Primum sigillum vocant minus.* Pri-
mum sigillum, hoc est, ut jam plerique vocant,
primum *scrutinium*, vocant minus. At vero patriar-
cham (Cpolitianum) per unum duntaxat sigillum,
hoc est uno scrutinio, eligunt, eo quod πρόβλησις
seu renuntiatio ab imperatore facta suppleat vicem
375 minoris sigilli. Quod ait Junius, primum il-
lud sigillum seu scrutinium vocari *nominationem* vel
præsentationem, secundum vero *collationem* sive
collaturam, id minime dixisset, si ex jure dilicisset
quidnam jus nominandi, quid jus præsentandi et
quid jus conferendi esset. Nec hoc omitendum, in
Turco-Græcia τὴν πρώτην καὶ δεύτερον σφραγίδα vo-
cari τὸ πρῶτον καὶ δεύτερον μῆνυμα, p. 108. GRETS.

P. 104. [Electionem deputationemque ad officium
quodpiam, ut et germanam in illud institutionem,
vocant ecclesiastici σφραγίς, seu crucis signo vel
fieri solitam vel firmatam. Illa πρώτη καὶ μικρὰ σφρα-
γίς, hæc δεύτερα καὶ μεγάλη. Quia vero non cruce
signat imperator patriarcham, minor siquidem a
majori benedicatur, ejus electio virtute par est πρώτῃ
σφραγίδι, nomen nihilominus non adipiscitur. GOAR.]

P. 105. Eodem modo quo patriarcha Cpolitianus
tresque cæteri patriarchæ, eligebatur archiepisco-
pus Achridis ; quæ quia patria Justiniani imperatoris
erat, ab eodem prima Justiniana vocata est, magnis
aucta privilegiis, qua ecclesiasticis qua politicis ;
quam ad archiepiscopatum evexit, eique subiecit om-
nes provinciales episcopos dioceseos, Daciæ et Mysi-
æ secundæ, Dardaniæ, Prævalitanæ et secundæ
Macedoniæ. Gregoras, l. II : *Olim Justinianus impe-
rator eam provinciam ex qua oriundus erat cum aliis
multis rebus ornatam, tum primam Justinianam appel-
laverat, atque etiam perpetua libertate donarat, eo
tamen excepto, ne ejus archiepiscopi Romanorum im-
peratores inungerent ; quæ prerogativa legibus aliis
est concessa, etc. Regia sedes eorum* (Bulgarorum)
*deinceps urbs ea esse cepit quam Justinianus imperator
archiepiscopatus honore primæque, ut diximus, Jus-
tinianæ nomine ornavit. Post appellationem gentis il-
lius vulgata locus ipse Bulgaria dictus est, et Bulgariæ
metropolis prima Justiniana.* Vide Novellam 11 Jus-
tiniani et ad eam scholia Cujacii, et Novellam 13f.
Alia Justiniana nomine secunda fuit in Cypro insula,
patria Theodoræ uxoris, ut est apud Nicephorum
xvii, 28, et xvi, 37, quanquam Procopius, l. IV De

œdificiis Justiniani, affirmat Ulpianum, Dardaniæ A oppidum, secundam Justinianam appellatum esse. Tertia Justiniana non est Chalcedon, ut inapte vertit Juntus, sed Carthago in Africa: neque enim Καρχηδών, ut in sua quoque editione habet Junius, est Chalcedon, sed Carthago; quæ Justiniana dicta, quod Justinianus imperator Carthaginem una cum Africa, pulsis Vandalis, Romano imperio restituerit. Vide Novellam 131. Alia Justiniana nova exstat in Notitia, not. 8, et alia notit. 28, ut notat Cujacius ad Nov. 11.

Ibid. Formula hujus precationis inserta est l. vi Juris Græ., p. 441. GRETS.

Ibid. [Ἀρχιμανδρίται. Non amplius *specum* sed ovium caprarumve *gregem* Græci vocant μάνδραν; quæ vox ad homines sociam ad invicem et pacatam vitam agentes translata aliam festimam producit, ἀρχιμανδρίτην nimirum, qui hujusmodi quietam, solitariam ac sociam vitam in montibus et specubus terræ agentibus ducem se præbet ac rectorem. Quo perspecto 376 non exigua oritur difficultas, quotorum vel qualium sit dux ac rector archimandrites, an plurium vel paucorum monachorum (hi enim sunt, qui testante Basilio ἐν ὄρεισι καὶ ὄραις τῆς γῆς habitant), an unius abbas vel multorum monasteriorum sit gubernator supremus, velut is qui nobis provincialis dicitur aut generalis. Quam partem tenueris, nullum incurres deceptionis periculum: unius enim quandoque superiorum, plurium etiam nonnunquam significat monasteriorum præsidem. Primi sensus allati argumentum est Eutychetis appellatio, quæ in concilio Chalcedonensi et apud Theophanem archimandritæ est, apud Theodorum presbyterum, de Incarn. Domini τοῦ ἡγουμένου ὁ Ἐὐτυχῆς ὅς ἦν ἡγούμενος μοναστηρίου ἐνός, inquit. Idem est igitur ἀρχιμανδρίτης qui ἡγούμενος, unius solius monasterii abbas, pater, superior ac rector. Secundo tamen sensui non deest multiplex probatio, prima, quod privati monasterii superior non patitur ob humilem nimis statum se ἀρχιμανδρίτην vocari; secunda, quod cum tantum sustineant appellationem qui plura regunt jure supremo monasteria, vel qui saltem majori præsent monasterio, cui plura subjiuntur μετοχῆτι, velut antiquis nostris abbatibus minores prioratus: tertia, quod in textu quem elucubramus. interposita Inter ἀρχιμανδρίτας εἰ καθ' ἡγουμένους πρωτοσυγγέλλων dignitate ab invicem longissime differre demonstrantur, imo particula exaggerans ἀλλά res omnino diversas indicare declarat. Transit in auctoris nostri mentem illustrissimi præsulis Vabrensis opus vere pontificium eo loci τοῦ ἀρχιμανδρίτου καὶ τοῦ ἐξάρχου καὶ τοῦ ἡγουμένου πρόβλημα dat spectandam, certe non ut unius, sed ut plurium, quorum ut una non est appellatio, ita nec unum officium fuisse temere putandum est. Criterium quem Cantuzenus, 1, 52 et 53 τὸν τοῦ ἁγίου δρους πρῶτον, *sacri montis*, ubi plura monasteria visuntur et ad quatuor millia monachorum degunt, *præfectum* vocat,

aliud esse non reor ab eo, de quo sermo, archimandrite. GOAR.]

Ibid. Memorat hic Curopalata *protosyncellos*. Junius legit *protosyncelos*. Vox composita, inquit, ἐκ πρῶτος et σύγγελλος, quod nomen est per syncopen dictum pro συνάγγελλος, id est, ut hodie magis receptum est, *cœnobia*. Sed in eis cœnobiis archimandritæ sunt abbates seu patres, protosynceli vero senes quique. Si protosyncellus idem est quod cœnobita, tunc omnis monachus eum aliis in monasterio degens erit protosyncellus, quia omnis talis monachus est cœnobita. At hoc inauditum est. Deinde si protosyncelli sunt senes quique in suo ordine, ad quid opus habent propria ordinatione et chirotonia, ut archimandritæ? Nam ut quis sit senex aut senior in suo ordine, id non largitur electio et consecratio, sed tempus et ætas.

Quis igitur, *protosyncellus* et simplex *syncellus*? Olim syncellus appellabatur is qui mortuo patriarchæ successurus erat. Testes Zonaras et Cedrenus in imperio Constantini Monomachi, quorum ille explicans quisnam apud Saracenos diceretur scriphus seu scriphes, ita scribit: Οὗτος δ' ἐστὶ παρ' αὐτοῖς ὁ παρ' ἡμῶν πάλας ἦν ὁ λεγόμενος σύγκελλος. Ὡς γὰρ ὁ σύγκελλος τοῦ πατριάρχου θανόντος εἰς τὸν ἐκείνου τόπον ἀντικαθίστατο, οὕτω καὶ ὁ σερίφης τοῦ Χαλιφᾶ φθαρέντος τὸν τελευταῖον διαδέχεται. Eadem Cedrenus. Ubi notanda vox πάλας, qua significant olim quidem hac notatione nomen hoc usitatum fuisse, postea desiisse. Sic Anastasius Germani patriarchæ syncellus fuit, Cedren. in imp. Leonis Iconomachi p. 456. Syncellus item fuit Stephanus frater Leonis imperatoris, 377 Cedren. p. 594, in locum Photii substitutus. Syncellus quoque designatus Theophylactus Romani Lacapeni filius a Nicolao patriarcha, etsi ei non successit, sed Stephanus Amasææ metropolita, Cedr. in imp. Rom. Lac. p. 634. De Joanne syncello lege Zonaram in imperio Theophili, ut et de Michaeli syncello Cedrenum. Idem Cedrenus mentionem facit protosyncelli in imperio Michaelis Stratiotici, satisque indicat eam de qua ibi loquitur dignitatem fuisse politicam, non ecclesiasticam, cum dicat penes illum fuisse reipublicæ administrandæ curam. Τῷ πρωτοσυγγέλλῳ λέοντι, inquit, προσελθόντες τὰ κοινὰ διοικούντι τῷ τότε.

Est autem syncellus quasi ejusdem cellæ consors, et protosyncellus primus inter cellæ consortes. Res tandem in dignitatis nomen abiit, ut qui nec σύγκαπνο: nec σύγκελλοι essent, tales tamen appellarentur. Sicut hodie multi habent eum titulum ut vocentur S. D. N. *domestici*, ita et syncelli patriarcharum tandem evaserunt illi qui forte nunquam in patriarchio habitaverant. Huic postea dignitati agnatum est πρῶτος, πρωτοσύγκελλος, ex solita nimirum ambitione qua simplicia vocabula τοῦ πρῶτου convestire solent. Invenerant olim Græci titulum *nobilissimi*. Res hic non stetit, ambitio πρωτονωβελισσιμος esse voluit. Nec hic, quamvis in longo no-

mino, finis : ut placet tibi ille in jure Græco-Romano I. IV Νικήτας πρωτονωβελισσιμουπέριτατος? Quale monstrum tituli! erant Græcis πρόεδροι : titulus iste augendus fuit præscripto vocabulo πρώτου, πρωτοπρόεδροι : quod in Jure Græco Romano passim obvium est. Etsi [autem] scriptura illa σύγγελλος et πρωτοσύγγελλος apud nonnullos scriptores reperitur, non dubito tamen vitiosam esse, germanamque illam σύγγελλος et πρωτοσύγγελλος, quia clarum est *concella*, hoc est ab eadem *cella* nomen descendere. Hinc Wilhelmus Tyrius, XIV, 12, *concellas* nominat. Ennodius, I, 1, epist. 5 [vocat] *cellitanos* et quod Græcum magis exprimit, *concellaneos*. Heraclius imperator, ut est in quadam ejus constitutione, quæ exstat I. II juris Græco-Romani, numerum *syncellorum* ad duos rededit. Mirum vero Codinum *syncelli* seu *syncellorum* mentionem nullam fecisse, dum catalogum officialium magnæ ecclesiæ texeret, nisi quis dicat *syncellorum* appellationem non officii, sed dignitatis fuisse.

Ibid. [Qui primus omnium σύγγελλος ac ideo temporis ordine πρωτοσύγγελλος legitur, fuit Anastasius ille presbyter, cui, referente Theophane, quam conceperat de fide perversam sententiam, publice pronuntiandam in ecclesiæ conventu dedit Nestorius : 'Ομιλιαν περί πίστεως ἐκδέδωκεν τῷ ἑαυτοῦ συγγέλλῳ. Hic autem cum sublato e vivis Nestorio patriarchæ dignitatem non exceperit, nihil aliud eo vivente adeptus quam ut esset convictus ejus particeps, domus cellæque consors, animæ rebus in dubiis director, in arduis consiliarius, in secretis conscius, ac indivisus in prosperis et adversis socius. Hoc primum primi qui legitur *syncelli* munus; hæc ut vera nominis expositio, ita pariter officii finis et cognitio sincerior. Evagrius de ipso *syncello*, VI, 2 : Τοῦ Νεστορίου διάπυρος ἑραστής, ὃς καὶ συνέκδημος οἱ γέγονεν πρὸς τὴν ἐπισκοπὴν ἀπαρῶντι. Socrates, VII, 32 : Συνὴν αὐτῷ Ἀναστάσιος πρεσβύτερος, ἅμα αὐτῷ ἐκ τῆς Ἀντιοχείας σταλεῖς. 378 Τοῦτον διὰ τιμῆς εἶχε πολλῆς, καὶ ἐν τοῖς πράγμασι συμβούλῳ ἐγρήτο. Presbytero deinceps hujusmodi in cibi cellæ secretorum, vitæ denique omnium societatem adscito, procedentibus annis factum est ut qui in ecclesiæ cœtu amicos, in palatio quoque notos allegerat, nullo, si quæ forent, ejus merita virtutesque ignorante, defuncto patriarcha in ejus locum successor eligeretur; quique nomine *syncelli* vel dignitate penes patriarcham adhuc in vivis agentem, ceu ejus sincerior *concellaneus*, insignis vixerat, idem post lethum, ut in ecclesia thronum, ita cellam ipsum et secretis patriarchii penetrale occuparet. Videtur mos hujusmodi circa Leonis Isauri tempora invaluisse, de quo Cedrenus : Ἐδραν οὖν ἐν τούτῳ σύμμαχον Ἀναστάσιον σύγγελλον τοῦ ἁγίου (Γερμανοῦ) συνταξάμενος αὐτῷ τοῦ θρόνου διάδοχον γενέσθαι. Invaluisse dixi, non primo morem institutum : jam enim sub Anastasio seniore Τιμοθέου ἀποθανόντος, scribit Theophanes Ἰωάννην τὸν Καππαδόκην πρεσβύτερον καὶ σύγ-

κελλον Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον προεχειρίσαντο. Et sub Justino pariter seniore Ἰωάννου ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τελευταίαντος Ἐπιφάνιος πρεσβύτερος τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας καὶ σύγγελλος χειροτονήθη. Majora semper incrementa more capiente, Stephanus Leonis Sapientis frater, quem Basilius pater clero CP. sociarat educandumque ac *syncelli* dignitate ornandum Photio dederat, ait Leo Grammaticus, eodem Photio secundo submoto confestim in ejus locum suffectus est patriarcha. Cedrenus vitæ Leonis initio : Προσέταξεν ὁ Λέων τοῦ θρόνου Φώτιον καταγαγεῖν, κατὰ πόδας δὲ Στέφανον σύγγελλον τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφὸν ὁ βασιλεὺς πατριάρχην προβάλλεται. Et in eodem Leone : Χειροτονεῖται πατριάρχης ὁ σύγγελλος Εὐθύμιος.

B Consuetudinem hanc quasi legem habitam narrat Cedrenus idem in Monomacho : Ἐκεῖνον γὰρ (πατριάρχου) ἀποθανόντος, ὁ σύγγελλος εὐθύς εἰς τὸν τοῦτου θρόνον ἐγκυαθίσθη. Πάλαι dixerat nonnihil superius : Monomachi enim ætate consuetudo vel lex quæcumque de *syncellis* ad patriarchatum subvehendis extincta erat et penitus abrogata. Eo tamen ac sequentibus temporibus non unus modo sed et plures *syncelli*; ac tandem inter eos primas tenens protosyncellus, cujus nomen deinde plures ambiunt. Verum integram *syncellorum* cohortem aliquando miratus, ac de iis cum Græcis ipsis collocutus, percepi ex ea quæ semper inter eos viguit dignitatum ambitione vel titularum cupiditate pro-

C fluxisse, ut qui patriarchatum expeterent vel *syncellos* in munere vellent æmulari, nomen primum aucuparentur. Pristini vero temporis *syncellus*, patriarchæ licet successor designatus, quo desiderii successionis a se amoveret suspicionem, ubi patriarchæ consacrificabat, populum ad preces pro eo et ejus salute nec non ei vita longæva obtinenda fundendas hortabatur, quod cum facerent pariter per CP. ecclesiæ alii presbyteri, exin quasi *syncelli* nomen promeriti, ea se dignitate promovendos curant; ac ut viget et aliis præferri querit honoris cupiditas qui magna in ecclesia *syncellus* preces hujusmodi denuntiaret faciendas, protosyncellus, ut reliquis anteposendus ac dignior, est appellatus; ac ubi sacerdotes vel metropolitæ patriarchæ concelibrantes id muneris fuerunt exsecuti, *syncellorum* quoque ac protosyncellorum honorem sibi arrogarunt. Audi Cedrenum in Romano Argyro : Ἐτίμησε δὲ συγγέλλους μητροπολίτας τρεῖς. Plures itaque *syncelli*, adeo sublimis etiam honoris cupidinemoli ut in consensu a sacerdotibus in missa habendo metropolitæ se præferri contenderent. Idem Cedrenus inferius : Ἐγένετο δὲ κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς ταραχὴ διὰ τὴν καθέδραν ἐν τῇ λειτουργίᾳ, μὴ καταδεξιμένων τῶν μητροπολιτῶν προκαθίσαι αὐτῶν τοὺς συγγέλλους ἐν τῷ συνθρόνῳ. Ipsi nihilominus metropolitæ aliquando *syncelli*, ut præmis.

D Cedrenus idem in Basilio et Constantino Romani FF. : Ὁ σύγγελλος Στέφανος καὶ τῆς Νικομηδείας πρόεδρος. Pene præterieram non *syncellorum* modo,

qui patriarchæ *concellaneus* ac ejus πνευματικός A foret, sed et qui Imperator præstaret idem officium, eo nomine 379 vocatum, quod maxime semper eum comitaretur, ac in palatio ad ejus *cellam* (κελλιον enim etiam imperatoris secretius penetrale dictum superius) *coxcellaneus* σύγκελλος, ac præ aliis dignus μέγας πρωτοσύγκελλος habitaret. *Aderant ei* (si Phranzæ interpreti fides habenda) *sacerdotes sui* (patalini nimirum) et *spiritualis pater Gregorius magnus protosyngelus*. De Joanne imperatore loquitur ad concillium Florentinum viam capessente. Scribit porro protosyngelus, prout alii Græcæ σύγγελον ob eandem cum σύγκελου pronuntiationem et ignoratam συγγέλλου propriæ vocis significantiam et originem.

P. 105. [Καθηγούμενοι. Quos ἡγουμένους quoque dicimus : προηγούμενους autem, qui hos in officio præcesserunt, et superiorum munere, quo se abdicarunt, sunt functi.

Ibid. [Τὴν σφραγίδα. Πρόβλησιν, προχειρίσιν, promotionem intellige, quæ facta crucis signo completetur. Requires in Euchologicis ; et consules postremam superioris capitis notam. GOAR.]

Ibid. Καὶ οἱ μὲν ἀρχιερεῖς εἰς προσκύνησιν τοῦ βασιλέως, ὡς εἴρηται, ἐρχόμενοι μετὰ τῶν ἐχόντων μανδύον αὐτῶν ποταμούς. Junius p. 212 editionis suæ, I, c. 20, n. 16 : Summi autem sacerdotes ad salutandum imperatorem, ut diximus, venientes cum gliis mandyūm snum habentibus. Perperani. Lege ex codice Lauther. μετὰ τῶν ἐχόντων μανδύων αὐτῶν ποταμούς cum mandyis suis, habentibus fluvios. Hoc est cum mandyis undulatis. In scripto Græcob. I. II Turco-Gr. p. 108 : Καὶ μανδῆ με τοὺς ποταμούς. Μανδελον, inquit ille Græcus in Turcogr. p. 189, λέγουσιν δ φέρει ἐπάνω δ πατριάρχης μετὰ ποταμῶν, διὰ τὸ διδακτικὸν ὀφείλειν. Dicitur ergo μανδύας, μανδελον, μανδῆ, et μαντίον, a quo in Turcogr. p. 189 numero multitudinis τὰ μαντια. Οἱ ἀρχιερεῖς βαστοῦν εἰς τὰ μαντια τοὺς ποταμούς κοκκίλους καὶ ἄσπρους, Pontifices gestant in palliis fluvios (limbos) coccineos et albos. Germanice Mantel, a Latino mantelo. Est autem μανδύας forma similis ei vesti sacræ quam vulgo vocamus ein Rauchmantel ; et qua ipse imperator Romanus adhuc in inauguratione insigniri et pingi solet quoque cum electoribus. Simeon magister officiorum in Pandecte Histor. Turcicæ, c. 199, δικητήσιον vocat ; quod Græci rogati ab auctore Pandectæ interpretabantur ἐπιμάνδουον, quasi dicas supramantellum. Forte δικητήσιον παρὰ τὴν δικην derivatur, ut et δικανικιον, quod imperii et potestatis insigne sit. Eratque vestis hæc tam imperatoribus quam patriarchis aliisque pontificibus communis, ut ex Curopalata et Turco-Græcia constat ; nec satis apte vertitur paludamentum, ut agnoscit etiam Leunclavius, cum vox hæc militarem vestem significet, μανδύας autem etiam extra castra gestari consueverit ; nec ab imperatore tantum, sed et ab Ecclesiæ præsulibus, quibus paludamentum apte nemo tribuerit. Et hæc accommodari

possunt ad varia loca Codini in quibus mandyæ mentionem facit. Quod Junius mandyæ originem ex Persica lingua deducit, p. 336, id facit, opinor, ut Persicæ linguae non ignarum sciamus. Longe facilius a Latino mantello aut Germanico Mantel deduxisset. Nec assentior Meursio, qui ita legit, ἐρχόμενοι μετὰ τῶν ἐχόντων μανδύον με ποταμούς. Nam sensus esset : *Episcopi veniunt 380 ad venerationem imperatoris cum illis qui habent mandyūm cum fluvio sive undulatum*, cum ipsimet induti mandyis undulatis veniant ad cultum imperatori deferendum. Nec barbarico illo hellenismo με pro μετὰ Curopalata usum esse verisimile sit, præsertim hoc solo et unico loco. Potius hoc nopro alicui Malaxo competat, qui in patriarchica sua historiae Tureogræciæ inserta ἐχάρσα καπνάσιον ἐνδύμιον με τὸν καμουχῶν, καὶ μανδῆ με τοὺς ποταμούς, καὶ ἄλογον ἄσπρον. GRÆTS.]

Ibid. [Superius pontificum indumentum extra missarum solemnita est mandyas, pallio quam similis, ad fauces fibula nexus, sinibus et rugis amplissimus et omnino insignis Ad ejus latera circa ventrem affixæ sunt tæniolæ albi rubrique coloris ternæ, quibus undequaque variatur et adornatur. Tæniolæ illæ sunt ποταμοί, de quibus in præsentī, eamque gratiam et scientiam designant quam intellexit Christus ipse Dominus, dicens : flumina de ventre ejus fluent, etc. Ac propterea circa ventrem appictæ. Superius ad collum et angulos inferiores sunt πόματα, quatuor nimirum additi panniculi quadri, de quibus singulis Symeon Thessal. episcopus : Τοῦτο δὲ καὶ ὁ ἀρχιερατικὸς διδάσκει μανδύας. ποταμούς μὲν ἔχων διὰ τὰ προειρημένα, πόματα δὲ εἰς τύπον καλαιῶς τε καὶ καινῆς χάριτος, ἃ ὑπεράνω καίνται τῶν ποταμῶν. GOAR.]

CAPUT XV.

Observationes et explicationes in c. 21. de lugalibus imperatoris gestaminibus.

P. 106. Alius titulus habet περὶ βασιλέως ἀποθανόντος. Sed melior est inscriptio quam capiti huic præfiximus. Citat hoc Codini caput Casaubonus Exercit. 56 contra Baronium. Et, heu ! quid laboris non exantlat, quid sudoris non profundit, quos lecythos suorum collectaneorum non effundit, ut deceat nos aliud esse λαμπροφορεῖν, aliud λευκοφορεῖν seu λευχειμονεῖν, aliud colorem λαμπρόν, aliud colorem λευκόν, interdum tamen λαμπρόν καὶ λευκόν pro eodem accipi, proprie distingui. Apud Codinum, inquit, vestes albæ, luctus indices, vocantur λευκαί ; iisdem opponuntur λαμπραί, id est omnes nitidiores ; puta candidæ a fullone recentes, quales fuerunt olim candidatorum, quas Plutarchus et alii Græci λαμπροί vertunt, aut purpureæ, vel alius cujusvis coloris, præsertim intensioris. Non enim sola candida dicuntur λαμπρά, sed quæcunque valde nitent, cujusmodi erant cum primis illæ chlamydes veri luminis, de quibus ad Trebellium Pollionem diximus Quam abscondita nobis pandit operosus iste exer-

citator ! quasi non omnia hæc ex ipso Codino satis superque perspecta sint, præsertim adjunctis iis quæ c. 11 idem Codinus tradit.

Ibid. Lucæ xxiii indutus est Christus ab Herode, irrisus causa, 381 τοῦθῆτα λαμπράν. Beza vertit *splendidam*, interpretis noster *albam*. Approbat hoc Casaubonus, quia λαμπρὸν et λευκὸν sæpe eodem significatio usurpantur. Illud critica ferula sic castigat : Magis ex usu Latine loquentium dixissent *candidam*. Mirum Bezam hoc loco non fuisse memorem suæ *candidæ*, a fulsione candentis, cuius iterum oblitus est Jacobi c. u, dum τοῦθῆτα τὴν λαμπράν denuo *splendidam vestem* interpretatur. Bonam tamen operam, sed nimis seram navat nobis asceta iste, dum nos docet quid sit μαργέλλον, sed per negationem : ait enim imperatorem citrina vestimenta assumere, *sed sine limbis et pretiosis prætexturis : hoc margellium significat, non margaritas*. Audis, Juni, quid te olim Genevæ incolam doceat ejusdem scholæ quondam et urbis insector Casaubonus ? Mitte ergo tandem tuas margaritas. Vocavi *operam seram* respectu nostri, quia jam pridem ex Balsamone et aliis didicimus quid sint *margellia*. GRET.S.

P. 106. [Τεσσαράκοντα. Defunctorum recolende memoriæ sacri sunt dies tertius, nonus, quadragesimus, et annuus a morte. Τοῖς τεθνεῶσιν ἀποταλείται, inquit Nicephorus Callistus, τὰ τρίτα, τὰ ἕννατα καὶ τὰ τεσσαράκοντα. Rationes subdit : tertio die faciei, qua dignoscitur homo, discrimen depnditur ; nono corpus tabescit, solo corde adhuc incorrupto manente ; quadragesimo tandem etiam cor cum reliqua corporis mole tabo corruptionique ex integro cedit. Apud alios τὰ τρίτα apud Græcos resurrectionem Christi post triduanam sepulturam, τὰ ἕννατα novem angelorum choros, quibus mortuos aggregari precantur, τὰ τεσσαράκοντα luctum Israelitici populi in Moysis morte ad quadragesimum usque diem productum, quo defunctis lacrymas precesque parentare possumus, affirmant designare. Hujus mentis est Neophytus Rodius in sua Synopsi veritacula Clementem in Const. Apost. I. viii, c. 49, secutus. GOAR.

P. 107. [Τῶν νεομισημένων ἐννιάδων. De quibus superiore nota. Sacros in feriis agendis novem dies refert Blastares, τοῦ Δ στοιχείου c. 8, adeo ut Alexius imperator edita Novella sanxerit nemini licere demortui parentes vel uxorem vel hæredes, vel fidejussores ante novem dierum luctui dicandorum præsumitum tempus accusare, causam in eos intentare vel in judicium trahere : Θεοσιζόμεν μηδὲν ἐξέινει τοῦ τελευτήσαντος τοὺς γονεῖς ἢ τὴν γυναῖκα ἢ τοὺς κληρονόμους ἢ τοὺς ἐγγυητάς πρὸ τῆς τῶν ἐννία ἡμερῶν προθεσμίας τοῦ πένοντος αἰτιάσθαι ἢ παρενοχλεῖν ἢ εἰς δικαστήριον ἔλκειν. GOAR.]

Ibid. Cæterum, quod Codinus ad calcem capituli scribit, nefas esse ut quis vestes nigras in palatio

PATROL. GR. CLVII.

A portet, id intelligendum est extra easum quo ipse imperator luget : tunc enim omnes μελανειμοῦσιν, ut paulo antea Codinus dicebat. GRET.S.

CAPUT XVI.

Observationes et explicationes in c. 22 De futura sponsa et imperatrice.

Ibid. [Πεζούβειρ. Ex equo vel curru desilire et pedes incidere. GOAR.]

Ibid. Ad fontem. Πηγὴ seu πηγάι, templum celeberrimum Cpoli extra nicœnia, cujus summus amator, admirator et encomiastes 382 fuit Nicephorus Callistus, ut constat ex I. xv Historiæ ecclesiasticæ, c. 25 et 26 ; qui de miraculis ad fontem editis integrum se commentarium scripsisse dicit. Exstat Viennæ in Cæsarea Bibliotheca fortassis unicum totius Europæ exemplar ; cui nisi cito succurratur (vidi enim et percurri allatum Monachium et huc Ingolstadtium), penitus a blattis tineisque corrodetur ; et jam nunc aliquot hæcis ab aquis pessime acceptum est, ita ut multa legi nequeant, præsertim sub finem.

Ad hoc templum divertit quoque Helena Cantacuzeni filia, nuptura Joanni Palæologo. Rem narrat ipse Cantacuzenus, iv, 1. GRET.S.

Ibid. [Urbis CP situs triangularis est ; ejusquæ latera duo alluantur mari, tertium continentem obtenditur. Ad eam itaque adveniens itinere terrestri imperatrix ad Pegem ecclesiam celeberrimam et regium simul palatium, quæ continentem respicit urbs, desilit ; sin mari appellat, circa Blachernas loco portus commodissimo, ubi aliud Blachernense dictum palatium, terram salutat. Ecclesie porro Πηγῆς nomen est a fonte non minus continuæ miraculorum profluvio quam perennibus aquis exuberante. Ad salubres ejus aquas si a Marciano, qui postmodum Romanum imperium obtinuit, deferretur, lumen oculorum recuperaturum cæca per divinam visionem est monitus. Tulit eis τὴν Πηγὴν Marcianus cæcuni, cuius visum ex aquis reulit. Inde, ait Monaxium Græcorum, miraculorum τῆς Πηγῆς origo et celeberrimum loco nomen factum : Ἐν τῷ τεμένει ἡ Πηγὴ ἔστιν ἀφθόνων λαμάτων, in templo ipso non adeo fons quam miraculorum ubertim decurrentium latex emergit, ait Cantacuzenus. Justinianus fonti templum superstruxit : Τὴν Θεοτόκον Πηγὴν Ἰουστινιανὸς ἔκτισε, scribunt Origines CP ; exstat adhuc locus Christianis Turcisque venerandus, quodque superest templum nulla ruina sædatum, antiquitate non modice venerandum, ob pretium omne superantes aquas, a plebe Χρυσόπηγῆς, aurei fontis accepit appellationem. GOAR.]

P. 107. De templo Blachernarum suo loco diximus. Erat et ipsum extra urbem ad litus maris, de quo multa Nicephorus loco citato. Principio templa solummodo erant ; successu temporis accesserunt splendidissima palatia. Quomodo excepit

fuerit ab Andronico juniore sponso Anna Sabauda, A leges apud Cantacuz., I, 42. GRÆTS.

P. 108. [*Περὶ τῆς ἀρχόπολιν*. Ad urbis eum angulum qui Chrysopolim oppidum Asiaticum ex adverso respicit, ubi hodie principis Turcarum regia. Vulgus *κίρας, κορνα*, vocat.

Ibid. [*Ἀρχοντισσῶν*. Legendum omnino ἀρχοντισσῶν : ἀρχοντισσάς enim nec usus nec lexica nec auctoritas docet. Est autem ἀρχόντισσα *domina, femina nobilis*. Simon Portius ἀρχόντισσα, δέσπονα, δεσπότις, κυρ'α. Inter præcipuas hujusmodi ἀρχοντισσας Cedrenus habet ζωστάς, quæ patriciorum cingulo et honoris insigni uterentur.

Ibid. [*Ἐποδοῦσιν αὐτῆν τὰ ἐρυθρὰ*. Non minus capiti corona quam rubra calceamenta fuerunt pedibus imperatorum insignia. Logotheta de Joanne abdicante se imperio : Καὶ τὰ μὲν ἐρυθρὰ πέδιλα ἀπαβάλετο καὶ τὴν περιμάργασεν πυραμίδα, εἰς τὴν καὶ λίθος ὑπεκάρθηται κόκκινος, ἢ βασιλικὰ σύμβολα. A regibus Albæ tum ad se deduxit, tum ad posteros imperatores Romanos calceorum hunc colorem transmisit Julius Cæsar. Dio I. XLIII: Τῆ ὑποδέσει τῆ ὑψηλῆ καὶ ἐρυθροχρῶν κατὰ τοὺς βασιλέας τοὺς ἐν Ἑλλάδι ποτὲ γενομένους, ὡς καὶ προσήκων σφοδρὰ καὶ τὸν Ἰουλιὸν ἐχρήτο. Ammianus pedum tegmina purpurea vocat, quæ a comite 383 largitionum servabantur. Hinc repetita toties in Græcorum historiis φοινικὰ πέδιλα, πέδιλον ἐρυθρὸν, κοκκοβαφές καὶ φοινικοβαφές, ἐρυθροβαφές πέδιλον, ἐρυθρὰ ὑποδήματα. Ex pluribus unum aut alterum exemplum depropono. Boioniales apud Annam Comnenam, exuens se imperio, at non ejus insignibus, μόνον ἔσονται φιλοῦ τοῦ τῆς βασιλείας μετέχον ὀνόματος καὶ τῆς εὐφημίας καὶ τῶν ἐρυθρῶν πεδίων. De Alexio scribit Gregoras, qui Ἄλλε ἐρυθροῖς ὑποδεῖσθαι κρηπίσι προστετάχει, ἐν' αὐτῆ τε καὶ ὁ ταύτῃ συζευχθησόμενος τῆς βασιλείας διάδοχος γίνηται. Ut imperatrici nobiles feminae rubra calceamenta induebant, sic non nisi proceres viri pedibus imperatoris illa consueverant immittere. Cantacuzenus qui fuerint designat, III, 27: Ὁ νέος δὲ βασιλεὺς πρότερον ἐσθῆτα βασιλικὴν ἐνδύς, ἔπειτα ὑπ' ἑταίροις ταῖς

ἀπάντων ταῖς ἐρυθραῖς κρηπίσι τοὺς πόδας κατακόσμηι, τὸν ἕτερον μὲν ὑπὸ τῶν ἀγγιστα καθ' αἵμα προσηκόντων ὑποδοῦμενος, τὸν δὲ λοιπὸν ὑπὸ τῶν τὰ πρῶτα φερομένων ἐπ' εὐγενείᾳ καὶ λαμπρότητι μισθοφόρων Λατίνων. Alia fuisse hæc calceamenta Dio monstravit, vocans ea ὑπέδεισιν ὑψηλῆν. Ad genus pertinuisse testatur Procopius, I. III *De Ædific. Just.* : Ὑποδήματα μέχρι εἰς γόνυ φοινικῶ χρώματος, ὃ δὲ βασιλεῖα μόνον Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν ὑποδεῖσθαι. Τζάγγας ideo vel τζάγγια barbaro nomine dicta existimo ; de illis actum superius.

Ibid. *Ἐν ἡμέρᾳ ρητῆ*. Finem his scriptis imponit e Regiis mss. alterum, et vocem τέλος addit ; ut quod sequitur alieni auctoris opus esse conjiciamus. GOAR.]

Ibid. Assumentum illud, ἰστέον δὲ καὶ τοῦτο, etc., vere assumentum esse neque huc pertinere, clarius est quam ut multis ostendi debeat. Quia tamen Junius reperit in quodam exemplari sibi a Frebero subministrato, et quia alter Boicus codex eodem additamento cæteris auctior est, relinquamus sane hoc loco, ne dum alium quaerimus et assignamus, forte incommodiorem attribuiamus. Illud certum esto, hic omnino tanquam peregrinum atque exoticum habitare. Codex tamen Boicus pro παρδοβάλλοι exhibet παρδοβάγιοι. GRÆTS.

Ibid [*Παρδοβάλλοι*. Alia lectio παρδοβάγιοι, qui *pardos curant* : feras enim ad ostentationem vel delectationem principes enutriunt. Βασιλον superius *procuratorem, bajulum* reserve diximus : βασιύλου vice nonnunquam βιάγουον apud Theophanem vel etiam βάγιλον lego. Regium hic habet παρδοβάγιλον ; qua de causa *pardorum curatorem* expono. GOAR.]

Ibid. Turcarum sultano etiam hodie κρυοθήρια potui refrigerando in pretio esse, memini me legere alicubi in observationibus Bellonii. GRÆTS.

Ibid. [*Παρσινόχοι*. Regium correcte παρσινόχοι, qui pincernis administrant, et aquas vel puriores vel salubriores aut certe nives aut glaciem vino refrigerando equis aliunde vehunt. GOAR.]

GEORGII CODINI

EXCERPTA

DE ANTIQUITATIBUS CPOLITANIS.

EMINENTISSIMO ET REVERENDISSIMO PRINCIPI

FRANCISCO BARBERINO, S. R. E. CARDINALI,
DOMINO MEO SUMMA OBSERVANTIA COLENDO,
PETRUS LAMBECIUS S.

Multa sunt, Eminentissime Princeps, quæ homini ad immortalem gloriam aspiranti viam præbent; verum aut me amor propriæ opinionis fallit, aut ulla nec honestior nec compendiosior potest reperiri quam vel ipsa eruditio vel quæ eruditis exhibetur benevolentia et benignitas. Harum altera quibuscumque egenis et obscuris terræ filiis ad summam laudem aditus patet, dummodo natura aptam iis non denegarit indolem, nec ipsi profectui suo debita diligentia, famæ autem legitima non desint ambitione. Altera illis dumtaxat ad claritudinem pervenire licet, quibus eam generis potentiam et fortunarum amplitudinem largiri Deus voluit, ut protegere alios possint et sustentare. Illi ergo hos colunt, ut necessariis ad studia admniculis potiantur: hi contra illos fovent, ut monumentis litterarum nominis et virtutis suæ memoria apud posteros cefebretur; ita utrique per se indigentes alteri alterorum vigent auxilio. Quare beatissimos ego semper existimavi qui hanc velut omnibus numeris perfectam felicitatem consecuti sunt, ut pariter splendidissimo vitæ statu et merito haud vulgaris eruditionis venerabiles sint atque conspicui. In his te numero, eminentissime princeps, qui cum majestate sacræ purpuræ et pontificalis familiæ prærogativa satis sine ullo aliunde petito splendore fulgeas, adeo tamen litterarum studio inter publica tantæ dignitatis munera et fuisti semper et etiam nunc es deditus, ut cum iis qui tota vita aliud nihil egerunt jure et audacter de multifariæ scientiæ palma possis contendere. Testatur enim hoc ditissima tua lectissimaque bibliotheca, qua post Vaticanam nihil Roma perfectius habet aut magnificentius; testatur haud exiguus præstantium ingeniorum numerus, quibus aula tua nunquam non fuit exornata; testatur publicum doctissimorum virorum de Te judicium, qui sæpe gravissimarum quæstionum arbitrium tibi detulerunt, quod cum ita sit abunde, ni fallor, apparet quibus ego nunc causis impulsus volumen hoc Originum Cpolitænarum eminentissimo nomini tuo dedicare audeam. Nempe jam primum minime dubito quin pro singulari tuo erga litteras affectu, quidquid hoc munusculi litterarii est, lætissimo vultu sis excepturus: deinde præcaveo hac dedicandi ratione ne exprobrari mihi possit, quod olim Anacharsin philosophum in Græcorum ludis improbasse refert Laertius, ἀπορίσθη μὲν τοῖς ἀρχιτέταις, ἀπέβη δὲ τοῖς μὴ ἀρχιτέταις. Certum denique habeo obtensam nominis tui auctoritatem non honori tantum laboribus meis fore, sed et præsidio adversus malevolorum improbas detractiones; quod videlicet nemo sanus ea lacessere ausurus quæ tibi optimo acerrimoque scriptorum censori probantur. Et hæc quidem præcipuæ ex iis sunt quas cum omnibus eruditis communes habeo causas, cur tibi potissimum, eminentissime princeps, quidquid hoc et qualecumque est libri, merito ac libens consecrem: insuper vero alias multas privitium habeo, quas domesticas appellare lubet; easque tanto cæteris graviores existimo quanto vehementius ἀχαριστίας crimen subire vereor. Etenim repetenti mihi memoriam omnis ejus temporis quod studiosorum causa exteris regionibus perlustrandis impendi, vix ullus occurrat dies qui singulari aliquo tuo in me collato beneficio non sit notabilis. Advenientem me primum Lutetiam humanissime per eos qui tum rebus tuis agendis tibi præerant excipere curasti. Mox ipse Lugduno reversus participem me facisti mensæ, admisisti inter intimos: et ut paucis omnia complectar, tanto me persecutus ea affectu ut majorem ab avunculo non potuissem desiderare. Eandem benevolentiam Romæ postea expertus sum, ubi integrum biennium in aula tua commoranti mihi ea videndi multa et discendi fuit occasio, ut vere gloriari possim plus me in luce illa et strepitu aulico quam in ullo Academiæ recessu et umbra profecisse. Reversus deinde in Galliam incredibile memoratu est quantum ex commendatione tua cum aliis multis locis utilitatem perceperim, tum vero in priamis Tolosæ, cujus urbis illustrissimus archiepiscopus Dn. Carolus de Montchal, vir sanctitatis simul et prudentiæ et eruditionis rarissimæ, continuos octo menses in palatio suo plus quam paternam

liberalitate et cura me tractavit. Plura ejus generis addere inconveniens esse credo et superfluum, tum quod ipsa hæc beneficiorum enumeratio nescio quid videatur habere levitatis et arrogantiae, tum quia vel ex minimo eorum quæ jam dicta sunt satis superque elucet, quanta obligationis necessitate tibi sim devinctus. Accipe igitur, eminentissime princeps, et boni consule qualemcunque hunc juvenilis diligentiae meae fructum, quo pariter et gratitudinem meam tibi studeo declarare, et quanti faciam iudicii tui acumen et auctoritatem nominis. Quodsi forte nonnusquam editionem minus feliciter curatam deprehendes, ignoscas velim, et benigne reputes, ex quo hæc Lutetiae absoluta reliqui, triennium jam præterisse, ideoque quidquid sub prælo commissum est erroris, absentiae meae esse tribuendum. Vale.

Dabam Hamburgi prid. id. Decembr. 1653.

LAMBECII PRÆFATIO AD LECTOREM.

Cum ante biennium Lutetiae Parisiorum agerem, tantum apud me potuerunt innatum publicae utilitatis studium et amicorum cohortationes et exempla complurium doctissimorum, ut sumimum nefas esse crederem inceptae editioni corporis historiae Byzantinae qualicunque mea opera deesse. Quæsi igitur cui potissimum parti laborem impenderem, et cum fere omnia ab aliis præoccupata esse viderem, tandem mecum cogitare cœpi operæ premium fore si hactenus inedita Codini excerpta de antiquitatibus Cpolitianis in publicum producerem. Præterquam enim quod pertineant ad rem et multum lucis afferant historiae Byzantinae, hoc etiam nomine edi merentur, quod a gravissimis hujus et superioris sæculi scriptoribus sæpius laudata et ad confirmationem dubiarum opinioaum adhibita sint. Etenim Joannes Leunclavius in Pandectis historiae Turciae libri de ædificiis frequentissime mentionem facit; et quæcumque Nicolaus Alemanus notis suis in Procopium ex τῶν ἀνεκδότων πατρῶν CP inseruit, inde desumpta sunt. Item Petrus Gillius ex supradicto libro de ædificiis et altero de status integras transscripsit paginas. Certum quoque est ineditum illud Chronicon Cpolitianum, quod Joannes Meursius in Glossario Græco-barbaro et alibi creberrime citat, nihil aliud fuisse quam ineditam partem excerptorum Codini; quæ nunc publicatur. Testantur hoc citata loca, et testabitur integrum Chronicon, si quando in lucem veniet. Similiter etiam per antiqua illa collectanea θεαμάτων urbis CP, quæ doctissimus Jacobus Sirmondus in notis ad Sidonium Apollinarem citat et in multis bibliothecis occurrere ait, hæc alias non evulgata Codini excerpta intelligenda sunt. Adderem plures coætaeos auctores, in quorum scriptis ea citantur, nisi longum esset illos enumerare et supervacaneum. Cum itaque jam omnino decrevissem odere Codini illa ἀνεκδοτα, nihil mihi antiquius fuit quam ut propositum hoc avunculo meo per litteras significarem, qui illud non tantum non improbavit, verum ut cœptum urgere monuit, atque insuper duos mihi submisit codices manu scriptos, quibus continebantur hæc Georgii Codini opuscula:

Περὶ τῶν πατρῶν τῆς Κωνσταντινουπόλεως,

Περὶ τῆς σχηματογραφίας τῆς Κωνσταντινουπόλεως,

Περὶ ἀγαμάτων, στηλῶν καὶ θεαμάτων,

Περὶ κτισμάτων,

Περὶ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ τῆς ἁγίας Σοφίας,

Περὶ τῶν βασιλευσόντων ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει μέχρι τῆς παρὰ τῶν Ἀγαρηνῶν ταύτης ἀλώσεως,

Περὶ τῆς τάξεως τῶν ἀξιωματῶν καὶ ὀφφικίων τοῦ παλατίου καὶ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας.

Horum primum, quintum, septimum et principium tertii a Georgio Dousa, Francisco Junio et Jacobo Gretsero jam pridem edita fuerunt: reliqua vero nunc primum a me publicantur. Cæterum præter duos avunculi mei codices, quorum unum a V. Cl. Peirescio dono acceperat, alterum vero ex Vaticano exemplari curaverat transcribi, quatuor aliis codicibus in adornanda editione usus sum, quorum primum ex Britannico exemplari descriptum dedit mihi eruditissimus Isaacius Vossius, cum adhuc essem Amsterodami; secundum R. P. Jacobus Sirmondus mecum communicavit; tertium mihi suppeditavit bibliotheca Regia permissu Petri et Jacobi Puteanorum fratrum; quartum ipsemet Romæ in bibliotheca Vallicellana reperi.

Hactenus dixi unde Codini ἀνεκδοτα prodierint: sequitur ut paucis agam de meis animadversionibus. Illas vero tres maxime ob causas conscripsi, nempe ut varias lectiones, quæ sensum auctoris immutare posse videbantur, aliorum ingenio dijudicandas proponerem; tum ut loca mendosa, dubia, obscura atque minus recte ab aliis intellecta corrigerem et explicarem, et ubi opus esset, correctionis atque explicationis meae rationem redderem. Verum utrum ego hoc quod mihi proposueram bene præstitierim necne, res ipsa indicabit. Interim tamen, amice lector, velim tibi persuadeas sedulo me operam dedisse, et utilitati tuæ pro viribus meis quam fidelissime servirem, neque præter modum diligens atque non necessaria multa aut multoties ab aliis antea dicta compilans patientia tua abuterer.

Ad hæc quo facilius mihiagnosceres, sicubi vel in versione vel in animadversionibus humanitus lapsus essem, omnes omnino occasiones fugi, quæ oblatae mihi fuerunt ad contradicendum iis qui ante me aliquid Codini ediderunt vel secus quam oportebat intellexerunt; et siquando necessitate coactus fui eorum errores detegere, tantam ea in re adhibui moderationem ut contra quos scribam obscurum sit, manifestum vero, me non eo hoc fecisse ut ex alienis erroribus gloriam quaererem, sed ut præcaverem duntaxat ne aliis necessariis quidquam ignorantia præteritis viderer. Reliquum ergo est ut hosce labores meos benevole excipias, et si qua in iis deprehendes quæ minus tibi placebunt, aliquantulum indulgeas juventuti meæ et nimis erga te voluntati et gravioribus occupationibus, per quas exactissime omnia persæqui et recensere non potui. Sic et gratum te præbebis, et alacriorem me reddes ad præstanda majora. Vale.

Romæ 1649, calendis Maiis.

LAMBECHII

DE GEORGII CODINI VITA ET SCRIPTIS

BREVIS DISSERTATIO.

Georgium Codinum non sub ultimis tantum imperatoribus Cpolitianis vixisse, sed aliquandiu etiam supervivisse post ipsam Cpoleos expugnationem, ex ipsius scriptis liquido apparet. Curopalatae vero cognomen, quod ei ab illis tribuitur qui libram ejus de Officiis palatii CP ediderunt, in illis quos ego vidi codicibus manu scriptis non reperi; et facilius multo credam impositum ei fuisse Curopalatae cognomen, quia de Officiis palatii scripsit, quam quod ipse curopalatae dignitatem obtinuerit. Cæterum quod ad scripta ejus attinet, non propterea duntaxat vano quodam præjudicio improbanda sunt, quoniam Codinus ducentis tantum abhinc annis floruit; quippe qui, quæcumque edidit, ex antiquioribus et magis probatis auctoribus excerpsit et collegit. Nam quod primum inter opuscula ejus locum obtinet et inscribitur *περὶ τῶν πατριῶν* sive de originibus CP, ejus major pars verbotenus descripta est ex Hesychio Milesio, reliqua vero ex Glycæ Annalibus, Chronico Alexandrino et aliis quodam hactenus non edito, cujus auctor est quidam Julius Pollux, antiquo illo, qui Commodi imperatori Onomasticum suum dedicavit, aliquot sæculis recentior. Libri vero de statutis prima pars de simulacris deorum gentilium ex Phurnuto desumpta est et ex Joannis Lydi Philadelphiensis libro nondum edito de Mensibus^{*)}, unde etiam Suidas hausit eadem. Altera autem pars, quæ tractat *περὶ στηλῶν καὶ θεαμάτων*, quod est, ut ego interpretor, de statutis aliisque rebus spectatu dignis Cpoli, ea tota verbotenus descripta est ex antiqui anonymi auctoris collectaneis antiquitatum Cpoleos, quæ inscripsit *παραστάσεις συντόμους χρονικάς*, et compilavit ex Theodoro lectore, Papia, Eusebio, Socrate, Marcello lectore et compluribus aliis. Hæc vero collectanea nunc primum ex antiquissimo codice bibliothecæ Regiæ in lucem prodeunt, qui, ut omnes, quotquot eum viderunt, testantur, ad minimum ante quadringentos annos scriptus fuit. Est autem inter codices ejus bibliothecæ numero millesimus vigesimus septimus. Quisquis igitur auctor est illorum collectaneorum, ducentis saltem vel trecentis annis Codino est antiquior. Ex iisdem quoque collectaneis libri *περὶ κτισμάτων* satis magna pars excerpta est; cætera desumpta sunt ex Joanne Antiocheno, Panodoro Ægyptio et aliis, qui in eo libro citantur. Totus denique catalogus imperatorum Cpoleos usque ad imperium primi Alexii Comneni, auctoris est multo antiquioris Codino: quippe qui eum catalogum conscripsit sub Manuele Comneno Alexii nepote, ut ipse testatur his verbis: *ὁ κύριος Ἀλέξιος ὁ Κομνηνός, ὁ πάππος τοῦ κραταίου καὶ ἀγίου ἡμῶν βασιλέως*. Reliqua porro catalogi pars, a Theodoro Lascaro ejus nominis primo usque ad ultimam Cpoleos expugnationem, ab ipso Codino superioribus adjuncta est, cum ille, ut principio dixi, aliquantulum illi urbis excidio superstes fuerit.

*) Lydi liber ab Hasio et Ræthero editus est.

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΚΩΔΙΝΟΥ ⁽¹⁾

ΠΑΡΕΚΒΟΛΑΙ

ΕΚ ΤΗΣ ΒΙΒΛΟΥ ΤΟΥ ΧΡΟΝΙΚΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΑΤΡΙΩΝ ΤΗΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ (2).

GEORGH CODINI

EXCERPTA EX LIBRO CHRONICO

DE ORIGINIBUS CONSTANTINOPOLITANIS.

1-3 Ferunt Argivos primum oraculo Pythiæ mo- A
nitos,

Hic ubi nitscentur madido duo flumina ponto,

Cervus ubi et piscis vescuntur pabulo eodem,

suas fixisse sedes eo in loco in quo Cydarus et Borhyzes fluvii, quorum alter ab arcto, alter ab occasu venit, apud aram Sesimetrae nymphæ mari miscentur. Cum igitur fato eo delati sacrificio indigenis diis litarent, & corvus particulam victimæ surreptam alium in locum deportavit, qui Bosphorus cognominatur, pastore volatum avis inefficace, unde et Bucolia locus ille vocatus est. Alii vero memorie prodiderunt Megarenses, a Niso genus ducentes, illic appulsi duce Byzante, a quo etiam urbi nomen inditum esse volunt. Illi igitur diversæ hac de re narrant: nos vero historiam cognoscere cupientibus, quod vero simile est, commemorabimus, ab Io Inachi filia initum facientes. Inachi enim Argivorum regie filia fuit lo:

Φασί μὲν τινες Ἀργεῖους πρώτους; τῆ θεῆ (3)
χρησάση

Ἐνθὺ δύο σκυλακὸς διεσθῆν μάρτυροι θεῶν-
ισων.

Ἐνθ' ἰχθὺς ἐλαφὸς τε νομὸν βόσκουσι τὸν αὐτῶν,
πήλασθαι τὰς οἰκῆσεις ἐν ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ ἐν ᾧ
Κύδαρος τε καὶ Βορθύζης (4) ποταμοὶ τὰς διεξίδους
ποιῶνται, ὁ μὲν τῶν ἀρκτῶν, ὁ δὲ τῶν ἐσπερίων
προβρέοντες, καὶ κατὰ τὸν τῆς Σασιμήτρης νόμφης
βωμὸν τῆ θαλάττῃ μιγνύμενοι. Ἐπει οὖν κατὰ τὴν
ἐμπαρμένην ἀφίκοντο καὶ θύσαν τοῖς ἐγγχωρίοις ἐξι-
λάσκοντο δαίμοσι (5), κόραξ τῆς ἱερουργίας ὑφαρ-
πάσας βραχὺ μέρος εἰς ἕτερον μετέθηκε τόπον, ὃς
ἔχει τὴν Βοσπόρου πρόσγοριαν, βουκόλου τὴν τοῦ
ὄρνιθος ὑποδείξαντος πετήσιν, ἀφ' οὗπερ καὶ Βουκο-
λία ἐκείνο τὸ χωρίον ἐκλήθη. Ἐτεροὶ δὲ τοῦ Μεγα-
ρέας ἱστοροῦσαν, ἀπὸ Νίσου τὸ γένος κατὰγοντας,
εἰσπλοῦν ἐν αὐτῷ ποιησαμένους τῷ τόπῳ ὑφ' ἡγε-
μόνι Βύζαντι (6), οὗπερ τὴν πρόσγοριαν μυθεύουσι

Meursii et Lambecii notæ.

(1) Γεωργίου τοῦ Κωδίνου Facilius dixerim quo tempore hic auctor non vixerit quam quo vixerit. In libro enim de Officiis aule Cpolitanae meminit Joannis Cantacuzeni et Theodori Metochitæ, qui sub primis Palæologis ætatem egerunt. Meurs.

(2) Περὶ τῶν πατριῶν τῆς Κωνσταντινου πό-
λεως scripsere etiam Leo Byzantius libris septem,
teste Suida, et Priscus Panita, qui temporibus
Theodosii vixit. Auctor est idem Suidas in Πρί-
σκος. Et meminit huius non semel Jornandes de
Heb. Get., sed corruptum ejus nomen est apud
Evagrium Hist. Eccl. 2, 4: Μαρκία·δὲ τόνων καὶ
ἄλλοι τε πολλοὶς καὶ μὲν καὶ πατριῶν ἱστορήται
τῷ ῥήτορι. Corrigo καὶ ἄλλοις τε πολλοῖς· καὶ μὴ
καὶ Πρίσκῳ ἱστορήται. Et postea apud eundem oc-
currit incorruptum. Ejus Eclogas de legationibus
vidit super eruditissimus vir, David Hæschelius.
Meurs.

(3) Scribe, sicut legitur apud Hesychium, τῆς
Πυθίας χρησάσης.

(4) Βορθύζης vocatur βαρύβουσος apud Suidam
in Ἠράκλειος. Meurs.

(5) Scribe θυσίας τοὺς ἐγγχωρίους ἐξιλάσκοντο
δαίμονας. Sic infra τοὺς πατέρας inquit ἐξιλάσκον-
τες· δαίμονας. Lamb.

(6) Νῆσον τῆς νῦν Καταγωνίας. Meursius in
notis ad Hesychium pro καταγωνίας hic legendum
censet Καταωνίας. Sed profecto, quisquis Cornelii
Nepotis, Constantini Porphyrogeniti et reliqua ab
eo citata geographorum loca inspiciet, primo ani-
madvertet intuitu Cataoniam, cujus ibi mentio fit,
non esse insulam, sed regionem supra Ciliciam in
continenti sitam, quæ etiam pro parte Cappadociæ
habetur. Vera igitur huius loci emendatio hæc est:
ἀπὸ Νίσου τὸ γένος κατὰγοντας. Nisus autem hic
intelligitur Pandionis filius, Megarensium rex, a
quo ipsa Megaris Nicaia denominata fuit, ut testa-
tor Stephanus: Νικαία, inquit, ἐπίνετον Μεγαρί-
δος καὶ αὐτὴ ἡ Μεγαρίς, ἀπὸ Νίσου τοῦ Πανδίωνος.
Vide præterea Strabonem principio libri noni, et

τῆ πόλει προσγραφῆται. Οἱ μὲν οὖν διαφόροις ἰχρή- A
σαντο λόγοις ἡμεῖς δὲ πιθανῶν τὴν ἱστορίαν τοὺς
θέλουσι (7) παραδώσωμεν, ἐκ τῆς Ἰνάχου θυγατρὸς
τοῦς τὴν ἀρχὴν ποιούμενοι. Ἰνάχου γὰρ τοῦ Ἄρ-
γαίων βασιλέως γέγονε θυγάτηρ Ἰώ. Ταύτης δὲ τὴν
παρθενίαν ἐφύλαττεν Ἄργος, ὃν πολυάμματος λέ-
γουσιν. Ἐπεὶ δὲ Ζεὺς ἐρασθεὶς τῆς κόρης κείθαι τὸν
Ἐρμῆν δολοφονῆσαι τὸν Ἄργον, λυθείσης αὐτῆ τῆς
παρθενίας ὑπὸ Διὸς εἰς βοῦν μετετρέπετο. Ἦρα δὲ
χλωθεῖσα τῷ γενομένῳ οἴστρον ἐπιπέμπει τῆ δα-
μάλει, καὶ διὰ πάσης ἐλαύνει τῆς ξηρᾶς τε καὶ
ὕγρᾶς. Ἐπεὶ δὲ πρὸς τὴν Θρακῶν ἀφίκετο χώραν,
ὄνομα μὲν τῷ τόπῳ κατέλιπε Βόσπορον, αὐτὴ δὲ
πρὸς τὸ Καλούμενον κέρασ (8) ἐπανελθοῦσα, καθ' B
ὃ Κύδαρό; τε καὶ Βορβύζης συμμίγνυνται, τοὺς
ἐνοικοῦσι προθεσπίζουσα τὰ ἐσόμενα, τὴν λεγομέ-
νην Κερόεσσαν (9) ἀπέκνησεν, ἐξ ἧ; καὶ Κέρα; ὁ
τόπος ὠνόμασται. Ἄλλοι δὲ μάλιστα τῆ θέσει τοῦ
χωρίου τὸ ὄνομα προσιθίσαισι· οἱ δὲ τῆ τῶν καρ-
πῶν εὐφορίᾳ τὸ τῆς Ἀμαλθείας αἰὶς κέρα, προσα-
γορεύουσιν. Ἦ τοίνυν Κερόεσσα τραφεῖσα καὶ πα-
ραδόξῃ μορφῇ λαμπρυνθεῖσα πολὺ τὰς Θρακίας
ὑπερέβαλλε παρθένου. Τῷ δὲ θαλαττίῳ μίγεισα
Ποσειδῶνι τίχτει τὸν καλούμενον Βύζαντα, τὸ ὄνομα
λαβόντα ἐκ τῆς θρεψάσης αὐτὸν κατὰ τὴν Θράκην
νύμφης Βυζίης (10), ἧς μέχρι καὶ νῦν οἱ πολλοὶ
τῶν ὀδάτων ἀρῶνται. Ὡς οὖν ἐπὶ τῆς ἀκμῆς τῆς
ἡλικίας ὁ νέος ἔβαινε καὶ τοὺς Θρακίους ἐνδιέτριθεν
ἕρεσι, φοβερὸς πρὸς τοὺς θῆρας καὶ τοὺς βαρβάρους
φερόμενος, προσεβίβας ἐδέχτο ὑπὸ τῶν τοιούτων, C
σύμμαχος αὐτοῖς εἶναι καὶ φίλος προτραπέμενος.
Ὡς οὖν καὶ Μελίας ὁ τῶν Θρακῶν βασιλεὺς αὐτὸν
ἐπὶ τὸν τοῦ θηρὸς ἄλλον μετεπέμψατο, καὶ τὰς ἐξ
αὐτοῦ δόξας ὁ Βύζας ἀπηνέγκατο, τὸν ὑποταγέντα
ταῦρον τῆ ἱερουργίᾳ προσφέρων καὶ τοὺς πατρίους
ἐξίλασκόμενος δαίμονας κατὰ τὴν τῶν εἰρημῶν
ποταμῶν σύμμιξιν, ἀετὸς ἀθρόως φανείς τὴν καρ-
δίαν ὑφαρπάξει τοῦ θύματος, καὶ κατὰ τὴν ἄκραν τῆς
Βοσπορίας ἀκτῆς ἀποπτάς ἐστη ἀντικρυς τῆς Χρυ-
σοπέλλω;ς, ἣν Χρύσης ὁ παῖς ἐκ Χρυσήϊδος γεγωνῶς
καὶ Ἀγαμέμμενος, φεύγων τῆς Κλυταιμνήστρας
ἐπιβουλήν μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἀναίρεσιν, καὶ πρὸς
τὴν τῆς Ἰφιγενείας ζήτησιν ἐπειγόμενος, μνήμα D
τῆς ἑαυτοῦ ταφῆς, τοὺς ἰχθυοὺς τὸ ὄνομα τοῦτο
κατέλιπε, φθασάσης αὐεὶν ἐκεῖ τῆς τοῦ βίου κατα-
στραφῆς. Ὁ μὲν οὖν Βύζας (11) κατὰ τὴν ἄκραν
τῆς Βοσπορίας ἄλλ; δ' ἔγραψε πάλιν· Ποσειδῶνος δὲ
καὶ Ἀπόλλωνος, ὡς φασί, συνεργούντων ἀνυποδόμει

hujus virginitatem custodiebat Argus, quem multo-
culum fuisse aiunt. Ast uti Jupiter puellæ amore
captus Mercurio auctor fuit ut dolo Vaccam occi-
deret, ipsam inminuta virginitate in vaccam muta-
vit. Quamobrem indignabunda Juno œstro juven-
cam stimulavit et per omnes terrarum marisque
tractus circumegit. At ubi in Thraciam pervenit,
Bospori nomen ei loco reliquit. Inde progressa est
ad Cydari et Borbyzæ confluentes, ejusque loci mul-
ta incolis futura prædixit, atque Ceroessam pepe-
rit, a qua locus iste Ceras nuncupatur. § Alii no-
minis causam ad situm loci potius referunt : alii ob
fructuum abundantiam Amalthææ capræ cornu appel-
lant. At Ceroessa adulta, et incredibili pulchritudine
cæteras omnes Thraciæ virgines longe antecellens,
ex congressu Neptuni Byzantem peperit, ita nomi-
natum a nymphe Byse, quæ illum in Thracia enu-
triverat ; cujus aquas ad hoc usque tempus cives
hauriunt. Illic igitur juvenis ubi ad ætatis florem
pervenit, cum moraretur in Thraciæ montibus, feris
et Barbaris juxta metuendus, per legatos a loci do-
minis ad amicitiam societatemque invitatus est.
Cumque eum Melias Thraciæ rex ad feræ certamen
ablegaret, et victor inde cum gloria reversus Byzas
devictum taurum diis patriis offerret ad fluminum
illorum quæ dixi concursum, apparens derepente
aquila victimæ cor abripuit et ad extremum Bospori
littus avolans substitit e regione Chrysopoleos, quam
Chryses Agamemnonis e Chryseide filius, post necem
patris Clytemnestræ insidias fugiens et Iphigeniæ
querendæ intentus, sepulcri sui monumentum iu-
digenis reliquit, cum mors illic eum occupasset. Cæ-
terum Byzas in extremitate Bosporii maris urbem
designavit, et Neptuno Apollineque, ut fertur, ¶
adjuvantibus mœnia omni prædicatione excellentiora
exstruxit. Septem enim turres ita coaptavit ut loqui
inter se et responsare viderentur : quippe si tubæ
aut alius aliquis sonus turres illas percuteret, altera
alteri sonum ad ultimam usque transmittebant. Est
et aliud quod ab harum rerum scriptoribus memoriis
proditum minime silentio præteribimus : turrim sei-
licet, quæ Herculis nuncupatur, hostium arcana ci-
vibus prodere solitam narrant. Absoluto muri am-
bitu delubra quoque condidit ; et Rhææ quidem tem-
plum et simulacrum in loco nuncupato Basilicæ
erexit, quod etiam ut Fortunæ sanum a civibus co-
lebatur. Neptuni quoque templum juxta mare ex-
struxit, ubi nunc Menæ martyris ædes est ; Hecates

Meursii et Lambecii notæ.

scholiasten Theocriti ad ista verba Idyll. 12 : Νισατος
Μεγάρης. Similiter etiam corrigendus et vertendus
est Hesychius, apud quem perperam legitur ἀπὸ
νήσου τὸ γένος κατάγοντας, quod interpretes vertit
ex insula oriandos. LAMB.

(7) Supple ex Hesychio τοὺς τυγχάνειν θέλουσι.
LAMB.

(8) Κέρασ Plinius l. 4 c. 11 appellat *Chrysoceras*,
et promontorium facit. Strabo et Polybius *sinu*
dicunt. MEURS.

(9) Κερόεσσαν. Sic quoque a Stephano vocatur
in Βυζάντιον : ergo corrige Etymologici auctorem

in Βύζαντας· ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Βύζαντος τοῦ Κερε-
σης τῆς τοῦς θυγατρὸς καὶ Ποσειδῶνος. Male hodie
τοῦ Κρεούσης. MEURS.

(10) Βυζίης. Ut ratio constat derivationi nominis
Byzantis, non dubium est quin scribendum sit Βύ-
ζης. Quod autem addit Codinus, Byzantios ad colen-
dam memoriam Nymphæ Byzæ aquas ejus haurire
solitos fuisse, id referendum esse puto ad Borby-
zen fluvium, qui itidem Byzantis educator creditus
fuit. LAMB.

(11) Ὁ μὲν οὖν Βύζας. Factum hoc regnante
Tullo Hostilio. Cassiodorus in Chronico : *Tullus*

antem, ubi Hippodromus, Dioscuro:um Castoris et Pollucis ad huminum confluentes, in quo etiam a morbis homines liberabantur. Propē Strategium Ajaci et Achilli aras erexit, ubi etiam nunc thermæ cognomento Achillæ sunt. Præterea Amphiarao vasi in regione Syæna, quæ a Nubius nomen habet, ædem dedicavit; et illam Veneri paulo supra Neptuni sanum, Dianæ vero et Minervæ ad montem Veneris.

μενον ἐντὸς τοῦ τεύχους (13) τὰ τῶν πολεμίων μεταδίδουαι μυστήρια λόγος ἦν. Μετὰ δὲ τὴν τοῦ τεύχους στεφάνην καὶ τὰ τεμένη τῶν θεῶν ἀπειράζεται. Τρεῖς μὲν κατὰ τὴν τῆς βασιλικῆς λεγόμενον τόπον ναῖον τε καὶ ἀγαλμα καθιδρύσατο, ὅπερ Τύχαιον τοῖς πολίταις τετιμῆτο. Ποσειδῶνος δὲ τέμενος πρὸς τῇ θλιάζῃ ἀνήγειρεν, ἐνθα νῦν ὁ τοῦ μάρτυρος Μηνᾶ (14) οἶκος διακρίσθηται. Ἐκάτης δὲ κατὰ τὴν νῦν τοῦ ἵπποδρομίου τόπον. τῶν δὲ Διοσκουῶν Καστορός τε καὶ Πολυδεύκου; ἐν τῇ τῶν ποταμῶν μίξει, ἐν ἧ καὶ λύσις τῶν παθῶν τοῖς ἀνθρώποις ἐγίνετο. Ἐγγὺς δὲ τοῦ καλουμένου Στρατηγίου (15) Ἀφαντός τε καὶ Ἀχιλλέως βωμοὺς ἀνέθηκεν, ἐνθα καὶ νῦν τὸ τοῦ Ἀχιλλέως χρηματίζει λουτήριον. Ἀμφιάρω δὲ τοῦ ἱερῶς ἐν ταῖς λεγομέναις Συκαῖς (16) ψυχοδύμησε γὰρ, αἱ τὴν ἐπινομίαν ἐκ τῶν συκοφύλων ἑνδρόνων ἐδέξαντο. Ἀνωτέρω δὲ τοῦ Ποσειδῶνος ἱεροῦ τὸ τῆς Ἀφροδίτης προσαγορεύεται τέμενος, Ἀρτέμιδος δὲ καὶ Ἀθηνᾶς πρὸς τὸ τῆς Ἀφροδίτης δρας.

7 Urbe sic constituta supererat ut incurrentes barbaros submoveret, et imprimis Pænum Thraciæ tyrannum, qui ad Byzantis urbem progressus ipsaque heros ad pugnam provocato cuncta vastam decroverat. Cæterum Byzas, non exspectato adventu Barbari, singulari certamine eum adortus in monte eugnomine prostravit. Post hanc victoriam cum hostes in Thraciam usque Byzas persequeretur, Scytharum rex Olyses trajecto Istro ad ipsa pœnia progressus urbem obsedit, cum quo Byzantis uxor, hostium multitudine imperterrita, muliebri manu decertavit, serpentum auxilio barbarum circumveniens: angues enim quos in urbe uno in lo-

Α τὰ τεύχη, λόγου τε παντὸς κρείττονα μηχανώμενος. Τοὺς γὰρ ἐν αὐτῇ πύργους (12) ἐπὶ τὰς ἀντιφθέγγεσθαι τε καὶ διηγεῖν ἀλλήλοις συνήρμοζεν· εἰ ποτε γὰρ σάλπιγξ ἢ φωνὴ τις ἑτέρα τοῖς πύργοις ἐπεφόιτα, ἕτερος ἐξ ἑτέρου τὸν ἦχον μετεδίδου, καὶ τῷ πρὸς τὸ πέρας κειμένῳ παρέπεμπον. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἄλλοι τε τοῖς ταῦτα συγγράφασιν εἰρημένον οὐ παραλείψουσι· τὴν γὰρ Ἡρακλέους πύργον ἱστάμενον ἐντὸς τοῦ τεύχους (13) τὰ τῶν πολεμίων μεταδίδουαι μυστήρια λόγος ἦν. Μετὰ δὲ τὴν τοῦ τεύχους στεφάνην καὶ τὰ τεμένη τῶν θεῶν ἀπειράζεται. Τρεῖς μὲν κατὰ τὴν τῆς βασιλικῆς λεγόμενον τόπον ναῖον τε καὶ ἀγαλμα καθιδρύσατο, ὅπερ Τύχαιον τοῖς πολίταις τετιμῆτο. Ποσειδῶνος δὲ τέμενος πρὸς τῇ θλιάζῃ ἀνήγειρεν, ἐνθα νῦν ὁ τοῦ μάρτυρος Μηνᾶ (14) οἶκος διακρίσθηται. Ἐκάτης δὲ κατὰ τὴν νῦν τοῦ ἵπποδρομίου τόπον. τῶν δὲ Διοσκουῶν Καστορός τε καὶ Πολυδεύκου; ἐν τῇ τῶν ποταμῶν μίξει, ἐν ἧ καὶ λύσις τῶν παθῶν τοῖς ἀνθρώποις ἐγίνετο. Ἐγγὺς δὲ τοῦ καλουμένου Στρατηγίου (15) Ἀφαντός τε καὶ Ἀχιλλέως βωμοὺς ἀνέθηκεν, ἐνθα καὶ νῦν τὸ τοῦ Ἀχιλλέως χρηματίζει λουτήριον. Ἀμφιάρω δὲ τοῦ ἱερῶς ἐν ταῖς λεγομέναις Συκαῖς (16) ψυχοδύμησε γὰρ, αἱ τὴν ἐπινομίαν ἐκ τῶν συκοφύλων ἑνδρόνων ἐδέξαντο. Ἀνωτέρω δὲ τοῦ Ποσειδῶνος ἱεροῦ τὸ τῆς Ἀφροδίτης προσαγορεύεται τέμενος, Ἀρτέμιδος δὲ καὶ Ἀθηνᾶς πρὸς τὸ τῆς Ἀφροδίτης δρας.

B Ἐπεὶ δὲ ταῦτα πρὸς τὴν αὐτοῦ εὐκνήσατο πόλιν, ἐκρήν λοιπὸν τοὺς ἐπιόντας αὐτῷ ἀπωθήσει βαρβάρους, καὶ μάλιστα τὸν Αἰμόνα, ὃς τύραννος Θράκης ὢν καὶ πρὸς αὐτὴν ἦκα τὴν τοῦ Βύζαντος πόλιν, αὐτὸν τε τὸν ἥρωα προκαλούμενος εἰς μάχην καὶ διαπορθεῖν ἅπαντα προθυμούμενος (17)· οὐχ ὑπομείνας τὴν ἐφοδὸν τοῦ βαρβάρου μόνος πρὸς μόνον διαγωνίζεται, καὶ καταβάλλει τὸν Αἰμόνα ἐπὶ τὸν ἑμῶν αὐτοῦ λόφον. Ὁ μὲν οὖν Βύζας μετὰ τὴν εἰρημένην νίκην ὡς ἐπὶ τὴν Θράκην ἤλαυνε τοὺς πολεμίους. Χρύσης δὲ ὁ τῶν Σκυθῶν βασιλεὺς παραιθελὶς τὸν Ἴστρον καὶ πρὸς αὐτὸν δειλῶν ἐπολιόρκει τὰ τῆς πόλεως τεύχη. Πρὸς δὲ τὸ τοῦ Βύζαν-

Meursii et Lambecii notæ.

Hostilius regnavit annis 32, qui primus apud Romanos purpura usus est. Hujus temporibus Chalcedon conditur et Byzantium, quæ nunc Cpolis dicitur. MEURS.

(12) Τοὺς γὰρ ἐν αὐτῇ πύργους. De septem Byzantii turribus huic loco congrua vide apud Suidam in Βυζάντιον, Cedrenum, et Zonaram Annal. 3 in initio. MEURS.

(13) Ἰστάμενον ἐντὸς τοῦ τεύχους. Scribe τοῖς ἐντὸς ἱσταμένοις τοῦ τεύχους, ut referantur hæc verba non ad turrim Herculis, sed ad urbis incolæ. Conflant hæc lectionem Hesychii et fragmentum historicum de turribus vocalibus Byzantii, quod ex antiquo codice bibliothecæ Regiæ deprocuratum huic approposui. Ὅτι Βύζας ὁ τὸ Βυζάντιον κτίσας τὴν πύλιν ἀνήγειρεν τεύχεσι μεγάλοις καὶ πύργους περικαλλῆσεν ἐπὶ αὐτά. Ἔνον δὲ τινα καὶ ἀεθθαδύμαστον οἱ πύργοι οὗτοι τὴν ἐνέργειαν εἶχον. Νέποτε γὰρ, φησὶ, σάλπιγξ ἢ φωνὴ τις ἑτέρα, ἀνθρώπου τυχὸν ἢ ἄλλου ζώου ἢ καὶ λίθου βολῆς, ἐνδὸς τῶν ἐπὶ τούτων πύργων ἐπεγένετο, εὐθὺς εἰς τὸν μετ' αὐτὸν ὁ ἦχος διέβαινε, καὶ καθεστῆς διὰ τῶν ἄλλων μέχρι τοῦ ἐσχάτου παρεπέμπετο, καθαρὸς οἷος ἐξ ἀρχῆς ἐξέφωνήθη, εἴτε ἐναεθρὸς εἴτε καὶ ἀναεθρὸς. Ἀλλὰ καὶ ὁ εἰς τῶν ἐπὶ αὐτά τούτων πύργων, ὁ καὶ τοῦ Ἡρακλέους καλούμενος, τὰ τῶν πολεμίων ἐξωθεν μυστήρια, τῶν εἰς πολιόρκιαν τυχὸν τῆς πόλεως κλιπταμένων, ἐνηγα ἱστοίαι τοῖς ἐντὸς καὶ ἀκουστά. Ἰδρυτο δὲ ὁ πύργος οὗτος ἐν τῷ τῆς ἀκροπόλεως λόφῳ, ὃς νῦν Κυνήγιον ὀνομάζεται. Ceterum ex hoc fragmento et antiquissimo codice Palatino Hesychius quoque corrigendus est, apud quem perperam

legitur σάλπιγξ ἢ φωνὴ τις ἑτέρα pro σάλπιγξ ἢ φωνὴ τις ἑτέρα. LAMB.

(14) Μηνᾶ. De hoc Mena infra dicemus. MEURS. — Sensus est, templum Neptuni in eadem urbis regione fuisse ubi postea S. Menæ martyri ædes dicata est. Quare frustra objiciunt quidam Constantinum dicere quod templum S. Menæ antea Jovis sanum fuerit. Nam licet hoc verum sit, non propterea sequitur alterum falsum esse, cum idem templum eodem tempore et Jovis sanum esse potuerit, et in eadem urbis regione exstructum esse, in qua Neptuni sanum situm erat. LAMB.

(15) Στρατηγίου. Severus postea restauravit. D Vide Suidam in Σεβήρος. MEURS.

(16) Συκαῖς. Palatium erat (Victor Cumanensis in Chronico: Theodosius Cpoli Sugas relegatus totum pene palatium et maximam regie urbis partem sua perfidia macularit) et in propinquo portus, Strab. l. 7: ἐπὶ τὸν ἐπὶ τῇ συκῇ καλούμενον λιμένα. Zonaras in Leontio: ἅμα τῷ στόλῳ καταλαβὼν τὸ Βυζάντιον ἐν Συκαῖς τὰ σκάφη προζώρμισεν. Mentio etiam hujus loci est Novelli. 59 et apud Evagrium 3 33, item 4 36. Vide nostrum Glossarium in Σκᾶλα. MEURS.

(17) Post vocem προθυμούμενος interpungendum est: hucusque enim sermo fuit de Hæmo; cætera vero quæ sequuntur, ad Byzantem pertinere atque ita supplenda esse censeo: οὐχ ὑπομείνας; δὲ ὁ Βύζας τὴν ἐφοδὸν τοῦ βαρβάρου, etc. Eodem modo corrigendus est Hesychius, apud quem æque inutilis hic locus legitur. LAMB.

τος γυνή, μηδὲν καταλογισαμένη τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων, τῇ γυναικείᾳ χειρὶ χρησαμένη διηγωνίζετο, σοφισαμένη τὸν βάρβαρον τῇ τῶν δρακόντων συμμαχίᾳ (18)· οὐδ' γὰρ κατὰ τὴν πόλιν ὄφεις εἰς ἐν τῶν χωρίων συλλαβοῦσα ἐφρούρει, ἀθρόοις τοῖς ἐναντίοις ἐπιφανέστα, καὶ δίκην βελῶν ἀκοντίων ἐπαμπετὰ θηρία, καὶ πλείστοις καταλυμηγασμένη τούτῳ μῦθος φέρεται, μὴ δεῖν τοὺς κατὰ τὴν πόλιν ἀλισκομένους ὄφεις ἀπολλύειν οἷα εὐεργέτας αὐτῆς γενομένους.

Οὐ μετὰ πολὺν χρόνον Στρομβός ἀνὴρ τοῦνομα, καὶ αὐτὸς ἐκ Κεροέσσης τεχθεὶς, πόλεμον ἐπιφέρει τῷ Βύζαντι, πολλὴν ἐπαγόμενος δύναμιν. Ἐκινεῖτο τοῖνον ἅπαντα τὰ Σκυθικὰ γένη, συνέτρεχον δὲ καὶ οἱ τῆς Ἑλλάδος κρατοῦντες καὶ Ῥοδίων οὐκ εὐκαταφρόνητος δύναμις ὁ τε τῆς γείτονος Χαλκηδόνος (19) τοπάρχης Διναιδῆς, ἐκ Μεγάρων ἀποικὸς ἐκεῖσε γενόμενος ἰθ' Ἴτεςιν (20) ἐμπροσθεν τῆς Βύζαντος αὐταρχίας. Χαλκηδῶν δὲ ὠνόμασται τὸ χωρίον, ὡς μὲν τινὲς φασιν, ἀπὸ τοῦ Χαλκηδόνος ποταμοῦ, ὡς δὲ ἕτεροι, ἀπὸ τοῦ παιδὸς Κάλχαντος τοῦ μάντιως, ὕστερον τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου γενομένου. Ἄλλοι δὲ ἀπὸ Χαλκίδος πόλεως τῆς Εὐβοίας ἀποικίων ἐκεῖσε παραπεμφθέντων, οὐδ' ἤδη καὶ τυφλοὺς ἐκάλεσαν (21), παρεωραχίως τὸ Βυζάντιον. Ὡς δὲ εὖν σὺν πλείοσι ναυσὶν ὁ Διναιδῆς εἰς συμμαχίαν ἦκε τοῦ Βύζαντος, μὴ δυνθῆεις προσορμησαί τῇ πόλει, ἔρχεται τοῦ βασιλέως αὐτῶν Βύζαντος μεταλλάξαντος καὶ τοῦ δήμου παντὸς ἐν ἀγωνίᾳ τυγχάνοντος, πρὸς τὸν καλούμενον Ἀνάπλου ἀφίκετο, ἐνθα καὶ διατρέψας Ἔστιαν τὸν τόπον ὠνόμασε. Μικρὸν γὰρ μὴν ὕστερον διαβὰς ἐν τῇ πύλῃ καὶ τοὺς βαρβάρους ἀπωσάμενος δεῦτερον αὐτὸς ἐστρατηγήσῃ τοῦ δήμου τῶν Βυζαντιῶν. Καθ' οὐδ' χρόνους καὶ δρακόντων πλείοστα γένη ἐπεφοίτησε τῇ πόλει καὶ τοὺς οἰκοῦντας αὐτῇ διέφθειρεν· οὐδ' ἤδη τῇ τῶν καλουμένων πελαργῶν ἐπιφορᾷ διεχειρίσαντο, Ποσειδῶνος αὐτοῖς, ὡς φασί, συνεργήσαντος. Οὐ μετὰ πολὺ δὲ τῶν ὀρνίθων αὐτοῖς ἐναντία φρονούντων καὶ θάνατον εἶν ἐπαγόντων, τοὺς τε ἀλισκομένους ὄφεις πρὸς τὰς τῶν ὕδατων δεξαμενὰς (22) ἀκοντίζόντων, καὶ τοὺς γὰρ πολίταις ἐν ταῖς λεωφόροις ἀφανῶς ἐφαλλομένων, ἐν ἀρασίᾳ διετίθουν. Ἀνὴρ δὲ τις τῶν ἐκ Τυάων τοῦνομα Ἀπολλώνιος ἐκ λίθου ξέστοῦ (23) τρεῖς

co collectos asservabat, eos subito in hostes sagittarum et jaculorum instar immisit, et plurimis hoc modo interfectis urbem servavit. Atque hinc fluxit antiqua illa fabu'a, nefas esse quemquam serpentes in urbe captos, quippe qui ei salutem fuerint, occidere.

τῷ τρόπῳ διέσωσε τὴν πόλιν. Ἐντεῦθεν τοῖνον ἀρχίος Non longo post tempore Strombus quidam, et ipse Ceroessa genitus, numero exercitu adducto bellum Byzanti intulit. Universa itaque Scythica natio commota est: præstantissimi etiam Græcorum et Rhodiorum non contemnendæ copiæ conveniunt, unaque vicinæ Chalcedonis dominus Dinæus qui deducta Megaris colouia novemdecim annis ante Byzantiis principatum sedem illic sibi elegerat. Chalcedon autem appellata est, ut quidam volunt, a fluvio Chalcedone, sive ut alii, a Calchaontis vatis filio, qui post Trojanum bellum vixit: alii vero a Chalcide Euboræ urbe, unde missi illico coloni, quos et cæcos appellarunt, quod solum Byzantii non animadvertissent. Cæterum Dinæus cum magna classe suppetiarum Byzanti veniens, cum ad urbem appellere non posset, Byzante ejus rege paulo ante defuncto et universo populo ea re perturbato, ad Anaplum, ut vocant, pervenit, ibique commoratus Hestias loco nomen dedit. Nec multo post urbem ingressus est, et barbaris profligatis ipse secundus Byzantium præturam gessit. Hac tempestate varia serpentum genera urbem infestabant et perniciosi civibus afferebant, quos Neptuni ope, ut aiunt, ciconiarum superventu interfecerunt. Paulo post cum aves inimicum animum induentes, mortem denuo inferrent, serpentesque quos ceperant in cisternas projicerent, et cives in plateis publicis adorirentur, stupore percussi erant: sed vir quidam Tyanens Apollonius nomine, tres ciconias ex lapide albo obversa facie se nutu aspicientes erexit, quæ ad hoc usque tempus durant neque ciconias in urbem venire permittunt. Τυάων τοῦνομα Ἀπολλώνιος ἐκ λίθου ξέστοῦ (23) τρεῖς

Meursii et Lambecii notæ.

(18) Τῇ τῶν δρακόντων συμμαχίᾳ. Eodem strategemate adversus Eumenem usus est Hannibal, ut refert Cornelius Nepos in ejus Vita. Lamb.

(19) Τῆς γείτονος Χαλκηδόνος, nam septem tantum stadiis distabat. Plinius l. vi, c. ult. MEURS.

(20) Δεκαεπτά Ἴτεςιν, Herodotus l. 4 septendecim tantum. MEURS.

(21) Τυφλοὺς ἐκάλεσαν. Tacitus Annal. 12, Polybius l. iv, Strabo l. vii, Herodotus etiam l. iv, Plinius 5 32, Manasses in Annalibus. MEURS.

(22) Πρὸς τὰς τῶν ὕδατων δεξαμενὰς. Ad hunc Conini locum illustrandum pertinet fragmentum historicum, quod ex antiquo codice bibliothecæ Regiæ excerptum hic subiunxi. Ὅτι ἐνοχλουμένων ὕστερον τῶν Βυζαντιῶν ὑπὸ τῶν ὄφειν, διαφθερόντων αὐτοῖς τὰ ὕδατα, ὁ Τυανεύς Ἀπολλώνιος ἀπὸ λίθου ξέστοῦ τρεῖς ἀνάστης πελαργούς, οἱ τινες οὐκ ἔωσαν ἐπιφοιτῆσαι τῇ πύλῃ πελαργούς. Ἐκείνοι γὰρ

πνίγοντες τοὺς ὄφεις πρῶην ἠκόντιζον νεκροὺς κατὰ τῶν δεξαμενῶν. LAMB.

(23) Τρεῖς — Πελαργούς. Id est, ciconiarum statuas magice consecratas, τελεσµέννας, quæ ciconias ingredi prohibebant. Huc respexit Justinus Martyr ita loquens: Εἰ Θεός; ἐστὶ δημιουργὸς καὶ δεσπότης τῆς κτίσεως, πῶς τὰ Ἀπολλωνίων τελέσματα ἐν τοῖς μέρεσι τῆς κτίσεως δύνανται; Καὶ γὰρ θαλάττης ὄρμας καὶ ἀνέμων φορὰς καὶ μυῶν καὶ θηρίων ἐπιδρομὰς, ὡς ὀρώμεν, κωλύουσι. Vide prolixius super hac re disserentem Salmasium in Flavianum Vopiscum. Hoc duntaxat addo, ejusdem generis τελέσματα fuisse illa σεισμῶν φυλακτῆρια, quæ Marinus in posteriore parte Vita Præclii, hactenus inedita, ab ipso ait erecta fuisse; item illa ἀγάλματα, ὕψιστας περιποιητικὰ καὶ νοσοποιὰ δημιουργήματα, quorum meminit Psellus in libro ἀνεκδότῳ (a), cui titulus est Τίνα περὶ δαιμόνων δοξάζουσιν Ἕλληνας. LAMB.

(a) Vide tomum nostrum CXXII. Edit.

ἀνεστήσατο πελαργούς, ἀντιπροσώπως ὄρωντας ἀλλήλους, οἱ καὶ μέχρι τοῦ νῦν διαμένουσιν, οὐ συγχωροῦντες ἐπιφοιτῆσαι τῇ πόλει τὸ τῶν πελαργῶν γένος.

Post hæc Dinæo præfecto mortuo Leo quidam Byzantii summum magistratum suscepit, sub quo Philippus Macedonum rex, Ainyntæ filius, magis copiis admotis urbem obsedit, et cuniculis aliisque machinis bellicis muros aggressus est. Et sane facile eam expugnasset nocte illuni et immensa pluvia adjuvantibus, nisi quis deus tulisset opem, et canes per urbem ad latratum excitasset, nubesque lucidas ad septentrionem produxisset. Ea re suscitati cives urbem jam fere a Philippo captam conservarunt, turretsque et murorum propugnacula labefactata ex lapidibus sepulcralibus restaurarunt. Ejus rei gratia illum murum cognominarunt Sepulcretum, erecta simul lampadifera Hecates statua. Postea vero ad pugnam navalem reversi illustri clade Macedones affecerunt; quamobrem Philippus bello ita finito Byzantiis cessit.

φύρον Ἐκάτης ἀναστήσαντες ἄγαλμα. Αὐθις δὲ δόνας ἐνίκησαν. Καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ διαλυθέντος

Postquam autem Leo quoque excessit e vita, Atheniensium imperator **10** Chares cum quadraginta navibus in auxilium Byzantium profectus ad bellum contra Philippum occupavit promontorium Pronpontidis, quod inter Chalcedonem et Chrysopolim situm est, ibique periculum belli subiit. In eodem loco conjugem, expeditionis comitem, morbo extinctam sepulturæ tradidit, et aram ei posuit cum columna, in qua damalis seu juvenca conspicitur ex lapide polito; hoc enim nomine nuncupata fuerat Charetis illa uxor, ut liquet ex ascriptis hinc versibus, qui adhuc supersunt:
ων ἐκεῖσε στίχων ἀριδῆλως ἐμφαίνεται, μέχρι τῶν οὔτοι.

*Inachio non sum signum bovis, haudque vocatur
A me adversum illud Bosporium pelagus.
Hanc etenim prius ira gravis Junonis abegit*

*Usque Pharam: sed ego mortua sum Cecropis.
Atque Charetis eram conjux, illumque sequebar*

*Nempe Phitippeis navibus oppositum.
Bucula dicta sui: conjunx nunc grata Charetis
Terrarum gemino lætor utroque solo.*

Cum vero Chares Athenas navigasset, Protomachus præturam excepit, qui cum obturbantes Thracas armis subjugasset, ærea tropæa eo in urbis loco qui Miliarium dicitur statuit. Hoc etiam mortuo T. mesius **11** quidam Argivorum civitati ascriptus

Meursii et Lambecii notæ.

(24) *Νεφέλας πυρὸς vocat nubes ardentes et lucidas. Simili loquendi formula utitur Suidas in v. Μαξέντιος*· εἶδεν, inquit, ἐν τῷ οὐρανῷ στυλὸν πυρὸς. LAMB.

(25) *Ὁδὲ δὴ χάρον.* Ob eandem causam aliquot Byzantium numismatibus figuram lunæ insculptam videmus, cum hac inscriptione **BYZANTINH ΣΩΤΕΙΡΑ.** LAMB.

(26) *Κίονα ἐν ᾧ δάμαλις.* Mansit hæc columna ad tempora usque Constantini Leonis F., ut ex

Ἐπὶ δὲ τοῖς εἰρημένοις τοῦ στρατηγοῦ Διναιοῦ τὸν βίον μετελλάξαντος, Λέων τις τῶν Βυζαντιῶν τὴν ἀριστοκρατίαν ἐδέξατο, ἐφ' οὗ Φίλιππος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς, Ἄμύντου πατρὸς γεγὼνός, πολλὴν ἐπαγόμενος δύναμιν ἐπολιόρκει τὴν πόλιν, διώρυξί τε καὶ πολεμικαῖς μηχαναῖς τοῖς τεῖχεσι προσπελάζων· καὶ ταύτην ἂν εἴλε βραδύως νυκτὸς ἐπιλαθόμενος ἀσελήνου, καὶ θυβροῦ καταβράχεντος ἔξαισίου, εἰ μὴ τις αὐτοῖς τοῦ θεοῦ γέγονε συμμαχία, τοὺς κατὰ τὴν πόλιν πρὸς ὀλακτὴν ἀναστήσαντος κύνας, καὶ νεφέλας πυρὸς (24) τοῖς ἀρκυίοις ἐπάγοντος τόποις· ἐξ οὐπερ οἱ δῆμοι ἐπαγεθέντες ἤδη τὴν πόλιν ὑπὸ τῷ Φιλίππῳ γενομένην ἐβρύσαντο, ἀναλαθόντες τοὺς διαφθορέντας πύργους τοὺς ἐκ τῶν τάφων παρακειμένοις λίθοις, καὶ ἀνικ-
B κοδομήσαντες τὰς ἐπάλξεις τοῦ τεύχους, οὐδὲ χάριν (25) τὸ τεῖχος Τυμβοσύνην ἐκάλεσαν, λαμπραδύ-
πρὸς ναυμαχίαν τραπίντες περίφανῶς τοὺς Μακε-
τοῦ πολέμου Φίλιππος παραχωρεῖ Βυζαντιοῖς.

Ἐπεὶ δὲ καὶ Λέων τὸν βίον μετέλλαξεν, ὁ τῶν Ἀθηναίων στρατηγὸς Χάρης, σὺν ναυσὶ μ' εἰς συμμαχίαν Βυζαντιῶν ἐλθὼν πρὸς τὸν κατὰ Φιλίππου πόλεμον, κατέλαβεν τὴν ἄκραν τῆς Προποντιδος, ἣ τις μεταξὺ κεῖται Χαλκηδόνος καὶ Χρυσοπόλεως, καὶ ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ προσορμίσας ἀπόπειραν ἐλάμβανε τοῦ πολέμου. Ἐνθα καὶ τὴν γυναῖκα συνεπομένην ἔχων αὐτῷ, νόσῳ βληθεῖσαν ἀποδελῶν ἐν τάφῳ κατέθηκεν, ἀναστήσας αὐτῇ βωμὸν καὶ κίονα, ἐν ᾧ δάμαλις (26) δεικνύται ἐκ ξεστοῦ λίθου. Οὕτω γὰρ τὴν ἐπωνυμίαν ἐκέκλητο ἐκείνη ἡ
C γυνὴ τοῦ Χάρητος, ὁ περ καὶ διὰ τῶν ἐγγεγραμμένων ἡμᾶς διασωζομένων χρόνων. Εἰσὶ δὲ οἱ στίχοι

*Ἰναχίης οὐκ εἰμι βοῦς τύπος (27), οὐδ' ἀπ' ἐμείο
Κλήσεται ἀντιπὸν Βοσπόριον πέλαγος.*

Κεῖνην γὰρ τὸ πάροιθε βαρὺς χόλος ἤλασεν

*Ἐς Φάρον· ἦδε δ' ἐγὼ Κακροπίς εἰμι τέκνυς.
Εὐνέτις ἦν δὲ Χάρητος, ἐπύων δ' ὄτε πλώων
[ἐκεῖνος]*

*Τῆδε Φιλίππειον ἀντίπαλος σκαφῶν.
Βοιδίον δ' ἤκουον ἐγὼ τότε· νῦν δὲ Χάρητος
Εὐνέτις ἠπέριος τέρπομαι ἀμφοτέροις.*

Τοῦ δὲ Χάρητος εἰς Ἀθήνας ἐκπεύσαντος, Πρωτόμαχος τὴν στρατηγικὴν ἀρχὴν διαδέχεται, ἐς τοὺς ἐπαναστάτας· ὀρθῶς καταδοῦσάμενος τοῖς ὄπλοις ἐν τῷ καλουμένῳ Μιλίῳ τόπῳ τῆς πόλεως χάλκας ἀνέστησε τρόπαια. Κατοικομένου δὲ καὶ τούτου,

Cedreno accipimus. MEURS. — Hujus statue meminit antiquus ineditus chronographus, qui in bibliotheca Regia assernatur, his verbis: γίνεται δὲ τῷ Ἰνάχῳ θυγάτηρ ὄνομα Ἰώ. Ταύτης ἐπώνυμος ὁ Βόσπορος ἐκλήθη τοῦ Βυζαντιοῦ, ἀφ' οὗ στήλην ἐστῆσαν δαμάλιος ἐν κίονι πρὸς τὸ ἀντίπεραν τῆς ἀκροπόλεως Βυζαντιοῦ. LAMB.

(27) *Ἰναχίης οὐκ εἰμι βοῦς.* Hoc epigramma alii Dioscoridi cuidam, alii Hecateo adscribunt. Exstat Anthologiae l. III. MEURS.

Τιμήτας ἀνὴρ τῶν ἐν Ἀργείοις τραφέντων (28) Ἀ πρῶτον μὲν κατὰ τὴν Εὐξείνῳ πόντον πρὸς τῷ λεγομένῳ Ἐφεσιάτῃ (29) (ἔνθα ποτὲ Ἐφέσιοι ἀποικίας πέμφαντες καὶ πόλιν οἰκοδομῆν πειραθέντες αὐθις τοῦ Βυζαντίου ὑπήκουσαν λόγου·

Ὁλίτοι δ' κελίην ἰερὴν πόλιν οἰκήσουσιν,
Ἀκτιὴν Ὀρητικὴν ἔ' ἔνυτρον παρὰ τὸ στόμα
[Πόντου,
Ἐνθα δύο σκύλακες πολίην λάπτουσι θάλασσαν,
Ἐνθ' ἰχθύς (30) ἔλαφός τε τομόν βόσκονται ἐς
[αὐτόν)

ἀντικαταστήσαι πόλιν ἐπιχειρήσας καὶ διαμαρτῶν τῆς ἐλπίδος συνοικίζεται Βυζαντιοῖς, καὶ στρατηγὸς ἀναδειχθεὶς τοῦ παντὸς δήμου πᾶσαν ἑμοῦ τὴν πόλιν εἰς τὸ μείζον καὶ περιφανέστερον μετεβύθμισε, νόμους περὶ τῶν καθ' ἡμέραν συμβολαίων τιθέμενος, καὶ ἔθῃ καθιστὰς πολιτικὰ δι' ὧν ἀστέλους τε καὶ φιλανθρώπους τοὺς πολίτας ἀνέδειξεν. Ἱερὰ τε θῶν πλεῖστα τὰ μὲν αὐτὸς ἀνεστήσατο, τὰ δὲ καὶ πρὶν ἔνθα διεκόσμησε· τὸν γὰρ πρὸς τῇ ἀκρῇ τῆς Προποντίδος θαλάσσης κεκλιμένον ναῦν, ὃν Ἰάσων ποτὲ τοῖς δώδεκα θεοῖς καθίδρυσε, κατηρειπωμένον ἀνήγειρε, καὶ τὸν ἐπὶ τῷ Φριξῷ λεγομένῳ λιμῆνι Ἀρτέμιδος οἶκον ἀνεκαίωσε. Ἐπὶ δὲ τούτῳ Καλλιᾶδος στρατηγῆσας τοῦ Βυζαντίου, ἀριστὰ τε πρὸς τοὺς ἔθνεους καὶ ἐμφυλοὺς πολέμους ἀγωνισάμενος, τὸ περιβόητον καὶ θαυμαστὸν τοῦ Βύζαντος ἀγαλμα γράψεν οὕτως·

Τὸν κρατερὸν Βύζαντα (31) καὶ ἰμερτὴν Φιδά-
[λειαν
Κλοῖε κοσμήσας ἀρθετο Καλλιᾶδος.

Meursii et Lambecii notæ.

(28) Τραφέντων. Scribe γραφέντων. Sensus est, Timesium non ratione sed jure tantum municipali Argivum fuisse. Ejusmodi cives Latino adscripticii dicuntur, quibus opponuntur nativi. Egregius hæc de re Ciceronis locus exstat in oratione pro L. Cornelio Balbo. In Græcis, inquit, civitatibus videmus Athenis Rhodios, Lacedæmonios cæterosque nondum adscribi, multarumque esse eosdem homines civitatum. Idem Archiam poetam adscripticium civem vocat et Heraclææ adscriptum fuisse ait. Hoc loco igitur simplex γράφειν ideam est atque πολιτογραφεῖν seu in civitate adscribere. Hinc quoque corrigenda est Latina versio Hesychii: frustra enim ejus interpres antiquam et genuinam codicis Palatini lectionem sollicitat et pro γραφέντων legendum censet τραφέντων. Idem ibidem annotat Timesium hunc fuisse patrem Pescennii Nigri, qui cum Severo de imperio dimicavit. Sed præterquam quod ex Ælio Spartiano et Dione constat Pescennium Nigrum Italum fuisse et patrem habuisse Annum Fuscum, matrem vero Lampridiam, vel sola distantia temporum, quibus vixerunt, errori detegendo sufficit, quia alter Græcia Romanorum consulum armis nondum subjugata floruit, alter autem aliquot centum annis post Severo imperatori fuit cæciliæneus. LAMB.

(29) Πρὸς τῷ λεγομένῳ Ἐφεσιάτῃ. In uno cod. Vat. legitur πρὸς τὸν λεγόμενον Ἐφασάτην, in alio Ἐφασάτην. Mihi dubium non est quin locus nominatus Ἐφασάτης vel Ἐφασίτης ideam sit atque portus Ephesiorum, cujus meminit Dionysius Byzantius his verbis, εἴπερ ἄρα τῶν γνησίων εἰσὶν· His, inquit, ante commemoratis locis proximus succedit Phosphorus locus, qui vel a Diana vel a vicina antiqua Pharo cognomen traxit. Huic adjunctum et continens longum litus vocatum Ephesiorum est portus, a multis naribus Ephesiorum hæc appulsis. Sed procul dubio ibi scribendum est: huic adjunctum est continens longum litus et portus vocatus Ephesiorum. Verisimile enim est Dionysii hæc verba in hunc modum Græce concepta fuisse: Ἐπειτα προσεχῆς τὸ ἐστὶ καὶ μακρὸς αἰγιαλὸς καὶ ὁ λιμὴν ὁ καλούμενος Ἐφασίτης vel τῶν Ἐφασίων. Similiter fere Strabo, de littore Latino loquens, Ἐπειτα αἰτ προσεχῆς τὸ ἐστὶ καὶ ἄλλμενος, πρὸς αὐτῷ μόνον τῷ Κιρατῷ λιμῆνιον ἔχων. Item, l. iv, ubi agit de ora Ligustica, et passim alibi. Hoc præterea notandum est, portum antiquitus nuncupatum Ἐφασίτην hodieque paulum immutato nomine Ἀφασίτην vocari. LAMB.

Εφesiaie (ubi quondam Ephesii, colonis eo deductis, urbem ædificare conati secundo Byzantinum oraculum audiverunt):

Felices, sacrum qui Ponti in faucibus urbem.
Threicoque sium condant in littore cives.

Hic ubi cæruleum lambunt duo flumina pontum,
Piscis ubi cervusque cibo vescuntur eodem),

urbem ex adverso condere incipiens, cum spe excidisset, ad Byzantios se contulit, universique populi imperator designatus totam civitatem majorem splendidioremque reddidit. Leges etiam de quotidianis commerciis promulgavit, et consuetudines instituit civiles, quibus elegantes ac humanos cives effecit; ad hæc sana deorum plurima partim ipse extruxit, partim prius extracta adornavit. Nam templum in promontorio Propontidis positum, quod Jason olim duodecim diis dedicaverat, dirutum restauravit, et in portu Phirixi Dianæ ædem renovavit. Post hunc Calliades Byzantii dux in externis et civilibus bellis strenuus, 12 celebre illud et admirandum Byzantiæ simulacrum in Basilica consecravit, cum hac inscriptione:

κατὰ τὴν λεγομένην Βασιλικὴν ἀνέθηκε, καὶ ἐπέ-

Magnanimum Byzantem cum grata Phidalæa,

Erexit junctis Calliades stauis.

C siorum est portus, a multis naribus Ephesiorum hæc appulsis. Sed procul dubio ibi scribendum est: huic adjunctum est continens longum litus et portus vocatus Ephesiorum. Verisimile enim est Dionysii hæc verba in hunc modum Græce concepta fuisse: Ἐπειτα προσεχῆς τὸ ἐστὶ καὶ μακρὸς αἰγιαλὸς καὶ ὁ λιμὴν ὁ καλούμενος Ἐφασίτης vel τῶν Ἐφασίων. Similiter fere Strabo, de littore Latino loquens, Ἐπειτα αἰτ προσεχῆς τὸ ἐστὶ καὶ ἄλλμενος, πρὸς αὐτῷ μόνον τῷ Κιρατῷ λιμῆνιον ἔχων. Item, l. iv, ubi agit de ora Ligustica, et passim alibi. Hoc præterea notandum est, portum antiquitus nuncupatum Ἐφασίτην hodieque paulum immutato nomine Ἀφασίτην vocari. LAMB.

(30) Ἐνθ' ἰχθύς. Ultimus hic oraculi versus continet subobscuram periphrasin sinus nuncupati Cornu. Nam cervus denotat formam ejus cornu cervino similem, quoniam in multis sinus quasi in ramos fluditur. Per piscem vero significatur pelamys, quæ ob vim fluctus intro compellentis et angustiam sinuum numerose illic capitur. Utrumque confirmat Strabo, l. vii his verbis: Ἔστι δὲ τὸ Κέρας προσεχῆς τῷ Βυζαντίων ταίχτι, κόλπος ἀνέγων ὡς πρὸς δύοσιν ἐπὶ σταθίους ἐξήκοντα, ἑοικώς ἐλάφου κέρατι. Εἰς γὰρ πλεῖστους σχίζεται κόλπος ὡς ἂν κλάδους τινὰς, εἰς οὓς ἐμπέπουσα ἡ πηλαγὸς ἀλλασκεται βῆθλις διὰ τε τὸ πλῆθος αὐτῆς καὶ τὴν βίαν τοῦ συναλαύνοντος ροῦ καὶ τὴν στενότητα τῶν κόλπων,

(31) Τὸν κρατερὸν Βύζαντα. Exstat hoc epigramma Antholog., l. iv, legiturque ibi εἰν ἐνὶ προκίον. Exstat ibidem alterum etiam p. 298, cujus initium est ἰμερτὴν φιδάλαια. Fuit quoque sinus Phidalææ, cujus meminit Suidas in Ἠράκλειος. Μεύας.

Et hæc eadem Byzantiis partim sub optimatum A partim sub tyrannorum imperio diversis temporibus acciderunt. Cæterum postquam consulari virtute Romanum imperium reliquas omnes potestates superaverat, redacta jam in servitutem Græcia merito se quoque illi submisserunt Byzantii. Aliquanto tamen post, Severo Romanis imperante, Nigri Orientis tyranni partes secuti cum imperatore manius conserere ausi sunt; quamobrem jure civitatis multati, mœnibusque urbis funditus eversis, Perinthiorum cognomento Heracliensium servitio addicti sunt. Sed sedata mox Severi indignatione rursus eidem paruerunt imperatori; qui etiam majoribus atque illustrioribus ornamentis Byzantium restituit. Nam balneum extraxit amplissimum juxta Jovis equestris aram, et lucum Herculis, qui domitis Ibi Diomedis equis Zeuxippi nomen loco dedisse creditur. Item vicinum Hippodromum, Dioscuris sacrum, tabulatis et porticibus exornavit, ubi usque nunc metæ deorum præsidum indicia 13 exhibent, ova nimirum æneis obeliscis imposita. Quousque igitur Severus superstes fuit, ab ejus filio Antonino urbs Antonina appellabatur. A Byzante autem usque ad Severum anni 685 elapsi sunt. *Ὀβελίσκοις.* Καὶ μέχρι μὲν οὐ περιτὴν ὁ Σεβήρος, πόλις κατονομάζετο· ἀπὸ δὲ τοῦ Βύζαντος μέχρι πέντε.

- Meursii et Lambecii notæ.

κόλων, ὥστε καὶ χειρὶν ἀλλασθῆσαι διὰ τὴν στενοχωρίαν. Pluribus eruditissime de hac re disputat Jo. Tristanus in explicatione nummi Byzantii, cui in honorem Sabinæ uxoris Hadriani imperatoris, in quo visuntur duæ pelamydes cum inscriptione BYZANTIQN. EPI. A... ΠΟC. ΤΟ. Β. Ejusdem generis nummum vili Romæ apud Franc. Gotofredum, in cuius una parte visitur delphin medius inter duas pelamydes, cum inscriptione BYZANTIQN, ab altera vero effligis mulieris cum inscriptione ΙΟΥΛΙΑ. ΜΑΙΚΑ. ΑΥΓ. ΛΑΜΒ.

(32) *Περινθίους ἐτάχθησαν δουλεύειν.* Heroliani I. III: ἔτερον ἕτερον λιμῶν, πᾶσα τε ἡ πόλις κατεσκάφη, καὶ θεάτρων τε καὶ λουτρῶν παντός τε κόσμου καὶ τιμῆς ἀφαίρεθιν τὸ Βυζάντιον κώμη δουλεύειν Περινθίους ὄρων ἐδόθη. Vide Suidam in Σεβήρος, Cedrenum, Manassen, Zonaram, MEURS.

(33) *Κατὰ τὸν τοῦ Ἰππίου Διδὸς βωμὸν.* Per Jovem equestrém credo hic intelligi Neptunum, qui etiam Zeús θαλάσσιος nuncupatus fuit. LAMB.

(34) *Ἐνθα δὴ καὶ.* Scribe ἔνθα δὴ αὐτὸν φασιν τοὺς Διομήδους δαμάσαντα ἵππους Ζεῦξίππον τὸν τόπον ὀνομάσαι. Dicuntur autem hæc per parenthesis. Sensus est, thesmas Zeuxippi ita nominatas fuisse διὰ τὸ τὸν Ἡρακλῆα ἐκεῖνος Ζεῦξαι τοὺς ἵππους τοῦ Διομήδους ὕψ' ἄρμα. Eusebius in Canone chronico eas ita appellatas fuisse ait ad conservandam memoriã Zeuxippi, ultimi Sicyoniorum regis. LAMB.

(35) *Ζεῦξίππον.* Multa passim celeberrimi hujus balnei mentio apud scriptores. Conflagravit anno 5 imperii Justinianei, teste Cedreno. Erat autem hic balneum etiam aliud minus, in quod exstat epigramma istud Leonitii Scholiastici Anthol. I. IV:

Μὴ νεμέσα, Ζεῦξίππε, παρατέλλοιτε λοστρόφαι μὲγάλην κυρ' ἄμμαξαν ἐρωτύλος ἡδὺ φασίγει. MEURS.

(36) *Τὰ τῶν ἐφόρων γυωρίσματα.* Hesychni in-

(40) *Ἐκ Προκοννησίου λίθου.* Sic ex cod. Colbertino. In cod. Reg. legitur: *Ἐτέρα λάρναξ ἀπὸ λίθου, ἐν ἧ ἀπόκειται ὁ Ἰσαῦρος.* Hujus Augusti cadaver humatum fuisse in æde sanctorum Apostolorum scribit et Cedrenus pag. 458: *Καὶ θνήσκει σὺν τῷ σωματικῷ καὶ τὸν ψυχικὸν θάνατον, γίνω δυσεντερίας βληθεὶς· καὶ τίθεται τὸ δόστηνον αὐτοῦ σῶμα ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. Μορτὺς ἐστὶ ἐκ ἐντερίων μορβῷ, ἀνὴρ ἀπὸ τοῦ σώματος περὶ τὸν ναῶν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων.* Mortuus est ex intestinorum morbo, anima cum corpore pereunte: infelix ejus cadaver reconditum est in templo sanctorum Apostolorum.

(41) *Ἐτέρα λάρναξ Προκοννησίου.* Caput hoc inscriptionis ex cod. Colbertino reponimus. Cæterum Cedrenus pag. 513 scribit Michaelis Balbi cadaver humatum fuisse in æde Apostolorum in urna prasina Thessalica: *Ἐτάφη δὲ ὁ τοῦτου νεκρὸς ἐν τῷ κατὰ τοὺς ἁγίους Ἀποστόλους μεγάλῳ ἡρώῳ Ἰουστινιανοῦ, ἐν λάρνακι πρᾶσίνῳ Θεσσαλικῇ. Cadaver ejus depositum est in magno Justiniani heroo, ad templum sanctorum Apostolorum in urna prasina Thessalica.*

(42) *Τὸ πρὸς μεσημβρίαν Ἀρκαδίου.* Sic habet et Cedrenus pag. 33: *Ἐτέθη δὲ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, ἐν τῇ μεσημβρινῇ στοῦ, ἐνθα καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Εὐδοκίᾳ. Sepulius est in templo Apostolorum, in porticu meridiana, cum Eudoxia uxore.*

(43) *Θεοδοσίου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.* Theodosii Junioris cadaver depositum fuisse in æde SS. Apostolorum scribit et Cedrenus pag. 513: *Καὶ τίθεται τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων.*

(44) *Τὸ δὲ πρὸς ἀνατολὴν Εὐδοκίᾳς.* Cujus autem Eudoxiæ, matrisne Theodosii Junioris ac uxoris cadaver ibi depositum fuerit non exprimit scriptor noster. At Eudociæ matris ejus corpus una cum Arcadio ejus conjuge tumulatum fuisse in

εβλήθη ἀπὸ τοῦ ἡρώου παρὰ Μιχαὴλ καὶ Θεοδοῦρας, καὶ τὸ μὲν μίαρὸν αὐτοῦ σῶμα κατεκαύθη, ὁ δὲ λίθος τοῦ τάφου ἐπρίσθη, καὶ ἐχρημάτισεν εἰς συστήματα τοῦ πάλαιου.

Ἐτέρα λάρναξ ἐκ λίθου Προκοννησίου (40), ἐν ἧ ἀπόκειται Λέων ὁ Ἰσαῦρος.

Ἐτέρα λάρναξ. Προκοννησίου (41) Μιχαὴλ τοῦ Τραυλοῦ καὶ Θέκλας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ.

Ἐτέρα λάρναξ πρᾶσίνος, ἐν ἧ ἀπόκειται ὁ Θεόφιλος.

Στοῦ ἑτέρα, ἧτις ἐστὶ τὰ νῦν ἀσκέπαστος, ἐν ἧ ἀπόκειται λαρνάκια τρία πορφυρὰ Ῥωμαῖα, τὸ πρὸς μεσημβρίαν Ἀρκαδίου (42), τὸ δὲ πρὸς ἄρκτον Θεοδοσίου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ (43), τὸ δὲ πρὸς ἀνατολὴν Εὐδοκίᾳς (44).

Στοῦ ἑτέρα τοῦ αὐτοῦ πρὸς ἄρκτον, ἐν ἧ καίται λάρναξ ἀπὸ λίθου τιμίου Ῥωμαίου, ἐν ἧ ἀπέτεθη τὸ παμμίαρὸν σῶμα Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου (45).

æde sanctorum Apostolorum scribit Cedrenus pag. 334, ubi de Arcadii sepultura.

(45) *Ἰουλιανὸς τοῦ Παραβάτου.* Cadaver Juliani Apostatæ a militibus Tarsum perlatum, et in suburbio humatum, ac ejus monumento sequens epigramma inscriptum prodiit Zonaras lib. xiii, pag. 27: *Τὸ δὲ σῶμα αὐτοῦ ἡ στρατιὰ εἰς Τάρσον τῆς Κιλικίας κομίσασα, ἔθαψεν ἐν προσατείῳ τῆς πόλεως· οὐ τῷ τάφῳ καὶ τόδε τὸ ἐπίγραμμα ἐπιγράφη·*

*Κύδων ἐπ' ἀργυρόντι ἀπ' Εὐφράτας ῥοδῶν
Περσίδος ἐκ γαλῆς ἀταλευτήῳ ἐπὶ ἔργῳ
Κινήσας στρατιὴν τόδε Ἰουλιανὸς λάχε σῆμα,
Ἀμφότερον, βασιλεὺς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχ-
[μητής.]*

Cadaver ejus milites Tarsum perlatum, in suburbio humarunt, ejus monumento hoc epigramma inscriptum fuit:

*Res bonus et sævis bellator fortis in armis
Julianus jacet hic ad Cydni fluminis undas:
Dum serus Euphrates et Persica tela cruenti
Martis opus cæptosque negant inire triumphos.*

Errat igitur Cedrenus, dum pag. 308 scribit, Juliani cadaver statim advectum fuisse Constantinopolim, atque in arca porphyretica, cylindri forma, repositum, cum prædicta inscriptione; etenim si Zonaræ auctoritas tanti non esset, saltem vel Cydni mentio, ad cuius undas tumulatus dicitur in epigrammate, satis evincit, epitaphium hoc Tarsi inscriptum fuisse tumulo, in quo primum depositum fuerat ejus cadaver. Zosimus lib. iii, pag. 733, *Ἐν τινὶ Ταρσοῦ προσατείῳ humatum fuisse ait: inscriptionem vero sepulcri paulo aliter recitat idem Zosimus:*

*Ἰουλιανὸς μετὰ Τίγριν ἀγάρρῳν ἐνθάδε καίται.
Ἀμφότερον βασιλεὺς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμη-
[τής.]*

*Tigride Julianus jacet hic post fata relicto,
Res pariter bonus, et bellator acerrimus idem.*

Quod vero attinet ad id quod scribit Zonaras in Joviano, nimirum ab eodem Augusto ornatum fuisse Juliani sepulcrum: *Ἐξ Ἀντιοχείας τα εἰς Τάρσον γεγόνω, καὶ τὸ μνημα κοσμήσας τοῦ Ἰουλιανοῦ, ἐπανήκει, consulendi sunt Ammianus lib. xxv, Socrates lib. iii, cap. 22; Theodor. lib. iv, cap. 4; Philostorg. lib. viii, cap. 1; Sozom. lib. iv, cap. 6. Cæterum Juliani cadaver postmodum*

Ἐτέρα λάρναξ ἀπὸ λίθου Ῥωμαίου, ἐν ἣ ἀπόκειται Ἄλτα Altera urna ex lapide Romano, ubi reconditur Jovianus.

Ἰστέον ὅτι ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου Μάμαντος, πλησίον τοῦ τείχους τῆς πόρτης τῆς Ξυλοκέρκου, ἐν τῷ νάρθηκι τῆς ἐκκλησίας ἐξ ἀριστεροῦ μέρου Ἰστίται λάρναξ ἀπὸ λίθου ἑκατονταλήθου, ἐν ἣ ἀπόκειται Κωνσταντία ἡ τοῦ Μαυρικίου γυνὴ ματὲ τῶν τέκνων αὐτοῦ. Ἐν δὲ τῇ καταφυγῇ τῆς αὐτῆς μονῆς πρὸς ἀνατολὰς ἐξ ἀριστερῶν Ἰστίται λάρναξ, ἐν ἣ ἀπόκειται τὸ σῶμα Μαυρικίου σφαγέντος ἀπὸ Φωκά.

Ἰστέον ὅτι ἐν τῇ μονῇ τῆς ἁγίας Τριάδος τῆς ἐπονομαζομένης τὰ Σταυρακίον, ἐν τῷ δεξιῷ μέρει τῆς ἐκκλησίας, ἐν τῷ εὐκτήριῳ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Προδρόμου Ἰστίται λάρναξ Σταυρακίου βασιλέως (48) καὶ Θεοφανοῦς τῆς γυναικὸς αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἐν τῇ μονῇ τῶν Λιθαδίων (49) τῆς κυρᾶς Ἐὐφροσύνης Ἰστίται λάρναξ ἀπὸ λίθου Βιθυνοῦ, ἐν

Altera urna ex lapide Romano, ubi reconditur Jovianus.

Sciendum est, in monasterio S. Mamantis, prope murum portæ Xylocerci, in narthece ecclesie a sinistro latere urnam stare ex lapide tessellis lapideis distincto, in qua reconditur Constantia Mauricii uxor cum filiis suis. In loco autem abdito ejusdem monasterii ad orientem a sinistro latere stat urna, in qua reconditur corpus Mauricii, qui a Phoca occisus est.

Sciendum est, in monasterio S. Trinitatis, quæ cognominatur Stauracii, a dextro latere ecclesie, in oratorio S. Joannis Præcursoris, stare urnam Stauracii imperatoris et Theophanous uxoris ejus.

Et in monasterio Libadiorum dominæ Euphrosynæ locatur urna ex lapide Bithyno, in qua jacet

Anselmi Bandurii notæ.

translatum fuisse Constantinopolim tradit et Zonaras superius citato loco: Ὑστερον δὲ ἀνεκομίσθη εἰς τὴν βασιλίδρα τῶν πόλεων, Post in reginam urbium translatum est. Sic et Chronicon ms. ab Adamo ad Leonem Philosophum: Ἀνεκομίσθη δὲ αὐθις εἰς Κωνσταντινούπολιν, καὶ ἐτέθη ἐνθα καὶ τοῦ Ἰοβιανοῦ ἐν λάρνακι πορφυρῷ κυλινδροειδεῖ μετὰ Ἐλένης τῆς θυγατρὸς τοῦ Κωνσταντίνου καὶ γυναικὸς αὐτοῦ. Gregorius Nazianzenus orat. iv Tarso Constantinopolim translatum fuisse, et ἐν λάρνακι κυλινδροειδεῖ conditum scribit. In templo autem sanctorum Apostolorum humatum fuisse tradit Joannes episcopus Citri in Responsis ad Cabasilam: Ἐδράχονταί τε δὲ καὶ δυσσεβῶν βασιλέων τάφοι ἐν τοῖς καὶ ἡμᾶς ἁγίοις ναοῖς, ὡς καὶ τοῦ Παραδάτου Ἰουλιανοῦ ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων καὶ πανευφημῶν Ἀποστόλων. Inveniantur etiam impiorum imperatorum tumuli in nostratibus sacris templis, ut Juliani Apostatæ in templo sanctorum Apostolorum.

(46) Ἐν ἣ ἀπόκειται Ἰοβιανός. Sic ex cod. Colbertino. Perperam legitur in cod. Reg. Ἰουλιανός. Joviani imperatoris cadaver in æde sanctorum Apostolorum depositum fuit, ubi post uxor ejus Charito sepulta est; auctor est Zonaras pag. 29. Ὁ μέντοι νεκρὸς αὐτοῦ εἰ; τὸ Βυζάντιον ἀνακομίσθη, ἐν τῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἐκτάφῃ ναῷ, ὅπου μετὰ ταῦτα συνετάφη αὐτῷ καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Χαριτώ. Corpus ejus Byzantium perlatum in sanctorum Apostolorum æde sepultum est, ubi post uxor etiam ejus Charito est sepulta. Vide Ammianum lib. xivin, pag. 332, Philostorg. lib. viii, cap. 8. Cæterum Zonaræ tradenti Charitonem post Jovianum conjugem sepultam fuisse in æde sanctorum Apostolorum repugnat Cedrenus, qui Charitonem mortuam scribit antequam Jovianus ad imperium evectus esset.

(47) Ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου Μάμαντος. Georgius monachus in Vita Romani Lacapeni n. XIII, narrat, istius Augusti ætate inventas fuisse in æde sancti Mamantis tres urnas sepulcrales. in quibus fama erat. Mauricium imperatorem cum liberis tumulatum: Τηνικαῦτα δὲ καὶ Πετρωνᾶς αἰδοσιμώτατος, ἠρσιστάξει Ῥωμανοῦ βασιλέως, ἤγαγε λάρνακα ἐνζώδων, καὶ ἕτερα δύο γλυφῆς ἀμοροῦντα ἐκ τῆς τοῦ ἁγίου Μάμαντος μονῆς ἀνδρείας, τῆς πλησίον οὐσῆς τῆς Ξυλοκέρκου λεγομένης πόρτης· ἐν οὗ φρασίῳ ἀνακομιεσθαι Μαυρικίον σὺν τοῖς αὐτοῦ παισίν· ἃ καὶ ἀπέτεθη ἐν τῇ τοῦ βασιλέως μονῇ, ἤτοι εἰς τὸ Μυρέλαιον. Sub idem tempus Petronas vir venerabilissimus, Romani imperatoris jussu urnam anam figuris ac imaginibus sculptam, aliasque duas

nulla cæclatura arte sculptas, ex sancti Mamantis virorum monasterio, quod est prope portam quæ Xylocerci vocant, advexit; in quibus fama est conditum fuisse Mauricium cum liberis: quæ et in Romani monasterio (in Myrelæo scilicet) fuere depositæ. Cæterum hic et in sequentibus agit scriptor noster de iis sepulcris quæ erant extra ædem sanctorum Apostolorum; nam post Mauricii tempora plures imperatores tumulati fuere in variis monasteriis, ut videre est apud scriptores Byzantinos.

(48) Σταυρακίου βασιλέως. Monasterium hoc sanctæ Trinitatis Stauracii dictum ex quo ibi Stauracius humatus fuit, Braca etiam appellatur, ut scribit Zonaras, qui in eodem monasterio Stauracium imperatorem una cum conjugē Theophanone sepultura donatum fuisse tradit, cum prius vitam monasticam in eodem monasterio ambo professi essent: Καὶ τὴν γαμετὴν δὲ Σταυρακίου Θεοφανῶ καρεῖσαν τὴν κόμην, καὶ μέλαιναν ἐνδυσσάμενην στολήν, χρῆμασι πολλοῖς ἰδωρῆσατο, καὶ οἶκον εἰς κατοικίαν αὐτῇ προσαπένεμεν, ὃν εἰς μοναχῶσων ἐκείνη μετεποίησε καταγώγιον, ἐνθα καὶ ὁ Σταυράκιος τέβαπται, θανὼν ἐκ τῆς πληγῆς ἣν ὁ λόγος; ἐδήλωσε, δύο μῆνας αὐταρχήσας μόνους ἐπὶ ἡμέρας ἕξ. Ἡτι; μονῇ ἕξ ἐκεῖνου ἐκλήθη τοῦ Σταυρακίου ὠνομασμένη, βαρβαρίζομενον δὲ τοῦ ὀνόματος παρὰ τοῦ συρφετώδους ὄχλου λέγεται τὸ Βραχά, παρὰ τινῶν δὲ τὴν ἀληθῆ κλήσιν ἀγνοησάντων, μεταγόντων δὲ ταύτην ὄθηεν πρὸς τὸ Ἐλλητικώτερον, ὀνομάζεται τὸ Ἑβραϊκά. Theophanem Stauracii conjugem, quæ tonsa coma nigram stolam induerat, magna pecunia donavit, ædibus ei ad habitandum assignatis, quas illa in monasterium convertit, quod a Stauraco ibi sepulto nomen est sortitum. Nam ex vulnere, quod supra memoravimus, decessit, cum duos duntaxat menses et sex dies imperasset. Id monasterium appellatione corrupta vulgo Braca dicitur, et a nonnullis qui vocem ad Græcam formam detorquere conantur, originis ejus ignari, Hebraica. Theophanes pag. 418 paulo diversa habet. Vide Anastasium pag. 476. Cæterum ex scriptore nostro docemur, hoc monasterium, in quo Stauracius imperator una cum conjugē Theophanone humatus fuit, sanctissimæ Trinitati sacrum fuisse.

(49) Ἐν τῇ μονῇ τῶν Λιθαδίων. Hoc monasterium Euphrosynæ cognominatum fuit etiam Libatia. Notandum, in hoc ipso monasterio humatum etiam fuisse Joannem Tzeltre patrem, ut idem scriptor testatur Chil. v. cap. xviii.

Ὅς μέχρι νῦν ἀκέραιος νεκρὸν τελῶν ἐν τάφῳ, Ἐν Εὐφροσύνης τῇ μονῇ τὴν κλήσιν καλοουμένην.

Constantinus filius Irenes, ab ea excæcatus, et Maria ejus prima uxor, abneptis S. Philareti Eleemonis, 208 duæque ipsorum filia, Irene et Euphrosyne, quæ fuit uxor Michaelis Balbi, et Anna filia Theophili imperatoris.

Sciendum est, in monasterio gynæcei Gastriorum, ad dextrum latus ecclesie versus orientem. sepulchrum esse corpus S. Theodoræ, uxoris Theophili imperatoris, tresque filias ipsius, Theclam, Anastasiam et Pulcheriam.

Anselmi Bandurii notæ.

(50) Ὁ υἱὸς Εἰρήνης. Constantini Augusti cadaver ubi depositum fuerit, scriptores, quos sciam, non produunt; cum, quo tempore idem obierit, non satis constet; alii enim tradunt, baud multo post extinctum; alii vero superstitem volunt, etiam Nicephoro imperante.

(51) Ἡ γυνὴ ἐγγόνη τοῦ ἀγίου Φιλαρέτου. Sic emendatus. Perperam legitur in ms. ἡ γυνὴ ἐγγόνη, etc. Mariam vero uxorem Constantini, ex Armenia oriundam sancti Philareti Cappadocis abneptim fuisse volunt Menzæ; qui saue ex ea allinitate, ut tradunt, ad consulatus dignitatem euectus postmodum fuerit, cum ei antea vix ad vitam necessaria superessent.

(52) Εἰρήνη καὶ Εὐφροσύνη. Constantinus ex Mariâ prima uxore Euphrosynam tantum suscepit, quæ Michaeli Balbo imperatori, qui imperium post Nicephorum excepit, nupsit. Ex altera vero uxore Theodota Leonem tantum suscepit qui infantulus admodum obiit. Ex qua autem ex his filiam Irenem suscepit, quam illi scriptor noster attribuit, non liquet, cum nemo ex scriptoribus Byzantinis filia ejus Irenæ meminerit.

ἢ ἀπόκειται Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς Εἰρήνης (50) ὁ τυφλωθεὶς παρ' αὐτῆς, καὶ Μαρία ἡ πρώτη αὐτοῦ γυνή, ἡ γυνὴ ἐγγόνη τοῦ ἀγίου Φιλαρέτου (51) τοῦ Ἐλεήμονος, καὶ αἱ δύο αὐτῶν θυγατέρες, Εἰρήνη καὶ Εὐφροσύνη (52), ἡ γυνὴ Μιχαὴλ βασιλέως τοῦ Τραυλοῦ, καὶ Ἄννα ἡ θυγάτηρ Θεοφίλου (53) τοῦ βασιλέως.

Ἰστέον δὲ ἐν τῇ γυναικείῳ μονῇ τῶν Γαστριῶν (54), εἰς τὸ πρὸς ἀνατολὰς δεξιὸν μέρος τῆς ἐκκλησίας, ἐτάφη τὸ σῶμα τῆς ἁγίας Θεοδώρας τῆς γυναικὸς Θεοφίλου τοῦ βασιλέως, καὶ αἱ τρεῖς αὐτῆς θυγατέρες, Θέκλα, Ἀναστασία καὶ Πουλχερία.

(53) Καὶ Ἄννα ἡ θυγάτηρ τοῦ Θεοφίλου. Anna filia Theophili una cum Thecla, Anastasia ac Pulcheria sororibus, detonsis erinibus, in monasterio Euphrosyne inclusa fuit a Michaele imperatore ejus fratre.

(54) Ἐν τῇ γυναικείῳ μονῇ τῶν Γαστριῶν. In eodem monasterio cadaver Theodoræ depositum fuisse a Basilio Macedone, et filias ejusdem Theodoræ translatas fuisse scribit Cedrenus pag. 545: Ἄλλ' ἡ Θεοδώρα μετ' οὐ πολλῶν τῆδε μεθίσταται. Ἢ: τὸν νεκρὸν μετὰ ταῦτα βασιλεύσας ὁ Βασίλειος, καὶ τὰς αὐτῆς θυγατέρας, πρὸς τὸ τῆς Μέρμης ἐξαιπέσταιλε μοναστήριον ἐνδιακασάσαι, 3 Γάστρα κατονομάζεται. Neque multo post Theodora e vivis discessit. Ejus cadaver Basilius imperator, et filias ejus in Ἀσῆ monasterium transtulit, quod Gustria nominabatur. Pluribus autem Theodora Augusta a scriptoribus celebratur ob fidei integritatem, ac sacrarum imaginum cultum, quem, iurito latè functo, in Ecclesia Orientali rursus restituit. Ex quo sane a Græcis ipsis in Ecclesie canopem relata est, ejusque festum agitur die undecima Februarii.

SÆCULO XV.

DUCAS

NOTITIA

(Haukius De rer. Byzant. Script. Græc., p. 640.)

Ducas noster, cujus prænomen incognitum nobis est, ex Ducarum imperatoria prosapia Michaelæm Ducam, virum eruditum, qui, cum Joannem Cantacuzenum (post imperatorem Andronicum Patæologum juniorem A. C. 1341 vivis exemptum) imperatoris Joannis Palæologi tutorem adversarii bello persequerentur, cæteris amicis plerisque Constantinopoli cruciatis, in Asiam profugus, tandem in Europa sedem apud Ephesios tutam fuit adeptus, avum habuit. Hoc indicat in Historia Byzantina cap. 5, interprete Ismaele Bulliardo: *inter eos equidem* (Joannes Cantacuzeni amicos plus quam ducentos in carcere coniectos et, exceptis sex, neci datos) *qui tanto periculo erepti sunt, fuit avus meus paternus Michael Ducas. Ipsi porro monachorum illius monasterii* (in cujus subterraneo specu delituerant) *mantis seu cappis induti Constantinopoli aufugerunt, et in oppositum continentem Asiam transvecti, in regiones orientales, alius in Bithyniam, alius alio discesserunt, avusque meus Asiam petiit, adivitque Jesæum* (quem Bajazetes Turcarum sultanus Ionie principem con-

stituerat) filium Atenis, et ei, sibi quæ acciderant, narrat. Eruditus equidem erat et scientiarum liberaliumque artium peritissimus, medicæ artis non ignarus, genus ducens ab antiquis illis Ducis, inque prosapia ista, veluti catena annulus aureus, splendebat. Hunc ergo honorifice exceperit tyrannus, providetque, ut cuncta necessaria comœtusque rerum omnium ei præberentur, beneficiisque cumulado Ephesum habitandum concessit: quæ sedes peregrinæ æque ac patriæ gratæ ipsi ac charæ fuerunt.

Ipse Ducas noster, post Constantinopolin a Turcis occupatam, principum Christianorum quos Lesbos Ægei maris insula dominos habuit, Turcis tributarium minister fuit. A Dorino Gateluzo, Lesbiorum principe, missus, anno mundi Græco 6963, post Byzantium a Turcis subactum altero, Christi 1455, ad Hamzam Turcicæ classis præfectum, munera perferebat, et amicitiam inter utrumque stabiliebat, ut ipse tradit in Historia Byzantina, cap. 43. Mortuo Dorino Gateluzo, Ducas in Dominici Gateluzi, Lesbiorum principis, aula vivebat. Ab eo missus, eodem anno Christi 1455, tributa Lesbiorum Lemniorumque Mahometi II Turcarum tyranno Adrianopolin afferebat. Anno illo 6963, inquit in Historia sua, cap. 44, Junii die tricesima, Dorinus Gateluzus insule Lesbi princeps obiit. Augusti deinde die prima ab ejus filio novo principe Adrianopolin destinatus sum, ut tributa annua, Lesbi ratione tria millia nummum, Lemni vero duo millia recenta viginti quinque solverem. Hanc siquidem insulam Lesbi principi, tributum, de quo inter eos convenerat, stipulatus tyrannus concesserat. Ibidem post paucissima: Principem igitur adoraturus, ut mos est, adivi, ejusque manum deosculatus, coram ipso, donec pransus esset, sedi: quo demum salutato recessi. Aureos nummos veziris postridie numeravi.

Mox, cum Mehemetes Dominicum Gateluzum, ut principatum præsentem concederet, ad se venire jussisset, Ducas ejusdem comes ad Mehemetem, in castris prope vicum Bulgaricum positus commorantem, revertebatur: sicut ibidem narrat. Nec ut Lesbi princeps appelleretur, inquit ad Ducam veziri, post acceptum tributum, fieri potest, nisi postquam celsissimum principem adierit, et ab eo principatum impetraverit. Abi itaque et da operam, ut illum huc conducas. Sin minus obtemperaverit, novit ille quid futurum sit. Reversus itaque Mitylenem, cum aliquot præcipuis viris Latinis et Romæis Lesbi principem adduxi. Spe nostra in Deum reposita, ex insula solvimus, et Chersonesum emensi Adrianopolin pervenimus. At princeps ob grassantem pestem sedes subinde mutabat: quippe ista pestiferi morbi contagio Chersoneso et toti Thraciæ ita infesta erat, ut in trivitis insepulta cadavera jacerent. Cum itaque principem Philippopoli morari comperissemus, eo contendimus: postquam vero illuc advenimus, ipsum ante biduum inde, obvium morbi sævientem discessisse, et Sophiam versus movisse didicimus. Philippopoli itaque abeuntis montibus arduis ac asperis superatis, tridui itinere ad vicum quemdam Bulgarorum Izlati dictum, ubi tyrannus castra habebat, pervenimus. Nobiles et satrapas Mahmudem et Seidi Ahmetem bassas, plurima dona ostentantes, convenimus; postridie coram imperatore nos stitimus, cujus manum postquam deosculatus est Mitylenes princeps, subito ab eo exivimus. Interpositis paucis, cum inter Mehemetem et Gateluzum acta descripsisset: Vestem auro intextam ipsum (Gateluzum) nosque ejus domesticos ac comites sericas tum induerunt: conscriptis pactis sacramento mutuo firmatis discessimus, et die decimo tertio in Lesbum, collaudantes Deum, qui ex manibus iniqui nos salvos eripuerat, pervenimus.

Paulo post, Genuzes Turcicus contostabulus, id est maris præfectus, Nicolao Gateluzo Lemniorum principi de quadam biremi, feminam nobilem Chiam, resque multas pretiosas continente, litem movebat. Hujus causa Ducas a Dominico Gateluzo Lesbiorum principe Lemniorum principis fratre, Constantinopolin ad Mehemetem II Turcarum imperatorem mittebatur. A quo cum nihil impetravisset, post Phocæam veterem Lesbiæ ditionis urbem a Turcis, die 24 Decembris, anno mundi Græco 6964, Christi 1455, occupatam, dimittebatur. Commemorat hæc in eodem cap. 44. At Lesbi princeps, ait, Mitylenem profectus, de iis quæ acciderunt a fratre certior factus: utque socrus sua, utpote Chia nobilis atque a contostabulo repetebantur, causam suam apud imperatorem ut agerem, me misit. Constantinopolin cum venissem, apud veziros causam egi, et cum contostabulo Genuza litigari, quæcunque attuleram, vera esse jurejurando affirmavi. Ille pariter, etsi falsa ac facta, juratus, quæ dixit, vera esse asseruit: secundum quem, me victo, vindiciæ date sunt. Alterum etiam e duobus imperator eligendum proponit, aut aureorum nummorum decem millia solvere, aut, quod Lesbiis inferretur, bello se parare. Tam alienæ ab æquo et bono injuriæ cum obsisterem, ipse omnibus insciis, suorum satellitum unum mittit, qui Phocæam veterem, ditionis Lesbiæ principis oppidum, Decembris mensis die 24, anno mundi 6964, occupavit. Captam Phocæam ubi resevit tyrannus, solutum me dimisit.

Eodem anno mundi Græco 6964, Christi 1456, tributum Dominici Gateluzi, Lesbiorum principis, annuum Turcis Adrianopolin afferebat. Id docet cap. 45: Tyrannus (Turcarum alii Hungaris) contumeliam ac repulsam passus, inquit, Adrianopolin reneat, bello se petiturum anno novo Belogradum minitatus; hæc porro anni prædicti (6964) mense Julio gesta sunt. Sequente Augusto, ut tributum, quod Lesbi princeps annum pendit, solverem, missus sum. Eo numerato, quos Lemni, tanquam proditionis reos tradiderant, repetenti mihi negati: jubetque tyrannus ipsos Adrianopoli carceribus inclusos capite plecti; dumque ad supplicium ducerentur, pœnitentia actus, venundari imperat, milleque nummis venire.

Idem Mehemetes II Turcarum tyrannus, sub autumnii initium, anno mundi Græco 6971, Christi 1462, insulam Lesbum, quæ tum Nicolaum, Dominici fratrem, Gateluzum principem

habebat, occupato per prodicionem oppido Mitylene, subegit. Eo tempore superstitem Ducem hæc indicant, quæ sub Historiæ suæ finem tradit : Anno 6971, classe trirremium sexaginta naviumque septem instructa, mense Septembri, in insulam Lesbum [tyrannus Turcicus] movet : terrestri verò protectione copiis secum ductis accedit. Insulam a Nicolao Gæteluzo, qui ei tunc dominabatur, sibi dedi poscit. Hic Dominici decessoris sui, quem ditione spoliatum laqueo necaverat, frater erat, quartusque annus ab occupata dominatione agebatur.

Historiam Byzantinam, qua res imperii Constantinopolitani postremas complectitur, scripsit. Eam, summis annorum ab orbe condito ad imperatoris Andronici Palæologi junioris mortem, A. C. 1341, præmissis, incipit a Joannis Cantacuzeni rebus qui Joannis Palæologi tutor ab Andronico Palæologo patre constitutus, imperium, quod administrabat, ipse consecutus est, id est ab A. C. 1341 : terminat insula Lesbo, quæ tum Dominicum Gæteluzum principem habebat, a Turcis expugnata, id est in A. C. 1462. Prodiit Græce et Latine, interprete Ismaele Bullialdo, cum ejusdem notis, Parisiis e typographia Regia, per Sebastianum Cramoisium, 1649.

DUCÆ

MICHAELIS DUCÆ NEPOTIS

HISTORIA BYZANTINA

RES IN IMPERIO GRÆCORUM GESTAS COMPLECTENS A JOANNE PALÆOLOGO I
AD MEHEMETEM II.

ACCESSIT.

CHRONICON BREVE, QUO GRÆCORUM, VENETORUM ET TURCORUM,
ALIQUOT GESTA CONTINENTUR,

E Bibliotheca Regia primum in lucem edita, versione Latina et notis illustrata
studio et opera Ismaelis Bullialdi.

(Parisiis, e Typographia Regia, MDCXLIX).

ISMAELIS BULLIALDI EPISTOLA NUNCUPATORIA.

Eminentissimo ac illustrissimo Julio S. R. E. Cardinali Mazarino Ismael Bullialdus.

Ad te, Cardinalis eminentissime, hoc Ducæ opus historicum, animique mei in edendo illo quæcumque sætum afferro : apud quem Musis earumque myrtis amicum, tenellus ille et infirmus feliciter adolescere, et virium incrementum suscipere possit ; quibus injurias invidorumque calumnias propellere queat. Aliud equidem tutius nobilisque patrocinium eligere non habui : et genium jam habere liber, victurusque mihi videtur, quod clientelæ tuæ se crediderit, tuque, Cardinalis eminentissime, eum admiseris. Inscriptum celeberrimum nomen tuum, ceu ornamentum dignitate ac splendore conspicuum, in fronte cum gestet : quodque inter cæteros libros adnumerandus etiam sit, quibus artium scientiarumque omnium officinam, bibliothecam tuam superbissimam ac magnificentissimam ψυχῆς lateior exornas, magnum inde decus ipsi accessurum spero. Nomen auctoris, cujus majores Byzantii olim regnarunt, ab oblivione vindicabitur ; inscriptum illi bibliothecæ, amplitudine sua omnia complectenti, cujus structura famæ tuæ perpetuitati in omne ævum consuluisti. Ita equidem est, Cardinalis eminentissime, per ora virorum tandiu nomen feretur tuum, quandiu terras genus humanum incolet. Veram stabilemque hanc esse laudem, non fictam aut fluxam, Ptolemæi Philadelphi Ægypti regis post bis mille annos asserit probatque notissima fama : quam non gestamina regia, sceptrum vel diadema, non rerum bello gestarum claritudo, illustrem ad nostra etiamnum tempora transmissere, sed regio cultu ac sumptu pluribus librorum myriadibus instructa bibliotheca. Diceris

aliis, qui cæteras virtutes tuas digne prædicare possunt: attonitus illas admirabundusque suspicio, simulque mæstus, quod facundia ac eloquentia me deficiant, quibus illas meritis laudibus efferre possim. Perge quod factis, Cardinalis eminentissime, litteratorum votis et otio favere, eorumque studia benignitate tua favere. Vale.

AD LECTOREM.

Benevole Lector, ad operis regii ac magnifici structuram, ex Regia bibliotheca materias sine furto alio non transferendas, cum potuerim, comportare debui. Illi equidem, quo Byzantina historia huc et illuc sparsa, ac velut inter rudera jacens, in superbi ædificii molem ac compagem assurgit, operam nostram utcumque navavisse, et particulae nomen nostrum inscripsisse, aliquantam laudem nobis allaturum spero. Sostratus siquidem Gnidius architectus, Alexandriae pharum Ptolemæo ædificans, nominis sui ac famæ perpetuitati, structuræ illud permittente rege inscribendo, prospexit. Ex bibliothecæ igitur Regiæ manu scripto codice opus transcriptum affero, styli quidem elegantia haud ornatum et comptum: barbarum potius, impositum ac rude dixerò, sed rerum momento ac gravitate eximiùm earumque narratione prudenti gratum. Infelici sæculo, quo Græcia ærumnis cladibusque continuis, atrita Turcorumque tyrannide oppressa, ultimos ducebat spiritus, styli barbaries ascribenda est: quæ totam illam gentem tam lato pervaserat, ut paucissimos, venustatem illam antiquam leporemque sermonis suis circumdare scriptissineret. Noster idcirco auctor, qui rebus etiam agendis expediendisque negotiis, potius quam evolvendis libris operam suam impendebat, barbaris non solum vocibus utitur (quod et anteriorum sæculorum castigatioris auctores quique sermonis nitorem affectaverunt, fecere): sed etiam Græca verba absurda constructione seu solœcismo perturbat ac permiscet. Inter vepres tamen spinasque illas flos quidam non ineruditi ingenii se explicat: legerat quippe sacros libros aliosque historiarum auctores: ita ut linguam Græcam antiquam calluisse, verum scribendi usu ac peritia destitutus, fuisse mihi videatur. Criticum propterea agere nolui, vel de verbis litem illi movere, qui, grammatices deserto foro, ad alienum peregrinumque se transtulit. Satis mihi visum fuit sensum verborum assequi et qua potui bona fide ac diligentia in Latinum sermonem convertere, in gratiam illorum qui linguam Græcam aut penitus ignorant aut imperfecte didicerunt.

Byzantini imperii res ad interitum festinantes, et postremorum imperatorum Christianorum tempora describere aggressus, rerum usu peritum ac sapientia politica instructum se approbat, dum causas et principia exquirat et investigat eorum quæ acciderunt, Græcorumque rebus ultimam perniciem attulere. Trium equidem novissimorum imperatorum auspicio res gestas enarrare ipsi propositum fuit, urbisque et imperii excidium scriptis mandare. Quamobrem Turcorum, qui illud debellarunt, mentionem ubique facere non solum oportuit, sed ab annis pluribus jam elapsis narratio repetenda fuit, et Joannis Cantacuzeni Joannisque Palæologi bella civilia discordiæque domesticæ in memoriam revocandæ fuerunt: quæ Turcis in Europam trajiciendi occasionem tum primum præbuere: cum inauspicato ac tristi consilio, Turcos in Europam Græci insanientes accersiverunt, sibi que et aliis gentibus Christianis, cur perirent funditus, auctores exstiterunt. Manuelis Palæologi ejusque filiorum Joannis ac Constantini res ad captam urbem deinceps persequitur. Ad Turcorum statum quantum spectat, in Asia qualis fuerit sub Andronico seniore, paucis indicat, suspensoque pede Othmanidarum principum seriem ad Bajazitem primum percurrit, breviterque de Othmane, Orchane et Morate primo disserit. Bajazitis gesta, tam adversus Turcorum regulos et Temyrem (quem vulgus *Tamerlanem* vocat), quam Christianos principes, prolixius enarrat. Lanienam cædesque mutuas liberorum Bajazitis, Isæ nimirum, Musulmani, Mosis, Mustaphæ ac Mehemetis exponit. Cineitis, qui Ionie imperium aliquando sibi adrogaverat, variam fortunam, fraudulentum versutumque ingenium, modo ad has, modo ad illas propendens ejusque tandem eversionem ac ruinam describit. Moratis denique secundi, Mehemetisque itidem secundi, cum contra Turcos et Christianos in Asia, tum in Europa contra Græcos, Hungaros, Venetos, Servios, Walachos, Genuenses, Rhodiorumque Equitum collegium præcipuas res gestas enarrat. Omnia momenta adnotat, quibus Byzantinum imperium a Turcis subinde labefactatum Christianis tandem ereptum est. Othmanicorum principum (quibus occasio propagandi fines imperii vix unquam neglecta aut omiissa est) artes, curas acres

assiduamque laborem in debellandis nationibus indicat. Neque etiam ille prætermisit, quæ ad religionem tam nostram Christianam, quam Musulmanicam pertinent. Concilii Florentini ab Eugenio papa celebrati, cui Joannes Palæologus imperator, Josephus patriarcha Constantinopolitanus, et Græci cæteri interfuerunt, historiam breviter contexuit. Novam vero sectam, quæ inter Turcõs a quodam Bercligia Mustapha inventa est statimque deleta, intactam non reliquit. Ad captam a Turcis Constantinopolim historiam solummodo perducere sibi proposuerat; verum, spe ductus futuræ aliquando eversionis potentiæ Turcicæ, gentemque Græcam in pristini splendoris statum reducendam fore ratus, post urbis captæ annum narrationem produxit. Hunc porro auctorem Laonico et Phranzi multum præstare propterea censeo, quod rerum principia et causas diligentius investiget, narrationisque filum parcius interrumpat. Laonicus enim, dum de rebus Turcorum confusam sæpe narrationem instituit, ad describendas, imperite ut plurimum, occidentalium regnorum politeias digreditur. Phranzes autem præter rem et nullius momenti multa suis inseruit; nec accurate et diligenter, præter Constantinopolitanam obsidionem, quam recte instituit et persequitur, res gestas narrat. Cum Turcorum annalibus et historia, a Leunclavio, acerrimi iudicii viro, editis, Noster admodum sensit: quo nomine magnificandus mihi videtur. In illis quæ ad Joannem utrumque, Cantacuzenum et Palæologum, pertinent, ab ipso Cantacuzeno non valde dissentit quamvis temporum seriem interturbasse alicubi deprehendatur. Nec silentio transmittendus est consensus qui inter ipsum ac Leonardum Chiensem intercedit in Constantinopoleos obsidione ac expugnatione describenda. Quæ quidem diversorum scriptorum concordia historiæ fidem conciliat, et quæ vera quæve falsa sint, discernendi copiam facit. In rebus porro Hungaricis imperitum se prodit, statimque regni illius a morte Sigismundi imperatoris ignorasse.

De auctoris hujus Historiæ, quam sub manu habemus, nomine et genere paucissima dicenda occurrunt. Et nisi avi sui paterni nomen capite 5 edidisset, anonymus liber proditura erat. Verum cum ab antiquis illis Ducis qui Constantinopoli regnarunt, se ortum dicat, et Michaellem Ducam avum suum appelleret, Historiæ titulum in scripturi, avi nomen proprium ac gentilitium repetitum præfiximus, ut auctoris proprium nomen, nobis ignotum, tali circumstantiâ determinaretur. Christianæ pietatis tenacissimum et catholicæ Ecclesiæ communionis studiosissimum se ubique approbat. Græcis levitatem malamque fidem objicit, qui fide ac simulate cum Romana Ecclesia concordiam inierant, nec alio animo pacem composuerant quam ut a principibus occidentalibus, papa præcipue, auxilia contra Turcõs consequerentur. Institutum vitæ quale fuerit ex ipso discere possumus, qui se politicis rebus ac negotiis tractandis occupatum fuisse tradit. Apud Gataluzios, Lesbi principes, vitæ partem transegit, fide ac gratia valuit, ab illisque ad sultanum Mehemetem secundum post urbem captam legatus missus est. Rerum quarumdam, quas narcat, spectator fuit: cumque principibus istis Lesbiis operam navaverit, in Asia res gestas, in qua ipsum natum fuisse verisimile est, vel in Lesbo, accuratius novisse potuit. Atque de Duca ejusque scribendi ratione hæcenus.

Quæ vero in hoc edendo libro ipsi præstiterimus demceps exponenda sunt. Unico codice bibliothecæ Regiæ usi sumus; operis finis in eo desideratur, nec scriptura ejus castigata et emendata est, at pronuntiationis hodiernæ vitio, confusione nimirum et tenuis cum a, diphthongo, iotacismo etiam continuo corrupta, ita ut sæpe vocalis una pro alia, diphthongus pro vocali, ac vice versa succedant. Textus illius continuus est, non sectionibus aut capitibus distinctus, cui marginales notulæ indices quibusdam locis appositæ sunt. Faciliorem lectionem ut redderemus, textum in capita dividere visum est, marginibus etiam notulas apponere indices eorum quæ in textu narrantur. Cumque temporum quibus res gestæ sunt, epochæ omnino necessariæ sint ut clara ac perspicua narratio evadat, illas cum ex historia Musulmanica, tum ex aliis Græcis ac Latinis excerptas apposuimus. Annos etiam Hegiræ, ubi necesse fuit, et ab orbe condito secundum Græcos, Christianæ æræ annis adjectis ascripsimus. Historiam Byzantinam appellare placuit, quoniam Ducas res in illo imperio gestas Manuele, Joanne et Constantino imperantibus describit, Notas libro subjecimus, ut consensum ac dissensum narrationis Ducæ cum Laonico, Phranze, Leunclavio et aliis indicarem, vel alia notatu digna adnotarem. Ne nimium crescerent inhibuimus, illasque, quantum penes nos fuit, contraximus. Ducæ Historiæ chronicon breve, ex bibliotheca Regia descriptum, at texere ad rem visum est: quod Græcorum, Turcorum ac Venetorum res gestas et casus aliquot insignes adnotet. Græcus aliquis Peloponnesius, Cephallenius aut Zacynthias, domini Veneti subditus illud conscripsit.

DUCÆ

MICHAELIS DUCÆ NEPOTIS

HISTORIA BYZANTINA

A JOANNE PALÆOLOGO, ANNO CHRISTI 1341, AD ANNUM 1462.

I CAPUT PRIMUM.

Generationum ab Adamo ad Christi Nativitatem brevis enarratio. Annorum elapsorum a Christo ad Constantinum initia enumeratio. A Constantino ad Justinianum, a Justiniano ad Constantinum et Irenam. Ab his ad Alexium Comnenum. Brevis deinceps Imprr. Constantinopolitanorum enumeratio ad urbem a Latinis captam.

Ἀριθμοὶ ἐτῶν ἀπὸ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου ἕως τῆς Ἀ Νῦμερι ἀνωροῦ ἀ πρῶμο ἁομῖνε ἀδ ἀετἄτεμ ἡμῆεράε γενεάε.

Ἀπὸ Ἀδάμ (1) τοῦ πρώτου ἀνθρώπου ἕως Νῦε, ἐφ' ὃν ὁ κατακλυσμὸς γέγονε, γενεαὶ δέκα γεγονάσι· πρώτη ἡ καὶ παρὰ Θεοῦ, τοῦ Ἀδάμ. Μετὰ δὲ σὺ' ἔτη δευτέρα ἡ τοῦ Σὴθ παρὰ τοῦ Ἀδάμ. Μετὰ δὲ τὸν Σὴθ σὺ' ἔτη τρίτη ἡ τοῦ Ἐνῶε ἐκ τοῦ Σὴθ. Μετὰ δὲ τὸν Ἐνῶε ριζ' ἔτη τετάρτη ἡ τοῦ Καϊνάν ἐκ τοῦ Ἐνῶε. Μετὰ δὲ τὸν Καϊνάν ρο' ἔτη πέμπτη ἡ τοῦ Μαλελεὴλ ἐκ τοῦ Καϊνάν. Μετὰ δὲ τὸν Μαλελεὴλ ρε' ἔτη ἕκτη ἡ τοῦ Ἰάρεδ ἐκ τοῦ Μαλελεὴλ. Μετὰ δὲ τὸν Ἰάρεδ ρεβ' ἔτη ἑβδόμη ἡ τοῦ Ἐνῶχ ἐκ τοῦ Ἰάρεδ. Μετὰ δὲ τὸν Ἐνῶχ ρε' ἔτη ὄγδοη ἡ τοῦ Μαθουάλα ἐκ τοῦ Ἐνῶχ. Μετὰ δὲ τὸν Μαθουάλα ἑκατὸν καὶ ἐξήκοντα ἑπτὰ ἔτη ἑννάτη τοῦ Ἀάμεχ ἐκ τοῦ Μαθουάλα. Μετὰ δὲ Ἀάμεχ ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα ὀκτώ ἔτη δεκάτη ἡ τοῦ Νῦε. Νῦε δὲ ἦν ἐτῶν ἑξακοσίων, καὶ ὁ κατακλυσμὸς τοῦ ὕδατος ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς. Ὡστε ἀριθμῆσθαι ἀπὸ Ἀδάμ ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ ἔτη βραβ'. Ὁμοίως καὶ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἕως Ἀβραάμ γενεαὶ δέκα, ἔτη χιλία ἑκατὸν εἰκοσι ἐν. Ἀβραάμ δὲ ἦν ἐτῶν ἑβδόμεκονταπέντε ὅτε μετέφησε εἰς γῆν Καναάν ἐκ τῆς Μεσοποταμίας, κακεῖ διατρίψας ἔτη εἰκοσι πέντε ἔτεκε τὸν Ἰσαάκ· ἔτεκε δὲ Ἰσαάκ παῖδας δύο,

Ab Adamo prime homine usque ad Noachum, cujus ævo diluvium accidit, decem exactæ sunt generationes. Prima cum Adam a Deo creatus est. Post annos 230 secunda cum Sethus nascitur Adamo. Post Sethum ann. 205 tertia, tunc Enos Setho natus est. Post Enos ann. 197 quarta, quando Cainanus nascitur Enos. Post Cainanum ann. 170 quinta, nascitur Maleleel filius Cainani. Post Maleleelem annos 165 sexta, Jaredus nascitur Maleleelo. Post Jaredum ann. 162 septima, Enochus nascitur Jaredo. Post Enochum ann. 165 octava, Mathusala nascitur Enocho. Post Mathusalam ann. 167 nona, Lamechus nascitur Mathusalæ. Post Lamechum ann. 188 decima, tuncque natus est Noe. Noachus autem natus erat annos sexcentos cum aquarum diluvium terram obruit. Ab Adamo itaque ad diluvium anni numerantur supra bis mille ducenti quadraginta duo. A diluvio pariter ad Abrahamum generationes decem transferunt, et anni supra mille centum viginti et unus. Abraham porro annum septuagesimum quintum exegerat, cum Mesopotamia relicta discessit in Chanaanæorum regionem, ibique annos viginti quinque commoratus ge-

Ismaelis Bulliardi notæ.

(1) Initio hujus operis propositum auctoris fuit, annorum a mundi ortu et creatione exactorum synopsis ob oculosponere juxta Ecclesiæ Orientalis calculum; quæ ab initio mundi ad annum primum æræ Christianæ vulgaris annos integros 5508, a Septembri antecedente Kal. Januar. anni primi numerat. Nullus vero eorum, qui in Chronologia parumper versati sunt, nescit Græcos annum suum ab illo termino Kal. Septemb. ordiri: ita ut Christus anno 5509, sive autumno, sive ineunte hieme Θεοτόκος eum genuisse dicatur, natus sit. Norunt etiam omnes, Septuaginta, ita appellatos ac creditos, veteris Testamenti interpretes, plures annos a mundi exordio ad Abrahamum in versione sua computavisse, quam in textu Hebraico reperiantur. Qua ratione id contigerit assequi arduum. Textus equidem Hebraicus ab Adamo ad diluvium annos exactos so-

lummodo exhibet 1655, cum interim lxx interpretes numerant 2242. In hujus enim capituli verbis, ἀπὸ τοῦ Ἀδάμ ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ ἔτη βραβ' rectius est: et si generationum explicatarum numeris colligantur 2249. A diluvio ad Abrahamum textus Hebraicus numerat annos 292, at interpretes numerant annos 1178, hic noster 1191. De hac computandi dissensione non est dicendi nunc locus; nec propositum est nobis disquirere et scrutari num textus Hebraicus, quo illi usi sunt, ab eo, qui omnibus probatus circumfertur, variaverit. Num etiam aliqua ratione ducti illi viri, qui gentilium, Ægyptiorum præcipue ac Græcorum oculis ac judicio sacram historiam subjiciebant, annos aliquot ab orbe condito ad diluvium, et inde ad Abrahamum intercalarint, importunas gentium ob idololatriam cæcitate-tium objectiones declinaturi.

nuit Isaac. Duos vero filios genuit Isaac, Esau nimirum et Jacobum. In Ægyptum deinde profectus est Jacobus, cum annos centum et triginta exegisset, illucque cum duodecim suis filiis nepotibusque venit, qui septuaginta quinque erant. Incoluit Abrahamus cum posteris suis terram Chanaan per spatium annorum quadringentorum triginta trium. Illiusque posteris numero aucti in duodecim tribus digesti et distributi sunt : et multitudo posterorum duodecim filiorum Jacobi ad sex millia chiliadum numerata est. Horum autem sunt nomina : Ruben, Simeon, Levi, Juda, Issachar, Zabulon, Nephthalim, Gad, Aser, Dan, Joseph et Benjamin. Moses et Aaron genus a Levi ducunt, hic quidem sacerdotio primus functus est, Moses vero reipublicæ administrationem cepit, atque anno ætatis suæ octogesimo Eryturaum mare transiit, eduxitque populum Ægypto. Hic Moses floruit temporibus Inachi, qui primus regnavit [apud Græcos.] Quare Judæi sunt Græcis antiquiores. Transactis deinde per deserta annis quadraginta, Josue filio Nave annis 25 paruerunt ; resque Israelitarum publica, per viros ab ipsis Judices appellatos, administrata est annis quadringentis quinquaginta quatuor, usque ad Saulis unctionem, qui primus apud eam gentem rex constitutus est, cujus imperii anno primo magnus nascitur David. Adeo ut ab Abrahamo ad Davidem quatuordecim generationes colligantur, et anni mille viginti quatuor. Atque a Davide ad transportatos abylonem Judæos totidem generationes 14, et anni sexcenti novem. A transportatione usque ad Christi nativitatem quatuordecim pariter numerantur generationes, anni etiam quingenti quaterni. Simul vero temporum seriem, et intervalla ad calculum revocantes, colligimus a primo

Ismaelis Bullialdi notæ.

(2) Id est sex milliones.

(3) Οὗτος ὁ Μωσῆς. At Eusebii Chronicon initium annorum Inachi alligat anno ætatis Abrahami 161, eo ipso quo natus est Jacob seu Israel. Mosem vero natum prodit anno ab Abrahami nativitate 435, ita ut annis totis 274 posterior sit Inachi initio Mosi nativitas.

(4) Εἰδόμεν ἀπὸ τοῦ πρώτου Ἀδάμ. In enumerandis annis ab orbe condito ad Incarnationem hallucinatus est hujus historiae auctor, vel, qui illum transcripsit, lapsus est. Ab anno namque primo æræ mundi ad annum primum Christi Ecclesia Græca numerat annos 5508, et tali intervallo Epocharum utitur in sequentibus hic scriptor ; legendum itaque hoc loco ἐτη εφ', 5508.

(5) Ἀπὸ δὲ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας. Mysteriorum adorandum Incarnationis Filii Dei Græci Theologi et scriptores appellant ἐνσάρκον οἰκονομίαν.

(6) Ἐως τοῦ μεγάλου Κωνστ. Post Christi epocham mentionem facit Constantini, qui ob redditam Christianæ Ecclesiæ pacem et tranquillitatem clarus, Deo ac hominibus acceptus, Græco etiam homini religiose cultus est. Hujus enim imperatoris matrisque Helenæ Ecclesia Orientalis memoriam die 21 Maii celebrat. Et Constantinopolitani imperatores, referente Codino Curopalata lib. De officiis palatii Constantinopolit. in templum SS. Apostolorum die illa se continebant. Κατὰ τὴν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἀπέρχεται εἰς τὸν ναὸν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, ἐνθα καὶ ἡ ἅγια τοῦτου σφραῖς κεῖται.

Ἰσαῦ καὶ Ἰακώβ. Γενόμενος δὲ Ἰακώβ χρόνων ἑκατὸν καὶ τριάκοντα κατήλθεν εἰς Ἀγυπτὸν ἅμα τοῖς δώδεκα υἱοῖς αὐτοῦ, καὶ τοῖς ἐγγόνιοις αὐτοῦ τὴν ἀριθμὸν ἑξήδηκοντα πέντε. Παρέφησε δὲ Ἀβραάμ σὺν τῷ σπέρματι εἰς γῆν Χαναάν ἐτη τετρακόσια τριακονταεπτά, καὶ πλεθυσθὲν εἰς δώδεκαφυλον ἐλογίσθη. Καὶ πλῆθος εἰς ἑξακισχίλιας χιλιάδας (2) ἐψηφίσθη ἐκ τῶν δώδεκα υἱῶν τοῦ Ἰακώβ· ὧν τὰ ὀνόματα ταῦτα· Ρουβὶμ, Συμεὼν, Λευὶ, Ἰούδας, Ἰσάχαρ, Ζαβουλὼν, Νεφθαλίμ, Γὰδ, Ἀσήρ, Δάν, Ἰωσήφ καὶ Βενιαμίν. Καὶ τοῦ μὲν Λευὶ ἀπόγονοι Μωϋσῆς καὶ Ἀαρὼν· καὶ ὁ μὲν τὸ ἱερατεῦσιν ἤρξατο, ὁ δὲ Μωϋσῆς πρὸς τὸ ἀρχεῖν μεθίστατο· δε ἐν τῷ ὀδοχοστοῦν εἴτε τῆς ζωῆς αὐτοῦ πατεῖ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν, καὶ ἐξάγει τὸν λαὸν ἐξ Αἰγύπτου. Οὗτος ὁ Μωσῆς (3) ἤκμασεν ἐν τοῖς καιροῖς Ἰνάου, πρώτου βασιλεύσαντος· οὗτος ἀρχαιότεροι Ἑλλήνων Ἰουδαῖοι. Διατρίψαντες δὲ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐτη τεσσαράκοντα, καὶ ἐπὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ ἀρχόμενοι ἐτη εἰκοσιπέντε, καὶ ὅπὸ τῶν κριτῶν ἐτη τετρακόσια πενήκοντατέσσαρα μέχρι τῆς βασιλείας Σαούλ, πρώτου παρ' αὐτοῖς καταστάτος βασιλέως· ἐφ' ᾧ ἐν τῷ πρώτῳ εἴτε τῆς βασιλείας αὐτοῦ ὁ μέγας τίκεται Δαβὶδ. Ὅστε συναθροίζεσθαι ἀπὸ Ἀβραάμ ἕως Δαβὶδ γενεαὶ δεκατέσσαρες, ἐτη χίλια καὶ εἰκοσι τέσσαρα. Καὶ ἀπὸ Δαβὶδ ἕως τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος γενεαὶ δεκατέσσαρες, ἐτη ἑξακόσια ἑννέα, καὶ ἀπὸ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος ἕως τοῦ Χριστοῦ γενεαὶ δεκατέσσαρες, ἐτη πεντακόσια τέσσαρα. Ὅμοι κατὰ τὰς τῶν χρόνων ἀκολουθίας συμφηφίσαντες εὐρομεν ἀπὸ τοῦ πρώτου Ἀδάμ (4) ἕως τοῦ Χριστοῦ ἐτη πεντακισχίλια πεντακόσια. Ἀπὸ δὲ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας (5) ἕως τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου (6) ἔτη τετ'. Ἀπὸ δὲ

Die quo magni Constantini memoria celebratur, confert se imperator in templum SS. Apostolorum, in quo illius sanctus locus situs est. Græcorum insuper universitati clara Constantini memoria est, quæ, translata imperii Romani sede ab Italis ad Græcos, nomini suo novam, quam condidit Romam, consecravit. Byzantii appellatione omitta urbem immensum in modum auctam atque ornatam Constantinopolim appellavit. Justinianus etiam de S. Sophiæ magnificentissimo ac elegantissimo, quod exstruxit, templo jure commendatur. Anno porro secundo regni sui Justinianus S. Sophiam restitutam ac ædificatam consecravit. Georgius Cedrenus : Τῷ ια' εἴτε γέγονε τὰ ἔγκαινα τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας, καὶ ἐξῆλθεν ἡ λιτὴ ἀπὸ τῆς Ἀγίας· Ἀναστάσεως μετὰ τοῦ πατριάρχου καὶ βασιλέως σὺν τῷ λαῷ. Ἀπὸ δὲ τῆς ἡμέρας τῆς καύσεως αὐτῆς· μέχρι τῶν ἔγκαινῶν ἐτη ε', μῆνας ια', καὶ ἡμέραι ε', παρῆλθον· ἐν γὰρ τῷ ε' εἴτε ἀπὸ κτισεως· κόσμου ἵδουκε· ιε' τῆς κγ' τοῦ Φεβρουαρίου μηνός, ὧρα πρώτη τῆς ἡμέρας· τῇ τῇ μεγάλης Ἐκκλησίας ἀνοικοδομητῆ ἤρξατο ποιεῖν ὁ Ἰουστινιανός. Anno Justiniani in Magnæ Ecclesiæ encæniam, seu consecratio, celebrata sunt. Litanias et preces recitantes patriarcha et imperator, comitante populo, a Sanctæ Anastasiæ templo egressi processerunt. A die porro, quo flammis perit, ad encæniam anni 5, menses 11, dies decem transierunt. Anno enim ab orbe condito 6008, Indict. 15, Februarii die 23, hora diei prima, Justinianus institutionem magnæ Ecclesiæ univocatus est. In

τῆς βασιλείας τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἕως τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως ἔτη σ'. Ἐν τῷ αὐτοῦ ἑκδομῆθι τὸ μέγα τέμενος τὸ ἐπ' ὀνόματι τῆς τοῦ Θεοῦ ἁγίας Σοφίας παρ' αὐτοῦ σκευασθέν. Ἀπὸ δὲ τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ ἕως τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης τῆς μητρὸς αὐτοῦ ἔτη σξ'. Ἀπὸ δὲ τῆς βασιλείας Εἰρήνης ἕως τῆς βασιλείας Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ ἔτη σκε'. Ἐβασίλευσε δὲ Ἀλέξιος ἔτη λζ' καὶ μῆνας δ' καὶ ἤμι. Ἰωάννης ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη κδ' μῆνας ἦ'. Μανουὴλ ὁ υἱὸς Ἰωάννου ἔτη λζ' μῆνας θ'. Ἀλέξιος ὁ υἱὸς Μανουὴλ καὶ Ἀνδρόνικος ὁ φρονεὺς Ἀλεξίου ἔτη γ'. Ὅστε εἶναι τὰ πάντα ἔτη τῆς βασιλείας τῶν Κομνηνῶν ἔτη ρα', μῆνας θ'. Μετὰ δὲ τὸν Ἀνδρόνικον Ἰσαάκιος ὁ Ἄγγελος ἔτη θ' μῆνας ἦ'. Ἀλέξιος δὲ ὁ Ἄγγελος ἀδελφὸς Ἰσαακίου ἔτη θ'. Δούκας ὁ Μούρτζουφλος μῆνας β'. Ὅστε εἶναι ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἕως τῆς βασιλείας Δούκα, ἐν ἧ καὶ ἑλώω ἡ Κωνσταντινούπολις παρὰ τῶν Λατίνων (7)

A homine Adamo ad Christum annos supra quinque mille quingentos. Ab incarnatione vero usque ad Constantinum Magnum 3 anni numerantur 318; ab imperio deinde Constantini Magni ad Justinianum Imperatorem anni ducenti et decem, quo imperante sumptusque præbente magnum templum exstructum est nomineque sanctæ Dei Sophiæ [id est Sapientiæ] dicatum. Ab imperio Justiniani, ad Constantini, et Irenes matris ejus imperium anni elapsi sunt 1 ducenti sexaginta; ab Irene ad Alexium Comnenum anni effluxerunt ducenti novaginta quinque. Imperium tenuit Alexius 1 annos 37, menses 4 cum semisse. Joannes filius ejus 1 annos 24 menses 8. Manuel 1 filius Joannis ann. 37 mens. 9. Alexius 1 Manuelis filius et Andronicus 1, qui Alexium occidit, imperarunt annos 3, ita ut omnes anni dynastiæ Comnenorum colligantur centum et unus 1 cum mensibus novem. Post Andronicum vero Isacius Angelus 1 obtinuit imperium per annos 9 menses 8. Alexius Angelus 1 Isacii

Ismaelis Bullialdi notæ.

hoc Cedreni loco mendum librarii occurrat in annis mundi hic enumeratis; cœpit Justinianus anno Christi 527, mundi 6035 Kal. April. Anno ejus quinto, id est, 531 Christi, mundi vero 6039, vel 6040, seditio Constantinopoli orta est. Februario mense cœpta est reedificari S. Sophiæ Basilica; et anno ejus undecimo consecrata est, id est, anno Christi 537; ab April. Kal. ad similem diem anni 538, et ut quod sentio dicam, anno mundi 6040 Februario mense cœpit instaurari templum S. Sophiæ indictione 9, ita ut legendum sit, ςμ' εἰται ἰνδοκτ. θ' anno 6040. indict. 9. Præter illud alia collapsa, aut seditio factionum Prasinæ ac Venetæ combusta instauravit. Xenodochia et monasteria fabricari jussit, iisque redditus annuos ingentes attribuit: imperii fines Barbarorum incurSIONIBUS angustiores redditos dilatavit. De quibus omnibus Procopii tractatus sex περὶ τῶν τοῦ Ἰουστινιανοῦ κτισμάτων legendi sunt.

Ab æræ Christianæ vulgaris initio ad Constantinum computantur anni 305, et unius semissis cum diebus aliquot. Nam mortuo anno 306, Julii die 25, Constantio Chloro, ipse imperii fasces suscepit. Perperam igitur noster a Christo ad Constantinum numerat annos 318. A Constantino pariter ad Justinianum erravit statuens annorum 210 intervallum, cum revera intercesserint ab anno 306 Julii 25, ad annum 527, Kal. April, quo imperium adeptus est Justinianus, anni 221 fere; quatuor quippe propædium menses desunt. Ista numerorum perturbatio etiamdum cernitur in illo temporis intervallo, quo Justiniani initia distant a Constantino Leonis IV F. et hujus conjugæ Irene, quod noster historicus statuit annorum 260, cum tamen juxta historicam veritatem anni tantum 253 numerentur. Etenim cum Irene matre cœpit Constantinus anno Christi 780. A Constantino et Irene ad Alexium Comnenum numerat annos noster 295. Simul itaque collectis intervallis, quæ a Christo ad Alexium Comnenum statuit, reperiuntur anni elapsi 1035. Ideo cœpisset Alexius 1084 ineunte. Juxta veritatem vero chronologicam anno Christi 1081 imperium adeptus est Alexius Comnenus. Propterea a Constantino et Irene ad Alexium verum temporis intervallum statuitur annorum 501. Videtur

equidem historiæ hujus auctor has temporum epochas et intervalla ex memoria descripsisse; nam ista cum sequentibus committi ac concinnari nequeunt. Cum enim occupata a Latinis urbem Constantinopolim anno mundi 6712, hoc anno Christi 1204, Aprilis die 12 statuat: numeretque Ducæ Murtzuphli, Alexii Angeli, ejusque fratris Isaaci annos, quibus regnarunt, 49 fere: Comnenorum vero dynastiæ annorum 103 (quæ summa colligitur ex numeris annorum attributorum singulis ex gente Comnena imperatoribus) non vero 101, ut in textu legitur: summa annorum, quibus Angeli ac Comneui regnarunt sit 122. Quam cum ab annis 1204 rejecerimus ad annum 1082 et initium Alexii Comneni regrediendo pervenimus. At ex intervallis antecedentibus initia dynastiæ Comnenorum anno Christi 1084, hunc auctorem alligare invenimus. Non sibi itaque constat Ducas in hac calculi subductione.

(7) Ἐν ἧ καὶ ἑλώω ἡ Κωνσταντινούπολις παρὰ τῶν Λατίνων. Huc advocandæ sunt Kalendarii notæ vulgares, ut nobis constet nunquam auctor in assignanda die erraverit. Anno Christi 1204 fuit cyclus lunæ 8, solis 9, litteræ Dominicales D. C. Pascha igitur Aprilis 25. Dominica τῶν Βατῶν, sive Palmarum Aprilis 18. Ergo dies Aprilis 12 fuit feria 2, seu dies lunæ sextæ septimanæ Juniorum, ut a Nostro notatur: quæ in libris Græcorum ecclesiasticis Δευτέρα τῆς ἑκτης τῶν νηστεῶν vocatur. Huic etiam temporis notæ consentit Nicetas Acominatus Choniates. Flandriæ Comes Balduinus ab Henrico Dandulo Venetiarum duce, cæterisque 12, vel, ut aliis placet, quindecim electoribus, imperator electus est 6. Kal. Maii, hoc est, postridie Paschatis, quod eo anno incidit in 7 Kal. Maii, seu 25 Aprilis. Coronatur vero 17 Kal. Junii, hoc est, Maii 16. Hæc tradit Jacobus Meyerus Batiolanus Annal. Flandriæ lib 7, sub finem. Villharduinus scribit diem coronationis indictam fuisse tribus post Pascha septimanis, hoc est 16 die Maii, quæ fuit Dominica Jubilatæ.

Inducit Villharduinus Dandulum promittentem se imperatoris nomen proclamaturum hora quæ Deus natus est. Quæ verba we inducunt, ut credam vigilia Paschatis electionem factam, et post Pa-

